This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Harvard College
Library

FROM THE BEQUEST OF
FRANCIS BROWN HAYES
Class of 1839
OF LEXINGTON, MASSACHUSETTS

1895

6

VERSVS ITALICI ANTIQVI.

COLLEGIT RECENSVIT,

RATIONEM METRICAM EXPLICAVIT

Carl Zander.
CAROLVS ZANDER.

LUNDAE
APUD HJALMAR MÖLLER BIBLIOPOLAM UNIVERSITATIS.
MDCCCXC.

L 84

FEB 6 1901

Hayes fund

760

LUNDAE
TYPIS EXPRESSIT E. MALMSTRÖM.
MDCCCXC.

CHRISTIANO · CAVALLIN

ESAIAE · TEGNÉR

PRAECEPTORIBVS · AMICIS

D · D

CAROLVS · ZANDER.

Summarium capitum.

I. Prolegomena pp. I—CCXXVII.

Pars I. Expositio metrica pp. I—CXLIII.

Caput I. De uersu Saturnio p. I—XXI.

§ 1. Versus italici antiqui qui dicantur p. I. — §§ 2 et 3. Quae sint uera genera uersus Saturnii pp. II—V. — § 4. Quomodo iuncti sint membris uersus saturnii quoque modo facti pp. V—XII. — § 5. Quo modo definiatur uersus Saturnii ambitus pp. XII et XIII. — § 6. De inuentis grammaticorum recentium pp. XIII—XV. — § 7. De priore parte hemistichii posterioris p. XV sq. — § 8. De incisione dipodica uel "caesura Korschiana" p. XVII. — § 9. De Haveto et Luciano Muellero. Index librorum. pp. XVII—XXI.

Cap. II. De uersibus monocolis pp. XXII—XXV.

Cap. III. De arsibus pp. XXVI—XXXIII.

Arses sunt in longa syllaba aut binis breuibus p. XXVI. — Quibus locis arses soluantur pp. XXVI—XXX. — Quomodo soluantur pp. XXX—XXXIII.

Cap. IV. De thesibus pp. XXXIV—LII.

§ 1. Theses supprimi possunt p. XXXIV. — Quibus terminis ea suppressio circumscribatur p. XXXIV sq. — § 2. De syllaba longa in thesi posita p. XXXV sq. — § 3. De paenultima longa et acuta in thesi posita pp. XXXVI—XXXIX. — § 4 et § 5. De thesibus solutis pp. XXXIX—XLV. — § 6. Graecorum poesis antiquissima et popularis structura uersuum non dissimilis est uersibus italicis antiquis pp. XLV—LII.

Cap. V. De compositione pp. LIII—LVIII.

Cap. VI. Excursus I. De saturniis iis qui anacrusi carent pp. LIX—XCVIII.

§ 1. Rationes grammaticorum pp. LIX—LXI. — §§ 2 et 3 et 4. Saturnii huius generis inspiciuntur pp. LXI—LXIX. — § 5. "Lucīom" an Lucĭom? pp. LXIX—LXXV. — § 6. In Scipionum elogiis utrum dicendum sit Terrā, famā, formā, uitā necne, quaeritur; cui quae-

stioni quaestio subiecta est generalis de A longa nominatiui et acensatiui pp. LXXV—LXXXVII. — § 7. De patrē Elog. 2. 2. p. LXXXVII sqq. — § 8. Indoli poesis priscae et popularis licentia anacrusin omittendi non modo non repugnat, sed etiam conuenit pp. LXXXIX—XCVIII.

Cap. VII. Excursus II. De correptis iambicis uocibus et complexionibus syllabarum pp. IC—CXLIII.

§ 1. Praefatio p. IC sq. — § 2. Neglecta positio pp. C—CVI. — § 3. Syllabae ancipites pp. CVI—CX. — § 4. Neglecta in his positio pp. CX—CXII. — § 5. Iambi correpti quorum ultima est natura longa pp. CXII—CXXV. — § 6. Trisyllaba imminutio cretici et anapaesti. utrum dicendum sit 'Luciŏm Sc.' et 'Scipiŏ' ultima correpta, an 'Lucio͡m Sc.' et Scipio͡ per synizesin pp. CXXV—CXXXIII. — § 8. Summa eorum quae hoc capite disputata sunt, uel quae syllabae ita corripiantur exponitur p. CXXXIII sq. — § 9. Quibus in generibus quibusque aetatibus ea correptio fuerit pp. CXXXIV—CXLIII.

Pars II. Prolegomenorum. Vindiciae poesis patriae et popularis et antiquae pp. CXLIV—CCXIII.

Praefatio pp. CXLIV sq.

Caput VIII. De sententiis pp. CXLVI—CXCVI.

Fontes cognitionis p. CXLVI. — Quibus rebus prouerbia probentur p. CXLVII. — Locutiones prouerbiales et sententiae prouerbiales discernuntur p. CXLVII sq. — Quomodo agnoscantur domestici numeri sententiarum p. CXLIX—CLX. — Sententiarum duo genera, unum populare, alterum eruditum p. CLX. — Popularis generis proprietates p. CLX—CLXX. — Eruditi generis proprietatis CLXX—CLXXV. — Dubia p. CLXXVI—CLXXIX. — Summa disputationis comprehenditur p. CLXXIX sq. — Graeca prouerbia ad comparationem congesta p. CLXXXI—CXCVI.

Caput IX. De Elogiis p. CXCVII—CCIV.

Quae prosa oratione in elogiis priscis scribi solita sint p. CXCVII sqq., quae uersu p. CXCIX sqq. — Vindiciae numerorum domesticorum p. CCII sqq.

Cap. X. De comprecationibus dedicationibus sortibus pp. CCV—CCXIII.

Vindiciae numerorum domesticorum pp. CCV—CCXI. — Esse carmina sacra, quae non uersu condita sint, sed oratione numerosa concepta demonstratur pp. CCXI sqq.

Pars III uel caput XI. Praefatio editionis pp. CCXIV—CCXXVI.

De instrumento rei criticae pp. CCXIV sqq. — De ratione et consilio editionis pp. CXIX sqq. — Addenda et corrigenda pp. CCXXV sqq.

II. Carmina cum adnotatione critica.

1. **Sententiae** pp. 1—17.
Carmen de moribus Catonianum pp. 18 sq.
2. **Sortes** pp. 20—23.
3. **Comprecationes** pp. 24—48.
4. **Carmina Dedicationis** pp. 49—57.
5. **Elogia Mortuorum** pp. 58—82.
6. **Carmina Epica, Saturae, Epigrammata** pp. 83—116.

III. Indices pp. 117 sq.

PROLEGOMENA.

PARS I. EXPOSITIO METRICA.

CAPVT I.

De uersu Saturnio.

§ 1. Versus italicos antiquos intellego primum eam poesin quae cum apud Italicos — nec tamen uersus prisci Italicorum ceterorum praeter dedicationem faliscam et duo elogia paeligna iam exstant — tum apud Romanos ante uiguit quam Liuius Naeuius Plautus Ennius latina carmina graecis metris aptarunt. deinde idem nomen pertinet ad ea carmina quae postea condita sunt non, ut a poetis quos dixi, metris graecis, sed metris illis patriis. neque enim subito consuetudine uulgi quidem omnis poesis antiqua Romanorum graecanica poesi oppressa est, sed illi cessit loco paulatim. nec, ut cito coepit sordescere, ita omnino obsoleuit. cuius rei testis est etiam Horatius Ep. II 1. 160. cumque elegantia litterarum celeriter auideque genera graecanica arripuisset — soli antiquissimi illi poetae Liuius et Naeuius metris et graecanicis et italicis usi sunt in poematis scribendis — tamen uulgus, ut ipsum aliqua genera graeca. senarium septenarium heroum, mature usurpauit, ita non omnia dome-

stica deseruit. in elogiis quidem et prouerbiis et cantionibus genera italica non uim ueterem illam quidem omnem, sed partem eius exiguam aliquamdiu obtinuerunt, fingebanturque interdum a plebecula in incude uetere noua et elogia et prouerbia et cantiones. nec ante aetatem satis prouectam omnino italica illa ita refrixerunt ut nulli iam uersus ad formas ueteres et domesticas funderentur.

Sed intercedit in hac re discrimen aliquod: citius obsoleuerunt saturnii, diutius manserunt uersus simplices.

§ 2. Versus enim italici antiqui sunt aut simplices aut bimembres.

Bimembribus et ab antiquis et ab recentibus grammaticis commune nomen datum est uersus Saturnius.

Ab hoc, ut magis noto, ordiamur.

De uarietate numeri saturnii uetera exstant testimonia. Caesius Bassus p. 9 sq. *K* "nostri autem antiqui, ut uere dicam quod apparet, usi sunt Saturnio uersu non obseruata lege nec uno genere custodito, ut inter se consentiant uersus, sed praeterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breuiores alios longiores inseruerunt".

Terentianus 2506 sqq. p. 400 *K* "nostri poetae rudem sonum secuti, ut quemque res ferebat, sic disparis figurae uersus uagos locabant".

Quod etsi de ratione uarietatis non recte dicitur, tamen hoc ipsum re comprobatur, fuisse uarietatem. namque inueni genera quattuor.

1. Dabúnt malúm Metélli Náeuió poétae
2. Dánt malúm Metélli Náeuió poétae
3. Metélli Náeuió dabúnt malúm poétae
4. Múlti Náeuió dabúnt malúm poétae.

ea igitur sic distinguuntur: 1 et 2 diaeresin habent κατὰ τρίτον τροχαῖον, 3 et 4 post tertiam arsin; 1 et 3 anacrusin habent; 2 et 4 anacrusi carent.

Quorum usitatissimum est hoc genus:

1. a+b Dabúnt malúm Metélli Náeuió poétae.

eius generis sunt Sentent. 64; 69. 2; 70. 3. 2[1]). — Carm. Sal. 1. 2; 1. 4; 5a; Comprec. 6 II. 2; 7. 5; 9. 30; 11. 2; 18; Dedic. 4. 2, 6, 8; 5. 2—7; 6. 2; 8; 9; — Elog. 2. 1—5; 3. 4, 6; 4. 1—6; 5. 2—5; 6. 3, 5; 7. 1—3; 8; 9; 12; 13. 6. — Liu. Andr. 1; 2; 3; 5; 7; 8; 10; 11; 12; 15; 18. 2; 19; 20; 21. 1, *2; 22; 23. *2; 25. 2; 29; *30. 1; *34; *35; 36; *38; *39; *40; 41. 2; 42: — Naeu. 1; 2. 2; 3. 2; 4 a; 4 c; 5; 7. *1, 2; 8; 9. *2; 10. 2; 12. 1; 13. *1, *2; 14; 15. 2; 16. *2; 17; 18. 2; 20. 3; 22. 2; 23. *1, 2; 25; 27; 28; 29. *2: *30; 31. 3, 4; 33. 2; *34; 35; 37; 38—*43; *45; *46. — Carm. Priami 1. — Metell. in Naeu. — Epigr. Naeu. 1, 2. — uersus circiter 125.

Suppressis autem "thesibus" interioribus formae uariantur. post primam "arsin" prioris hemistichii thesis suppressa est in uersu uno (a_2+b) [2]):

dedic. 4. 7. ququeí(s) húc dedérunt ímpratórbus súmmeis.

post primam "arsin" posterioris hemistichii thesis est suppressa in uersibus duobus (a+b_2) [2]):

dedic. 5. 3. paréns timéns heic uóuit uóto hóc solúto

Naeu. 10. *2. bicórporés Gigántes mágni átque Atlántes.

in his uersibus, in quibus "thesis" post primam hemistichii "arsin" suppressa est, "arsis" prima et secunda per bina uerba dispertitae sunt, ut interuallo uerborum separentur neque in uno uerbo continuentur. post secundam uero arsin hemistichii saepe thesis est suppressa (a_3+b et a+b_3) [2]). quod cum fit in priore hemistichio hae exsistunt uarietates:

---

[1]) Carminis de moribus catoniani, ut ualde incerti lectione, nec hoc loco nec ceteris ullam habui rationem.

[2]) Quid eae litterae significent proximo capite uidebimus.

dabúnt malúm múlti Náeuió poétae;
dabúntur pérmúlti Náeuió poétae.

in posteriore autem hemistichio sic uariatur:

dabúnt malúm Metélli Náeuió uáti;
dabúnt malúm Metélli Gnáeo gérróni.

si secundam arsin hemistichii insequens thesis suppressa est, "arses" secunda et tertia ita collocantur ut in his exemplis, ut aut binis in uerbis sint contiguis aut in antepaenultima et paenultima eiusdem.

Rarius fit in ambobus hemistichiis, ut "thesis" interior supprimatur. cuius rei exempla sunt haec: elog. 2. 3 quoius fórma uírtútei párisumá fúit. Liu. 20. Naeu. 4 c; 7. 2. Ded. 5. 5; 6. 5.

2. b+b [1]) dánt malúm Metélli Náeuió poétae.

Elog. 2. 6; 3. 3; 4. 7; 5. 6; 6. 6, 7; 10. — Comprec. 7. 1; 8. 4; 14. *1, 2. — Ded. 1. — Sent. 66; 67; 68. — Liu. 4; 6; 9; 13; 14; 23. 1, 3; 26, 28. — Naeu. 2. 1, 3; 3. 3; 10. 1, 3; *16. 1. — Epigr. Naeu. 3. Versus triginta fere.

De eo genere exposui excursu priore.

In hoc genere thesis interior uel prioris hemistichii uel posterioris post secundam arsin eo modo potest supprimi quem uidimus. in priore hemistichio duorum uersuum:

elog. 4. 7. Púbri prógnátum Públió Cornéli
sent. 67. Quí semél scúrra númquam páter famílias;

in posteriore autem hemistichio septem uersuum:

Naeu. 10. 3. Rúncus ác Porpúreus fílií Térras.

Sent. 66; 68; — Liu. *26. — Naeu. 2. 3; 3. 3: 16. — in ambobus hemistichiis Liu. 9. — post primam arsin posterioris Co. 14. *2.

---

[1]) Quid eae litterae significent proximo capite uidebimus.

§ 3. **3. C+a Metélli Náeuió dabúnt malúm poétae.**

Sent. 65; 70. 3. 1. — Comprec. 6. II. 1; 7. 3. — Dedic. 2; 4. 3, 5, 6. — Elog. 1. 1; 3. 1, 5; 5. 1; 6. 2, 4; 11. — Liu. *27; *30. 2; 33. — Naeu. 7. 3; 12. 2; *19. 1; *20. 2; 21. 2; *22. 1; 24. 2; *26. 2; *29. 1; 44. — Epigr. Naeu. 4. — Versus triginta fere.

In eo genere interior thesis posterioris hemistichii supprimi potest post secundam arsin iis duobus modis quos diximus.

Elog. 1. 1. Oinó complóirumé conséntiónt géntes;
Ded. 4. 5. quei sóueis astútiéis opídque Vólgáni.
itemque Elog. 3. 5; 5. 1. — Liu. 33. — Naeu. *19. 1; *22. 1.

4. D+a Múlti Náeuió dabúnt malúm poétae.

Comprec. 8. 1—3, 5. — Versus quattuor.

D+a:C+a=b+b:a+b; et a+b:b+b=C+a:D+a [1]). cf. p. II.

Omnino uersus saturnii qui exstant sunt circiter centum et nonaginta.

§ 4. Et hae igitur quadruplici uarietate species sunt eius uersus quem uocant saturnium. quae autem cola coniunctione efficiunt saturnios, eadem etiam singillatim ponuntur, ut sint uersus simplices. ergo etiam de saturnia poesi dici debet quod de scenica Marius Victorinus p. 79. 1 *K:* "quod uero ad clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera uersuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt". atque hae ipsae periodi bimembres ita compositae a+b, b+b, C+a antiquitus non semper singulos efficiebant uersus, sed etiam interdum binis uersiculis diuiduntur in uetustissima poesi romanorum. neque enim in carmine aruali aequabilitatem discriptionis conseruare possis nisi hanc periodum sémunís altérnei || áduocá pite

[1]) Quid eae litterae significent proximo capite II § 1 explicabitur.

cónctos statuas uersibus constare binis pariter atque illas neu rúe lúe Mármar || siris incúrrere in pléores || Satúr fú fere Máuors || lime énsalí sta Vérber || trí-úmpe tri úmpe triúmpe || triúmpe triúmpe *triúmpe.*

Quamobrem quod haec cola propria ui ac natura uersus sunt, ea causa est cur tum etiam cum bina iuncta unum efficiunt uersum Saturnium, iunctura contineantur ualde laxa. nam hemistichia Saturnia plerumque diuiduntur diaeresi tanta in qua locus sit legitimus et hiatui et syllabae ancipiti:

quam cúm stupró redírè ád suós poplárìs
tu quí legís ualé et cúm uolés ueníto.

sed enim compages membrorum saturniorum non semper est eodem modo iuncta. magis enim constricta sunt interdum, ut careant diaeresi:

ded. 1. dóque dédicóque uti síes uoléns propítium
elog. 2. 1. Cornéliús Lúcius Scípió Barbátus
„ „ 6. súbigit ómne Lóucanam ópsidésque abdóucit [1])
„ 6. 4. elísuíst. Cerfúm sacarácrix Sémunú sva
Naeu. 2. 2. sacra ín mensá penátium órdiné ponúntur

Nunc igitur perspicitur quid sit causae cur Plautus in uersibus asynartetis modo diaeresi utatur, modo non utatur. scilicet secutus est in ea re morem domesticum atque antiquum. quamquam hoc interest quod in saturniis carminibus rarius, apud scenicos saepius cola inconexi generis magis constricta sunt. nempe non nihil ualuit apud scenicos imitatio graecorum.

In hoc genere uersuum bimembrium et asynartetorum numeranda est ea forma quae constat ex tripodia iambica et

---

[1]) Videlicet diaeresi hos uersus carere dico, omni caesura carere non dico. "nec uersui" — quod recte docet Lachmannus ad Lucret. VI 1067 p. 413 — "sua deest caesura, quae est inter syllabas conliquescentes".

tripodia iambica procatalecta. elog. 1. 2 populí primériúm fúisé uirúm et elog. 3. 2 duonóro óptumó fúisé uiró. qui uersus etsi in saturniis carminibus sunt, ut inter saturnios uersus, si rem ad uiuum reseces, sint numerandi, tamen perspicuitatis causa saturnios definiui generibus illis quattuor quae dixi; quae quidem maxima cognatione inter se apta sunt et conexa.

Est genus saturnio uersui cognatum, quod constat penthemimeri iambica et hemistichio saturnio:
Comprec. 10. 1, 2 Luám Satúrni | Sálaciám Neptúni || Horám Quiríni | Vírités Quiríni et reliqui duo eius carminis.

Buecheler [1]) genus saturnii numeri ponit ad hanc formam:
Dabúnt malúm Metélli Cornélió poétae (a+a).
Inueni equidem paucos uersus qui ita scandi possent, sed nullum saturnium quem ita scandi necesse esset. quare, quoniam non licet mihi plura quam est necesse genera uersus saturnii recipere, praesertim cum ad eam uarietatem agnoscendam auctoritate antiquorum careamus, dubito hoc genus saturnii probare, cuius desint exempla certa. fides autem exemplorum numeri saturnii tribus rebus continetur: primum enim requiritur certa lectio discriptioque, singulares igitur uersus Liuiani et Naeuiani ipsi per se ad uarietatem eam comprobandam parum sunt idonei. deinde carminis genus debet esse id quod totum ex saturniis κατὰ στίχον ordinatis constet; itaque precationis illam formulam terrá pestém tenéto || Salús híc manéto non solum non necesse est in unum "saturnium" coniungere, sed etiam aptius et ad sententiam et ad rhythmum in duos uersiculos diuiditur. denique, si cuius uersus constat nume-

[1]) Ind. aest. bonn. 1876 p. 7. — Buechelero assentiuntur Gul. Christ — quamquam hic quidem dubitanter — et Usener *'der altgr. Versbau'* p. 77. in eandem sententiam subtiliter disputauit R. Klotz ann. Burs. 1883 p. 396 et 1886 p. 112. idem coniectauerat Car. Bartsch de saturn. p. 20.

rum esse saturnium, uersus saturnius quo de agitur non potest noui generis haberi, nisi ita est comparatus, ut non possit referri in illis generibus certis numeri saturnii quae supra exposuimus. talem autem nullum inueni saturnium uersum, nam ne uersum illum quidem elog. 4. 4. quibus sei ín longá licuíset tibe útiér uíta necesse est illo modo scandi, ti(be) enim potest ad metrum non numerari, quod adn. crit. ad eum u. ostendi.

Sane exstat illud genus uersuum compositorum cuius utrumque hemistichium et catalecticum est et anacrusin habet cum in carminibus aliquot gentium uel antiquarum uel recentiorum, tum unum exemplum graecum profert Hephaestio c. 15, hoc

Δήμητρι τῇ πυλαίῃ τῇ τοῦτον δοὺκ Πελασγῶν [1])

itemque in poesi rhythmica medii aeui,

ut Lud. de Antichr. 227 excéllens est in ármis uis Téotonicórum.

hymn. CXLVI *Milchs.* Xpíste nóstrum eléctrum tu lýre nóstre pléctrum.

Multo tamen saepius poetae et Anacreon aliique graeci et romani posteriores carmina ex quaternariis κατὰ στίχον simplicibus composuerunt. ut Petronius 'Memphitides puellae | manu puer loquaci' et q. sq. Anthol. 309 *R*.'Post tot repleta busta | et funerum cateruas | ac dispares maritos' et quae sq. Prudentius Cathem. VI 'Ades pater supreme | quem nemo uidet umquam, | Patrisque sermo Christus | et Spiritus benigne'.

---

[1]) Apud Plautum nullum huius generis exemplum exstat. Pseud. 1254 a et b iure a Goetzio discernuntur. Pers. 854 a "satis súmpsimus súpplicii [iam]" et 854 b "Fateór, uobis manús do" et sententia ipsa et in cod. *B* interstitio diuiduntur. Epid. 57 a et b nec sani sunt et codicibus turbati. Bacch. 626 et 627 ambigitur sint iambici an, quod uoluerunt Wilamowitzius et Leo, anapaestici: certe sententia diuerbii non minus quam rhythmo diuiduntur. Truc. 452 et 453 codd. *BCD* discernuntur.

Et rhythmo quidem multo deterior erit saturnius illius generis (a+a) generibus his (a+b, b+b, C+a, D+a) quae usitata fuisse compertum est. nam etsi principali rhythmo hemistichia illa saturnia *a* et *b* sunt quaternorum ictuum, tamen extremus uel quartus ictus coli catalectici nisi cantu non facile exprimitur [1]). qui etiam in cantu natura rei fiebat ceteris leuior: dabúnt malúm Metéllì. cum autem carmen recitatur, plane obscuratur delitescitque, uix ut audiatur; itaque recitatione fiunt terni ictus: dabúnt malúm Metélli, pariterque Náeuió poétae. quae membra si composueris continuus erit ordo sublationum paribus positionum interuallis distinctus:

dabúnt malúm Metélli Náeuió poétae
dánt malúm Metélli Náeuió poétae.

nec non tertii generis rhythmus erit perpetuus:

Metélli Náeuió dabúnt malúm poétae.

sin hoc feceris genus:

dabúnt malúm Metélli Cornélió poétae.

"thesis" "thesi" [2]) continuatur. nam ictus utriusque hemistichii quartus, cum sit multo leuior, ad proximum est quasi thesis instar habendus. ergo ex iambicis quidem membris ita coniunctis unus uersus confici uix potest.

Multo uero molestior est eiusmodi uersus si thesis inter arses secundam et tertiam suppressa est. uelut si saturnium esse facias haec uerba de titulo Mummii "Corinto deleto Romam redieit triumphans", si ita scandas ut hemistichia ternos reddant ictus

---

[1]) Cf. Westphal *Goett. gel. Anz.* 1884 p. 344.

[2]) "Arses" et "theses" in hoc libro perspicuitatis causa eodem modo dicuntur atque hodie uulgo, ut arsis sit suethice *höjning*, germ. *hebung*, thesis *sänkning*, herm. *senkung*. quod contra fieri oportere, ut arsis dicatur pars pedis leuior, thesis grauior, Westphalio Alexandersonio aliisque rei metricae doctoribus assentior.

Corínto déléto Romám redieít triúmphans
membra erunt dissoluta. sin scandas sic:
Corínto délétó Romám redieít triúmphàns [1])
rhythmus prioris hemistichii erit tardior quam qui ferri posse uideatur. iam uersus ille de elogio Scipionis Barbati (el. 2. 3) nec sic scandi potest

quoiús formá uirtútei parisuma fuit

quod mos priscus ahhorrebat ab ultima genetiui quoius ictu percutienda; nec sic:

quoius fórma uírtútéi parísumá fúit,

talis enim rhythmus est profecto intolerabilis uel potius nullus; nec sic: quoius fórma uírtútei parísumá fúit;
ita enim in duos uersus soluitur. relinquitur igitur ut scandamus sic:

quoius fórma uírtútei — párisumá fúit.

Etiam Epigr. Naeu. 4, cuius prius hemistichium anapaesticum est, sic esse scandendum: oblítae súnt Romáe loquiér linguá latína censui potius quam sic: oblítae súnt Rómáe — —. itemque Elog. 6. 4.

Caesius Bassus p. 10. 9 *K* = GLK VI 265. 21 *K* ponit hoc genus numeri saturnii

cónsultó producit eúm quó sit ímpudéntiór. (B+B)

Idem p. 10. 5 *K* = GLK VI 265. 17 *K* ponit hoc genus:

turdís edácibús dolós cómparás amíce [2]) (A+b)

---

[1]) Ita scandit R. Klotz ann. Iw. Muelleri (l. Burs.) 1883 p. 395.

[2]) Id probarunt inter recentiores Buecheler ind. l. ae. 1876 p. 7 ad IV 5 et m. rh. xxx 445 et R. Klotz ann. Iw. Muell. 1883, 323; 396; ann. 1886. 123. et Bartsch, *der Saturn. Vers* p. 51. quibus Ritschelius dux quodammodo fuisse dicendus est. is enim Op. IV 215 sq. (de antiquissimo Scipionum elogio) haec. "Nichts hindert nun die sechste Zeile also auszufüllen

Dedét Tempéstátebus — áide méreto *éx uóto.*

Der Daktylus — tatebus am Schluss der ersten Vershälfte ist

Neutrius generis exemplum inueni in carminibus saturniis uel iis carminibus quae saturniis constant κατὰ στίχον ordinatis — quae sunt elogia Scipionum Pettiae Caecilii Naeuii, dedicatio Vertuleiorum, dedicatio coquorum, Odyssia Liuii, Bellum Punicum Naeuii, deuotio Decii — nisi forte hunc uersum de elogiis Scipionum antiquissimis Cornelius Lucius Scipio Barbatus. nam ded. 5. 5 sic scandi potest: donú danúnt Hércli —. quodsi unus ex ducentis prope saturniis qui exstant talem mensuram admittit, quoniam non est consentaneum uno exemplo nouum ac diuersum genus uersus saturnii facere, potius uidendum est qua ratione ad uetera et cognita hic uersus possit reuocari. quare, quoniam non licet uersum iambicum dactylo finire, nonnumquam tamen antiquorum Romanorum arte horridiore et domestica in medio rhythmo uel in rhythmi perpetuitate uox dactylica dactylum aequat, eam ob rem putandum est hunc uersus carere diaeresi, ut talis dactylus excusationem quandam habeat rhythmi perpetuitate interuallo aut nullo aut quam minimo interrupta. sed possis sic quoque pronuntiare: Lucjus per disyllabum.

Sunt autem disticha italica eorundem generum quae Caesius l. q. d. dixit esse uersus saturnii. ut cum genere illo priore conuenit sent. 55, nisi quod exempli quod a Caesio relatum est prior pars est dactylica: cónsultó prodúcit eúm —, sententiae 55. trochaica: úbi non sís qui fúuerís. posterius autem genus illud, quod dixit Caesius: "turdís edácibús

---

durch Beispiele hinlänglich gesichert". — Atqui peruersum et absurdum est siquis fingat colon iambicum quod caderet in dactylum usurpatum esse ab antiquis Romanis, qui carmina quantitatibus dimensa panxerint. in qua re uerum uidit G. Hermannus el. d. m. p. 612. nam quod Itali recentiores iambis et trochaeis interdum admiscent uersiculos proparoxytonos *(uersi sdruccioli)*, id in alia indole sermonis et posterioribus temporibus natum est, de qua re cf. Nigra, *Romania* V 422 et Fraccaroli, *d'una teoria razionale di metr. italiana* p. 34 et 36 et F. Ramorino, *alcune osservazioni* p. 221.

dolós — c. a." simile est multis distichis italicis quae exstant; ut Sorti 3 Permúltis prósum ubei prófuí — grátiá(m) némo et Elog. 29 Quoi pró meriteís ab cóniugé — grátiá relátast. quare sic statuo, ab Caesio uel potius fortasse a Varrone periodos binorum uersuum simplicium et uersus bimembres inter se confusos esse.

§ 5. Etenim genera illa Caesii, de quibus nunc quaeritur, excedunt iustum ambitum uersus saturnii. nam, si solutae uel arses uel theses pro singulis syllabis ad rhythmum numerantur, quod in uersibus mensura et quantitate syllabarum compositis consentaneum est, ea lex in uersibus saturniis ualuisse inuenitur ne qui uersus plus quam tredecim syllabas haberet neue minus quam undecim. quod hic in breui conspectu pono.

1. Saturnii tredecim syllabarum.

a+b = 7+6 Malúm dabúnt Metélli Naéuió poétae
fundít fugát prostérnit máximás legiónes.

soluta thesis lĕgĭ- tanti ad rhythmum habetur quanti una syllaba.

C+a = 6+7 Tu quí legís ualé et cúm uolés ueníto.

2. Saturnii duodecim syllabarum.

b+b = 6+6 pártim erránt neqénont Gráeciám redíre
ínerant sígna expréssa quó modó Titáni

ĭnĕ- soluta anacrusis ita numeratur quasi sit una syllaba.

a_2+b = 6+6 ququeís húc dedérunt ímpratóribus súmmeis

-ĭbŭs soluta thesis numeratur pro una syllaba.

a_3+b = 6+6 scapós ac uérbénas ságminá sumpsérunt

a+b_2 = 7+5 paréns timéns heic uóuit uóto hóc solúto

a+b_3 = 7+5 quod ré suá diféidens áspera áfleícta

C+a_3 = 6+6 Oinó complóirumé coséntiónt géntes.

D+a = 5+7 uós precór uenerór ueniám petó feróque

(Comprec. 8. 5)

uĕnĕ- et uĕnĭ- theses solutae tantum ualent quantum singulae syllabae.

3. Saturnii undecim syllabarum.

a₃+b₃ = 6+5 donú danúnt Hérclei máxsumé mérto
b₃+b = 5+6 Públi prógnátum Públió Cornéli
b+b₃ = 6+5 támdiú discéndum quámdiú uíuis

Illa quoque genera sunt undecim syllabarum:

Horám Quiríni Vírités Quiríni Compr. 10. 2

et: populí priméríúm fúisé uirúm elog. 1. 2.

quae uersui saturnio cognata sunt, de quibus mentionem feci p. VII.

Nunc igitur apparet quid sit cur uersus saturnius fere illis generibus quos posui pp. II—V contineatur, cum sit in poesi ueterum Romanorum multo maior uarietas periodorum bimembrium. quae quominus omnes iunctae efficerent saturnios siue uersus bimembres duae obstiterunt causae. primum enim non omnes periodi ita poterant partibus constringi ut eae partes in unius uersus corpus cogerentur; deinde usus constituerat modum uersus saturnii numero syllabarum definitum.

Praeterea structura saturniorum, quod ad thesium et arsium rationem pertinet, genere non dissimilis est uersibus simplicibus, de quibus post quaeremus.

§ 6. Reliquum est ut uideamus quae ad cognitionem numeri saturnii inuenta sint a grammaticis.

Antiquorum praecepta commentatione propria, quam separatim edam, exponam atque examinabo. quamobrem nunc hoc tantum dico Caesium posterioresque, qui in plerisque Caesium secuti sunt, id quidem consentire proque explorato habere saturnium mensura syllabarum scandendum, eiusque formam "optimam" compositam esse sic: dabúnt malúm Metélli — Náeuió poétae. immo haec forma, quae Caesio est "optima", posterioribus, qui fere praecepta Caesii non satis intellecta iterant, est sola. Praeterea uere iam Casaubonus de Rom. Satira l. II:o ed. Paris. 1605 p. 235 "Saturni-

orum", inquit, "originem primam nemo ueterum tradidit neque legem certam".

Transeo igitur ad inuenta recentiorum.

Tres et septuaginta sunt anni cum a Godofredo Hermanno [1]) fundamentum scansionis atque mensurae in hoc genere positum est. quod fundamentum etsi fuerunt non pauci qui uel consilio ducti uel temeritate elati mouere conarentur, tamen mansit manetque firmum. at post res tarde processit. quae non modo nondum perpolita sed ne exaedificata quidem est.

Haec, quantum uideo, post Hermannum explorata sunt.

Carolus Odofredus Mueller [2]) duo et ea grauissima inuenit: posse theses supprimi, et, quod quidem in magna est controuersia, esse etiam saturnios sine anacrusi. uere Havetus de Saturnio p. 1 "Duobus", inquit, "praecipue uiris quisquis ad cognitionem saturnii numeri sese applicat gratus esse debet: Caesio Basso Neronis aequali ex ueteribus, ex recentioribus Carolo Odofredo Mueller doctissimo Germano".

Ritschl [3]) demonstrauit cognitionem uersus saturnii proficisci debere a cognitione titulorum. Idem et Mommsenus [4]) cognitioni titulorum eorum qui ad hoc adhibendi sunt maxime omnium profuerunt.

Buecheler demonstrauit saturnium uersum diaeresi diuidi solere in duo hemistichia, Idem usum theses interiores supprimendi terminis prudenter constitutis circumscripisit [5]).

---

[1]) G. Hermann, Elementa doctrinae metricae. Lips. 1816. p. 606 sq.

[2]) C. O. Mueller in ed. M. Terentii Varronis de l. l. L. 1833 p. 140. Idem in ed. Festi L. 1839 p. 396.

[3]) Ritschl Ind. schol. Bonn. aest. 1852 = Op. IV p. 82 sq.

[4]) Ritschl Op. IV et Mon. priscae lat. — Mommsenus CIL I, IX, X.

[5]) Buecheler *Iahrb. d. class. Phil.* 1863 p. 330 sqq. Idem Ind. schol. aest. Bonn. 1876. ea tamen morosiore usus est diligentia quod cum hanc scansionem 'Máarco Cáicílio' probaret,

A. Spengel demonstrauit eam diaeresin in nonnullis saturniis esse non post quartam thesin sed post tertiam arsin [1]).

Westphal eo nomine laudandus est quod princeps et dux fuit ad poesin romanorum antiquissimam comparandam cum carminibus aliorum gentium indoeuropaearum [2]). cuius uestigiis ingressi Fr. Allen [3]) et H. Usener [4]) eam rem cum magno fructu persecuti sunt.

§ 7. Th. Korsch [5]) subtili sensu rythmi docuit et incisionem esse post secundam arsin hemistichii, et alterius hemistichii priorem partem debere constare cretico. quae cum acute inuenisset, nollem omnia ad eam normam nimis seuere exegisset. utrumque enim curae fuit poetis, idque elegantissimus quisque maxime sequebatur, sed nec lege certa iussi sunt -- quod ostenderunt Hauet et Baehrens — ea obseruare nec uoluerunt semper. quodsi fecissent uersus omnes ita concinnos, haud scio an nimia aequabilitas peperisset aurium satietatem.

Videamus igitur exempla.

---

scansionem illam Vahleni — "mágníque Atlantes" eam ob causam repudiandam esse censuit quod posterior ictuum continuorum esse in syllaba declinationis non oportere diceret. neque enim mentes eorum qui loquebantur semper figuras deriuationis a declinatione satis distinguebant, nec declinatio minus ponderis attulit terminationibus productis quam deriuatio. cur autem scansio illa Vahleni mihi minus placeat ea est causa quod si eo loco thesis est suppressa, continui ictus non in una uoce esse solent, sed per duas diuisi.

[1]) A. Spengel, Philolog. 1866 p. 81 sqq.

[2]) Westphal, *üb. die Form d. ält. lat. Poesie* Tub. 1852. -- Idem *Griech. Metrik* L. 1868 p. 40 sq.: 3. ed. L. 1887 p. 65 sq.

[3]) Fr. Allen, *üb. d. Urspr. d. Hom. Versmasses Z. f. vergl. Sprachf.* XXIV (1879) p. 556 sq.

[4]) H. Usener, *altgriech. Versbau* Bonn. 1887 p. 76 sq.

[5]) Th. Korsch, de uersu saturnio. Mosquae 1869.

Ac primum excipiendi saturnii fere quinquaginta suppressa thesi paenultima hemistichii posterioris. nam Lucianus Mueller ostendit, si paenultima sit suppressa thesis posterioris hemistichii, poetas minime noluisse primam eius hemistichii constare longa syllaba. quod et diligenti opseruatione usus et suptili illo, quo excellit, sensu rhythmi ductus docet. etenim siquod colon suppressa paenultima thesi factum est est breuius, longitudine primae thesis breuitas ea quodam modo compensatur. sed poetae illi prisci cum in multis rebus magna usi sunt libertate, tum hac in re alias aliter egerunt.

Qui autem exstant saturnii praeter carmen de moribus Catonianum, quod, ut incertae lectionis, in nullo numero duco, ii sunt prope ducenti. restant igitur prope centum et quinquaginta integra thesi paenultima. eorum admodum duae partes uel paullo plus quam centum ex quarta arsi et proxima thesi et quinta arsi efficiunt creticum in hunc modum — 'fortĭs uir sapiensque; quadraginta autem fere saturnii eius cretici loco alios habent pedes. eorum quattuor et uiginti habent molossum: elog. 2. 4. — 'quei fūīt apud uos', cf. u. 3 fúit; elog. 3. 4 — hic fūēt apud uos', cf. u. 2 fúisse. Liu. 11 — 'adprimus Patrícoles'. epigr. Naeu. 4. loquier lingua latina. itemque comprec. 6 II 1; 7. 3; ded. 4. 2, 3, 4, 7; elog. 1. 2; 3. 2; 6. 4; 8; 12; Liu. 25; *30. 1, 2; 41. 2. Naeu. 2. 1; 6. 1; 7. *1; 29. *1, *2; *34. — choriambum habent quinque, elog. 4. 6. 'quei minus sit mandatus'; Liu. 2; Naeu. 16. *2; 41; *45. — paeonem quartum habent quattuor uersus, Naeu. 3. 2 | cápitibús opertis; ded. 4, 8 'bene iouent optantis': comprec. 7. 5; elog. 6. 2. — paeonem primum habent duo. Liu. *3 'ore supe-ra fugit'. Liu. 21. *2. — ionicum a maiore habent tres saturnii. Naeu. *46 'lucam bouem lucusta'; sent. 67; 69. 2. — ionicus a minore est Liu. 18. 1. ĭgĭtur demum Ulixi.

At Naeu. 12. 1 sic scandendum esse puto: 'Ǎ e n ĕ ā quo pacto'; cf. Buecheler m. rh. XLII p. 311. et concedendum est aliquot eorum locorum quos nunc attuli esse incertos.

§ 8. Et ne incisionem dipodicam quidem uel caesuram Korschianam, quae sequitur "arses" secundam et quintam, utroque loco poetae saturnii constanter obseruarunt. prope enim ducenti, ut dixi, sunt saturnii, eorum centum et triginta uel partes duae in utroque hemistichio habent eam incisionem ad hunc modum: dabunt malum | Metelli — Naeuio | poetae; sexaginta fere uel pars tertia carent in altero aut priore, ut namque nullum peius — macerat | humonem, aut posteriore, ut hospes gratumst | quom apud meas — restitistei seedes. et eadem ratio est eorum uersuum qui integris sunt thesibus tertiis et paenultimis atque eorum qui hac uel illa carent. excusari sane potest neglecta incisio aliquot uersuum uel uoce polysyllaba, ut ded. 4. 7 — 'impratoribus summeis', uel nomine proprio, ut elog. 9. 4 quom Q(uinto) Caepione —; sed eae excusationes non multum ualent, quod non de omnibus ualent. illud uero raro in saturniis commissum est ut utrumque hemistichium incisione careret. cuius rei exempla inueni haec, quorum aut in utroque hemistichio aut in posteriore thesis suppressa est inter arsin secundam et tertiam:

Liu. 20 utrúm genua ámplóctens uírginem óráret [1]).
elog. 6. 3 *u*ibđu ómnitu Úránias écuc émpratois.
„ 6. 5 aetátu fírăta fértlid praícim e Pérséponas.
„ 5. 1 Magná sapiéntiá multásque uírtútes.

§ 9. Sed restant duo uiri sane digni qui nominentur ex eo numero qui cognitioni numeri saturnii aliquid profuerunt, Havet et Luc. Mueller.

[1]) Licet tamen cum Luciano Muellero legere: utrúm genús amploctens u. o.

Havet de omnibus quicunque saturnio uersui cognoscendo operam dabunt in omne tempus optime est meritus non modo eo quod uersibus carminibus testimoniisque diligentissime conquisitis, ratione critica examinatis, denique optime compositis copiam locupletissimam instrumentumque utilissimum comparauit, uerum etiam cum alia tum id certe boni nouique ad scansionem attulit quod demonstrauit iambicas et uoces et complexiones quasdam syllabarum tam in saturniis quam in uersibus scenicorum saepe ita esse metiendas quasi sint pyrrhichii [1]).

Lucianus Mueller [2]) cum aliquot saturniorum locos egregie emendauit, tum ad ipsam scansionem id maximi momenti attulit quod ratione critica demonstrauit non magis in saturniis quam in aliis generibus priscae poesis latinae ullum esse locum concessum hiatui. non bene nec prudenter Aemilius Baehrens, uir doctissimus et acutissimus, cum post Muellerum saturnios multos ederet, fecit quod hiatibus a Muellero sublatis tamquam maculis carmina saturnia denuo aspersit atque etiam nouis foedauit [3]).

---

[1]) Tamen ei rei uim tribuit nonnumquam maiorem quam par fuit. neque enim facile quisquam dimensiones illas "férŏcia pariat" aut "tíbi ŭtier uita" exemplis scenicorum tuebitur. de qua re cf. alterum excursum eorum quos huic editioni addidi. quo terminos huius rei conatus sum constituere. — Havet Parisiis 1880 edidit librum illum de saturnio.

[2]) Luc. Mueller, *der Saturnische Vers u. seine Denkmäler* L. 1885. cf. Idem libri de Q. Ennio p. 227—230.

[3]) Baehrens uero, quam licentiam hiandi Fauniorum uatum propriam esse uult, eidem Ennium Luciliumque ipsos indulsisse dicit FPR proleg. p. 13. itaque uersum illum Lucilii, quem seruauit Plinius n. h. praef. 7, sic scandit FPR p. 201 fr. 422 "Pérsiúm haec légere nolo, Iunium congum uolo". qui uersus leni remedio potest liberari hiatu: "Pérsium haece légere nolo --". nam pleniores demonstratiui formas nondum temporibus Gracchanis fuisse obsoletas ostendunt tituli, quorum exempla collecta habet Georges *Lexicon d. Wortformen s. u.* 'hice'. quamquam apte Marxius coniecit: "Persium*ue* haec legere n.".

Qui uel de uersu Saturnio quaestiones uel uersus Saturnios edidissent inde ab aetate Richardi Bentleii ad suam diligenter enumerauit Ludovicus Havet in eo libro quem de Saturnio latinorum uersu edidit Parisiis anno 1880 p. 448—458. ei tam longo elencho non multos habeo libros locosue quos addam. sed hos pro spicilegio iis quae nominauit Havet addo.

A. Schuette, de Cnaeo Naeuio poeta. particula prima Herbipoli 1841 (de uersu saturnio agit p. 48 sqq.)

M. Édélestand du Méril, Poésies populaires latines antér. au douz. siècle. Paris 1841 p. 45—54 et 103 sqq. (aecentus in carmina saturnia dominatos esse dicit).

Macaulay, Lays of ancient Rome *p. 20 ed. Tauchnitz* (breuiter, sed luculente).

Donaldson, Varronianus [3] Londini 1860 (aliquot locis et latina et Umbrica carmina saturnio numero scandit, scansionisque rationem reddit).

Theodorus Bergk, Zeitsch. f. Alterthumswiss. 1856 p. 129 sqq. = Opp. II 495 sqq. et p. 510.

Rud. Westphal, Zeitschift f. vergl. Sprachforsch. IX 437—458.

Alfredus Fleckeisen, Zur Kritik der altlateinischen Dichterfragmente bei Gellius. Lipsiae 1854 p. 26.

„ „ „, Kritische Miscellen L. 1864 p. 11 sqq.; p. 21; p. 41.

„ „ „, Jahrbüch. f. klass. Philol. 1861 p. 148; 822.

„ „ „ „ „ „ „ 1863 p. 340.

H. Buchholtz, Priscae poes. lat. orig. l. III Berolini 1377 p. 320 sqq.

Raphael Garruccius, Sylloge inscriptionum latinarum Augustae Taurinorum 1877. p. 37—40.

Iohannes Huemer, Untersuchungen üb. d. ält. lat. christlichen Rhythmen. Vindobonae 1879 p. 1—3 (Westphalio se applicauit).

H, Iordan, Kritische Beiträge zur Geschichte d. lat. Sprache. Berolini 1879. p. 167—224.

Th. Mommsen, Römische Geschichte I [7] p. 224 sq.

Sequitur ut eos enumerem qui post editum Haueti librum illum uel hoc decennio de uersu saturnio deque uersibus saturniis scripserunt, quos quidem scripsisse mihi cognitum sit.

Ac primum nomino eos qui scandunt *mensura syllabarum*.

G. Boissier, des vers latins. Journal des Savants 1881 p. 151—170 et 274—286 (sed B. putat mensuram ipsam quan-

titatum partes agere in saturnio metro non primas, sed secundas. "c'est l'air qui est maître".)

L. Quicherat, Traité de versification latine 3 éd. Paris 1882 p. 239—241.

Fr. Buecheler, m. rh. XXXVI 495 sq.

Rud. Klotz, Iw. Mueller's (uel Bursian's) Jahresbericht 1883 p. 322 sqq. et 389 sqq.

„ „ , Ibidem a. 1887 p. 118 sqq. (Disputationes Klotzii sunt maximi momenti).

Carolus Sittl, Philolog. Anzeiger 1883 p. 423—428.

H. T. Karsten, revue de philologie 1885 p. 144—148.

Carolus Pauli, Altitalische Studien. IV. Hannov. 1885 p. 75—86. ex disputatione de uersu saturnio Pauli me non modo magnam delectationem cepisse sed etiam magnos fructus profiteor; neque ex ulla maiores. eique plurima assentior.

Lucianus Mueller, der Saturnische Vers und seine Denkmäler. L. 1885.

„ „ , Quaestiones Naeuianae. praefat. editioni Ennii et Naeuii praemissae p. XX—XLVII. L. 1884.

Aemilius Baehrens, Fragmenta poetarum Romanorum. L. 1886.

Victor Henry, Contribution à l'étude des origines du décasyllabe roman. Paris 1886 p. 6—10.

Franciscus Zambaldi, Metrica greca e latina. Augustae Taurinorum 1882 p. 343—350 (sed idem magnam uim tribuit accentui).

Ludovicus Havet, Métrique grecque et latine. Paris 1886 p. 193.

Remigius Sabbadini, rivista di filologia XIV 1886 p. 134.

G. Paris, Romania XV 138.

H. Usener, Altgriechischer Versbau. Bonnae 1887 p. 76—78.

Richardus Kühnau, Rhythmus et indische Metrik. Gottingae 1887. p. 9 sq.

Otto Ribbeck, Geschichte der röm. Dichtung. vol. I. L. 1887 p. 5—9.

L. Valmaggi, riv. di filologia XVI (1888) p. 224 sqq. (dubitanter).

Fr. Leo, Hermae vol. XXIV p. 80 et 282.

F. Plessis, Traité de métrique grecque et latine. Paris 1889 p. 42, 297 sq.

Gul. Teuffel et Ludovicus Schwabe G. R. Litt.[5] § 62 p. 110 sq. et

Sebastianus Dahl, Latinsk litteraturhistorie. Christianiae 1889. p. 8 sq. in dubio relinquunt mensura quantitatum an accentibus numerus saturnius contineatur.

Postremo nominabo eos qui hoc decennio de uersibus saturniis disserentes eos scandunt *accentuum modificatione.*

Eug. Misset, Le rhythme du vers saturnien. Insulae et Brug. 1881 (non uidi).

Jacobus Cortese, de M. Porcii Catenis uita operibus et lingua. Savonae 1882. in addendis extremo libro.

Michael Ring, altlateinische Studien. Pressburgi 1882.

Otto Keller, der Saturnische Vers als rhythmisch erwiesen. Pragae 1883.

„ „ , der Saturnische Vers. Zweite Abhandlung. Pragae 1886.

Rudolfus Westphal, Götting. gel. Anzeig. 1884 p. 340—352.

„ „ , Berlin. philol. Wochenschrift. 1884 p, 1334—1337.

„ „ , Theorie d. griech. Metrik [3] L. 1887 p. 65 sqq.

Rudolfus Peter, Commentation. in hon. Reifferscheidii Vratislaviae 1884 p. 67—83.

R, Thurneysen, der Saturnier. Halis Sax. 1885.

H. Gleditsch, Wochenschrift f. klass. Philol. I p. 42—48.

„ „ , Iw. Mueller's Handb. d. klass. Altertumswissenschaft I. Nordl. 1885. p. 577—579.

Idem in eodem libro iterum edito Nordl. 1890 p. 820—822.

Felix Ramorino, ad O. Kelleri opusculum. rivista di filol. 1883 p. 181—195.

„ „ , Rivista di filologia 1883 p. 417—539.

„ „ , Memorie del r. Istituto Lombardo di Scienze e Lettere vol. XVI. 1886 p. 215—250.

Gulielmus Deecke, m. rh. XLI p. 199.

„ „ , die Falisker. Argentorati 1888 p. 195 sq.

Alex. Saalfeld, Berl. philol. Wochenschrift 1888 p. 364.

P. Cauer, Wochenschrift für klass. Philologie 1889. 1421.

CAPVT II.

De uersibus monocolis.

Versus simplices italici sunt generatim quaternarii aut acatalecti aut catalectici. Quaternis enim arsibus non modo acatalecta sed etiam catalectica cola fere percuti solita esse in cantando quidem antiquitus cum structura intellegitur tum eo quod in strophis distichis carminum Saliarium et Arualium acatalecta cola catalecticis respondent.

ut in Carmine Saliari:

I. stroph. O Zául adoríese ómniá
Verom ád patulá coemís es iáneús Iánés
: ∼ :
II. stroph. Duonus Cérus és, duonus Iánús
Veuéis promérios próme diús enúm recúmde.

in Carmine fratrum Arualium:

I. stroph. Neu lúe rúe Mármár
sìrís incúrrere ĭn pléorés.
: ∼ :
II. stroph. Satúr fú fere Máuórs,
lime énsalí sta uérbér.

Rhythmus uniuersa natura plerumque est uel iambicus uel trochaicus.

Arses, quippe quibus compages rhythmi contineatur, certa sede manent, theses uagae sunt possuntque supprimi, nec tamen simul omnes nec ita ut rhythmus nimia tarditate consistat. thesibus suppressis magna est uarietas.

Ea uarietas thesium suppressarum qualis sit quibusque rhythmi legibus teneatur, hic index ostendit.

A	⏑ ⏓ ⏑ —, ⏑ ⏓ ⏑ —	dabúnt malúm Metílií
a	⏑ ⏓ ⏑ —, ⏑ ⏓ —	dabúnt malúm Metéllí
a₂	⏑ ⏓ —, ⏑ ⏓ —	dabúnt hóc Metéllí
a₃	⏑ ⏓ ⏑ —, ⏑ ⏓ —	dabúnt malúm múlti
		dabúntur pérmúlti
B	⏓ ⏑ — ⏑ ⏓ ⏑ —	dánt malúm Metílií
b	⏓ ⏑ — ⏑ ⏓ —	dánt malúm Metéllí
b₂	⏓ — ⏑ ⏓ —	dánt hóc Metéllí
b₃	⏓ ⏑ — ⏑ ⏓ —	dánt malúm múlti
		dántur pérmúlti.

Est etiam dipodia trochaica. ea quater repetitur Comprec. 9. 11—14, ter Comprec. 14. 4. — et per se et in parte saturnii usurpatur quaternarius iambicus catalecticus **a** et trochaicus brachycatalectus **b**; itemque uarietates eorum a_2, b_2, a_3, b_3. nusquam autem nec quaternarius acatalectus **A** nec trochaicus catalecticus **B** usurpantur nisi ut per se uersum efficiant; quae genera A et B cur in parte saturnii non sint rationem reddidi p. X.

Proximum est ut quae cuiusque sint generis exempla enumerem.

1. Cola cum anacrusi.

A. Sent. 19—21; *60. 2; *62. 1. — Comprec. 4. 3. — *(anapaestici uersus).*

Sent. 8; 18. — *(quasi logaoedici, glyconei I:i).*

Sent. 5; 10. — *(quasi logaoedici, glyconei II:i).*

Sent. 1—4; 6; 7; 9; 11—17; 56. 1; 57. 1; 58. 1; 69. 1 [1]).

---

[1]) Prouerbia inserta uersibus poetarum, quae continentur Appendice I p. 17 sq., in hunc indicem exemplorum recipere nolui; propterea quod nec scansio eorum certa est nec lectio, atque etiam de quibusdam ambigitur a populo facta sint an a poetis scenicis, quorum in fabulis exstant, inuenta.

Sortes 1; 2. 1; 3. 1; 4. *1; 8 a. 2.
Comprec. 5. *1; 3. 2; 14. 3.
Ded. 3. 2; 10. 1; 6. 1.
Elog. 19. 3; 21. 2; 22; 23; 27. 1; 28. 1; 29. 1; 30. 1; 31. 1. *(iambici, ut proprie iambi italici dicuntar).*
Versus circiter quinquaginta.

a. (et a_2 et a_3) Sent. 38—41; 43. — Comprec. 9. 1; 13. 2. — Ded. 3. 1. — Sort. 8 c. 1. — Elog. 15. 1, 2. *(paroemiaci anapaestici).*
Sent. 42; 44; 50.
Comprec. 4. 9. *bis;* 8, 9; 11. 1.
Ded. 4. 1.
Elog. 14. 2; 18. 1. *(paroemiaci quasi logaoedici).*
Sent. 45—49; 59. 1; 60. 1; 70. 1; 2. 1—3.
Sort. 2. 2; 6. 1. 2; 8 a. 1; 8 b. 1, 2; 8 c. 2.
Comprec. 1; 2. 1, 2; 3. 1; 4. 1, 2, 4, 5, 8; 5. *3, 5, 6, 8—10; 6 I 1—4; 7. 2, 4, 6; 8. 6, 7, 9—12; 9. 3, 4, 23—29; 14. 5, 10; 16. 3, 4; 17. 1, 2, 4.
Ded. 7. 1, 2—7.
Elog. 13. 8; 14. 1, 3; 15. 3; 16. 2—7; 27. 2; 28. 2; 32. II. 3. *(iambici, ut proprie iambi italici dicuntur).*
Versus centum fere.

B. Sent. 62. 2. *(tetrapodia dactylica catalectica).*
Sent. 37; 57. 2; 58. 2. — Comprec. 5. 7. *(quasi logaoedici: Glyconei).*
Elog. 32. II. 1. *(Glyc.)*
Sent. 36 rhythmo est spondiaco.
Sent. 22—35; 54. 1, 2; 55, 1, 2; 56. 2; 59, 2; 61. 1; 63. 2.
Sort. 5. 2; 7 a. *1.
Comprec. 13. 1; 14. *9; 15. 1, 2. — Ded. 7. 9.
Elog. 18. 3; 20. 3; 24. 2; 25. 1; 26. 1, 3. *(trochaei, ut trochaei italici proprie dicuntur).*

Versus quadraginta fere.

b. (et b_2 et b_3) Sent. 51. — Comprec. 11. 3. — Elog. 15. 4; 17. *(dactylici).*

Sent. 61. 2. — Elog. 21. 1; 25. 2; 32. II. 2. *(quasi logaoedici, Pherecratei).*

Sent. 52; 53; 63. 1.

Sort. 3. 2; 4. 2; 7 a. 2.

Comprec. 4. 6, 7; 5. 12, 13, 15; 6. I. 5; 6. II. 3; 8. 13; 9. 5—22, 30—36; 12. 1—3; 14. 6—8; 16. *1, *2; 17. 3.

Ded. 7. 7, 8.

Elog. 18. 2; 19. 1, 2; 20. 1, 2; 24. 1; 26. 2; 29. 2; 30. 2; 31. 2. *(trochaei, ut trochaei italici proprie dicuntur).*

Versus sexaginta fere.

Et his quidem formis uariantur uersus italici antiqui.

Quorum structura rhythmica ac metrica nunc nobis est exponenda atque explicanda. quia autem, si a caesura Korschiana discesseris, ad structuram nihil refert cola ea per se ponantur an hemistichia sint, hae quae nunc sequuntur quaestiones pariter ad uersus saturnios atque uersus monocolos pertinent.

CAPVT III.

De arsibus.

De arsibus prima lex est in poesi romanorum ut sint in longa aut binis breuibus.

Soluuntur arses in poesi antiqua et domestica eodem modo quo in uersibus scenicorum. quod apparebit sī contulerimus quaternarios et ternarios eos de quibus nunc quaeritur cum quaternariis et ternariis Plauti Terentiique.

Primum igitur uidebimus locos arsium solutarum, deinde quo modo soluantur.

Raro binae arses soluuntur. Sent. 54. 1, Comprec. 9. 3, 4 = 23. quod saepius fit in quaternariis et ternariis scenicorum. Plautus Aul. 134 b *Leo* Hic lóquĕrer fámĭliarem. Truc. 453 Maláe quam sŭmŭs ingĕnĭo. Men. 111 b túte tíbi ŏdio hábeas. Cas. V 2. 17 = 829 *a et b* Ágĕ dum tú ădi hunc obsecro : Ubĭ tuá noua nuptast. Pseud. 211 Dýnămin dómi hăbent maxumam. Merc. 134 Quid ĕst negoti? pérĭimus. Pers. 29 Básĭlice ágĭto eleutheria. Terent. Eun. 747; Hec. 850; Ad. 616. Plautus Bacch. 655.

Unius uersus tres arses sunt solutae, sed in eodem uerbo iterato, quod non potest displicere, Comprec. 12. 1 Háuĕat háuĕat háuĕat. illud uero grauius quod libri habent Plaut. Men. 976 b = 958 *V* Id égŏ malé măl̆um métŭo. et Pseud. 195 a P̆ŏl ĭste atque ĕ̆tĭam măl̆ĭficus.

Saepius soluuntur arses singulae, tum prima tum secunda tum tertia.

Prima iambi. Sent. 1 Quot hómines tot sententiae. Sent. 3; 9; 43; 45; 56. 1; 70. 2. 1. — Comprec. 6. I. 4; 9.

3; Ded. 6. *2. Comprec. 9. 4, 23; — Ded. 3. 2; 4. 5, 6. — Elog. 3. 5; 4. 4; 18. 1; 19. 3; 27. 2; 28. 2; — Liu. 23. 2; 40; 42; 3. Naeu. 31. 4.

Cf. Plaut. Pseud. 922 Tu prĭŏr adire ut occupes; 1305; Capt. 197; 510; Men. 120 *S.*; 976 a; 596 b; 597 a; 597 b: Most. 129. 130. — Terent. Adelph. 317. Plaut. Bacch. 659. Aul. 135: 139; 140. — Terentius Hec. 731. Plautus Pseud. 917. Rud. 940 a; 940 b; 942 a; 943 a.

Prima arsis coli trochaici soluta. Sent. 22 Cólŭbra restem non parit. Sent. 23; 32: 33; 34; 52—54; 55. 1; 63. 1, 2. Naeu. 3. 2 — | căpĭtibus opertis; Naeu. 10 ĭnĕrant signa expressa. | — Comprec. 7. 5; 9. 6, 7, 9, 11, 13, 15, 17; 12. 1; 13. 1. — Ded. 4. *4, 8; 6. 2; — Elog. 2. 3, 6; 1, 2; 32 II. 1. — Liu. 4; 18. — Naeu. 37. — Epigr. Naeui 3.

Cf. Terentius Ad. 158 Égo ĭstam inuitis omnibus. Plautus Pseud. 202 b Cólĕre iuuentutem Atticam. Cas. V. 2. 11 a; II. 1. 5 b; Epid. 4; 5; 85 97 *b libri* Quíă tu tete deseris; 167; Pers. 27; Casin. II. 3. 21 a Téněor sed cesso caput; Cist. I. 1. 27 Bénĕque; Pseud. 213; 224; 579. — Cas. 148 b *Uss.* = II 1. 27 b. Néque hŏdie coquetur *(ternarius)*. Aul. 824—826 *libri, Seyffertus* Égŏn *ted* emittam manu (Égone te *libri, Seyff., Leo:* Egon te *Havetus Langenus)* | Scélĕrum cŭmŭlatissime. | Ábi ĕre sciŏ quam rem geras.

Secunda arsis iambi soluta est in Sententia 6 Ubique mĕdĭus caelus est; Naeu. *41 simitur ălĭs aliunde | —. et item Sent. 17; 21; 39; 57. 1; 59. 1: 70. *1. Suae quisque făbĕr fortunae; 70. 3. 2. — Comprec. 5. 4; 9. 4, 23, 25. — Elog. 6. 2, 5; 16. 2; 22. — Liu. *24; *34. — Naeu. 4 b; 29. 1.

Cf. Plautus Cas. III. 5. 13 *a et b* Immo istuc tĭbĭ sit — ne cadam | Amabo tĕnĕ me quicquid est; Rud. 939 b; Pers. 811; Cas. IV. 4. 16 a; Aul. 136; 138 — Terentius. Eun. 301. — Plautus Amph. 177 *libri* Hodie qui fŭĕrim liber; Men. 597 a *Sch.:* 599 a *Sch.;* Capt. 784; Rud. 289; Pseud. 187; Cas. III. 5. 32 Prope ad se sĭnĭt adire; IV. 4. 15 a.

Secunda coli trochaici Sent. 56. 2 in te rĭcĭnum non uides. Elog. 19. 1 fili bĕnĕ quiescas; Liu. 28 topper făcĭt homones ¦; Naeu. 46 lucam bŏuĕm lucusta. Sent. 26; 54. 1; 56. 2; 61. 2; 67; 69. 2(?). — Elog. 3. 6; 6. 7; 4. 6; 19. 1, 2; 20. 3. — Liu. 3; 21. *2; 39. — Comprec. 9, 14.

Cf. Terentius Heaut. 178 Quicum lŏquĭtur filius. Plautus Capt. 511. Ecquis hŏmĭnum nouerit; Ep. 73, 74 Haecine ubi scibit senex ¦ Puppis pĕrĕundast probe; Merc. 135; Pers. 197; Cas. II. 2. 4. — Aul. 145 Ted id mŏnitum aduento. Men. 111 *(clausula)* — túte tĭbĭ odio habeas. Cas. V. 2. 17. Ubi tuă nŏua nuptast?

Tertia arsis soluta coli iambici Sent. 18 Uuam uua uidendo uărĭa fit; Sent. 42; 70. 2. 3 ferociā părĭat; Elog. 7. 3 bene rem geras et uălĕas |. — Comprec. 9. 3; 13. 2. — Ded. 1; 4. 2. — Elog. 16. 3, 4; 32. II. 3; — Liu. 12; 25. 2. — Naeu. 22. 2; 46.

Cf. Plautus Rud. 675 b Malis in rebus mĭsĕriis; 940 Turbída tempestas hĕrĭ fuit. Men. 596 a *Schoell.* — Rud. 197 Sciam minus me mĭsĕrer; 285 b famula et sacerdos clŭĕo; Aul. 132 (quin participem páriter) egó te et tú me făcĭas (facias *Lambinus:* ut f. *libri);* Truc. I. 2. 7 Consúlto sunt consĭlio (consulta *libri);* Pers. 812; Cas. IV. 4. 18 a Corpusculum malăcŭlum. Cist. IV. 1. 68 *clausula septenarii* — age loquere tu quid ibi ĭnĕrat *(Becker:* infuerit *libri).*

Tertia trochaici coli Elog. 4. 3 | gloria atque ingĕnĭum; 7. 1 | Máarco Cáicĭlĭo. — Sent. 61. 2; 67. — Comprec. 11. 3. — Elog. 4. 2; 6. 5; 31. 2. — Liu. 11; 16. — Naeu. 18. 1.

Cf. Plautus Capt. 207 b Sentio quam rĕm agitis; Trin. 288; Stich. 288 a Quidnam dicam Pĭnăcium; Pseud. 222; Merc. 134 — Plaut. Bacch. 659 b *B, Leo* Conuenit esse hŏmĭnem. Trin.

236 — quemadmodum se expédĭant; Epid. 167 b *A* Quom usus est ut pŭdĕat; Cas. II. 1. 8 a Flagitium illud hŏmĭnis.

Sequitur ut in anapaesticis et dactylicis colis quomodo arses solutae sint uideamus.

Anapaestorum uel spondeorum arses hae solutae esse inueniuntur. prima et tertia Sent. 43 Assem hăbĕas, assem uălĕas. secunda Sent. 39 Bonae mentis sŏrŏr paupertas. — Comprec. 9. 2. — Elog. 15. 1.

Cf. Plaut. Rud. 187 b Regiones tĭmĭdam eiectam; Pers. 759 b Hic stătŭi uŏlŏ primum ăquŏlam; 777 Qui inuĭdĕt mi et ei qui hoc gaudet. Bacch. 1200 Quod mĭhi ĕrat id me exorat. — Tertia arsis Sent. 50; 62. 1 Hiberno puluere lŭtŏ uerno.

Cf. Plaut. Men. 351 Sine fóres sic, abi. nolo ŏpĕriri; Most. 323 Si tibi cordist face, lĭcĕt, lepida's; Men. 365 Ut iussisti taque ut uŏlŭisti.

Dactyli arsis soluta est Elog. 32. II. 2 femina ópĭtuma ueixsit.

Cf. CIL I 1452 Postquam cĕcĭderunt sei sunt *mala* consulis tum me. CIL I 1454 Qur petis pos tempus consílium. quod rogas non est: CIL I 1444 Formidat omnes: quod métŭit; id sequi sátiust. CIL IX 4672. 4 cogendei disolvendei tu ut fácĭlia faxseis. Plautus Curc. 156 *Buechelerus* St tace tácĕ taceo hercle equidem. Quid? quod Ennius ipse, si libris fides habenda est, scripsit Ann. 374 *B* = 267 *M* căpĭtibus nutantis pinos rectosque cupressos. Hed. 53 *M* = 529. 3 *B* Mýtĭlenaest partem charadrusque apud Ambraciai; 59 *M* = 529. 10 *B* Mélănurum turdum merulaeque umbramque marinam. Pacuuius ap. Marium Vict. p. 77. 12 *K* — uóluite răpĭte comá tractáte per | áspera sáxa et humúm — quod metrum Marius dicit esse dactylicum. cf. Hermanni doctrin. metr. p. 347. Christius de re metrica [2] § 183. H. Meyer de obseruatione accentus p. 94.

Anapaesti arsi soluta proceleusmaticus anapaesti locum obtinet Elog. 15. 1 Matér měă míhĭ monuméntum Sent. 62. 1 Hibérno puluĕrĕ lútŏ uerno.

Quod in anapaestis Plautinis saepissime fit. ut in paroemiacis Amph. 161 *Leo* Caedánt ĭtă pĕrĕgre aduéniens. Stich. 325 Pŏtĕs hódĭe non cenabis. Pers. 758 b meos párticipes béne ăccípĕre; Men. 368 ⏑ Ubĭ lúbĕt ire licet accubitum; Cas. III. 6. 20 a Stas étiam i sis ĕgo hĭc hábĭto; Aul. 726 Mĕŏ malo ĕt damno pătĭ nĕquĕo. et in dimetris anapaesticis acatalectis Men. 361 ⏑ Ănĭmŭlĕ mei mihi mirá uidentur; 363 Magis quă dŏmŭs túă, domus quom haéc tua sit; 366 Nĕquĕ tíbi ăpud mest ullá mora intus.

In iambis ipsis proceleusmaticus est pro iambo his locis; Ded. 1, Comprec. 9. 3 ŭtĭ sĭĕs uolens propitius; Comprec. 9. 4, 25 mĭhĭ dŏmŏ familiae nostrae; Ded. 3. 2 ĕnŏ(m) duĕno ĭnem med mano statod; Elog. 4. 4 quĭbus sĭ ĭn longa licuiset |; Liu. 3 mĕă pŭĕra quid uerbi ex tuo |. in primo igitur pede hoc uersatur, si uersus iambicus est; sin anapaesticus, quod uidimus, etiam in aliis.

Et iambi scenicorum senarii septenarii octonarii saepius in primo pede quam in aliis, quaternarii, ut uidetur, numquam habent proceleusmaticum illum nisi in primo pede. cuius rei haec inueni exempla inter quaternarios. Plautus Capt. 197 Dŏmĭ fŭĭstis, credo, liberi; 510 Rŏgŏ Phĭlŏcratem equitem ex Alide; Aul. 138 Dĕcĕt te ĕquĭdem uera proloqui; 140 b *Goetz* ⏑ Ălĭa ălĭa peior frater est.

Nullum inter reliquias domesticorum uersuum Italiae antiquae inueni uersum qui haberet proceleusmaticum pro trochaeo.

Alterum erat nobis quaerendum quomodo arsis solueretur. quae si soluitur aut una uoce continetur aut in binas diuiditur. atque in priore genere optime soluitur ea quae constat ex uoce bisyllaba, ut Elog. 16. 1 Patrono bénĕ merenti; Sent. 53 Cánĭs caninam non est, aut ex priore parte uocis polysyllabae, ut Sent. 70. 2. 1. Quis ánĭmi compote esse; Sent. 23 Séquĭtur uara uibiam. et saepius arses sic solutae sunt.

Etiam in media uoce polysyllaba ea est solutio. Ded. 4. 6 gondécŏrant saipisume |; Elog. 3. 5 | Alĕrĭaque urbe armis; 18. 1; Compr. 9. 3; Ded. 1; Ded. 4. 2; Elog. 16. 2; 32. II. 3; Liu. 3; 12; Compr. 5. 4; 9. 4; Elog. 6. 2. — Sent. 67; Elog. 4. 3; 6. 5; 7. 1; Liu. 11; 16; Naeu. 18. 1; Sent. 26.

Cf. Terent. Hec. 731 Adgrédĭar. Bacchis salue. Plaut. Truc. I. 2. 7 Consulto sunt consíllĭo; 453 Malae quam sumus ingĕnĭo; Trin. 236 Quemadmodum se expédiant.

Qua in primo pede senariorum licentia scenici usi sunt ut ictum collocarent in paenultima et ultima uocis dactylicae, eadem Plautus fortasse etiam in quaternario Aul. 139 Nam optúmă nullá potest eligi. eiusmodi nullus exstat uersus in reliquiis poesis domesticae.

Quo magis improbandum est quod uulgo sic scandunt editores Scip. elog. 3. 5 (= elog. 4. 5 huius ed.) "facíle facteis superases |" —; [1]) nec modo ratione probabilitatis adducimur sed etiam necessitate quadam compellimur ut sic scandamus: facul facteis s.; u. adn. ad elog, 4. 5. nullo enim exemplo licet paenultimam grauem uocis trium breuium ferire. neque est quod in epigrammate Naeuiano sic scandamus: ĭtáque postquámst Órci. nam quod non modo ítaque, sed etiam itáque dicebatur acuta paenultima secundum communem morem in enclisi copulae accinendi, de quo Seruius ad Aen. X. 668, ea uarietas non erat in usu promiscuo, sed pertinebat

[1]) Nusquam in fabulis nec Terentii nec Plauti iambum constare uocabulo trium breuium nemo post Ritschelium ignorat. ac ne in ceteris quidem iambis priscorum quidquam huius generis inuenias. nam quos duos nersus profert Sachsse de pedibus trisyllabis p. 12, ii aliter legendi. Caecilius ap. Cic. or. Caelian. § 37 *Franckenius et CFG. Muellerus* Egón quid dicam quid velim? quae tu ómnia: egone *libri.* cf. Plaut. Curc. 119 *Goetz.* Accius Eurysace ap. Non. 495. 20 *Luc. Muellerus* 'parúmper reprime *(uel* reprimés parumper) uím citatum quádrupedum': reprime parumper *libri.* restat igitur hic unus uersus Senecae Med. 447 *Leo* 'Fŭgímŭs Iason: fúgimus — hoc non ést nouum'. qui si uerus est, nihil pertinet ad priscorum poesin.

ad sententiae discrimen. quod uocem exsecutam esse docent Donatus et Seruius et Priscianus, quorum testimonia proferunt F. Schoell de accentu p. 139 et Seelmann de pronunt. p. 40 a. sententia autem in illo uersu Epigrammatis Naeuiani ea est ut non paroxytonon itaque sit, sed proparoxytonon. ergo scandendum sine anacrusi 'ítaque póstquamst Órci | t. t.'

Iam si solutio ea per bina uerba partita est, saepius ad aures accidit minus suauiter. qua re multo minus usitata fuit et finibus angustioribus circumscripta.

Minime tamen displicebat in eo genere monosyllaba hiatu correpta. Elog, 4. 4 quibus seí ĭn longa licuiset |; 21. 1 Cogita té hŏminesse; 19. 3 ut mé ăd te recipias uale. — Cf. Aul. 134 a Uti tuam rém ĕgo tecum. Cas. V 2. 17 a = 829 a Áge tum tú ădi hunc obsecro. Capt. 207 b Séntio quam rém ăgitis.

Et mollior fiebat ea solutio elisione. Ded. 3. 2 enom duĕno ĭne(m) med mano statod. Cf. Men. 111 b tute tíbi ŏdio habeas. Men. 360 *S libri* Nunc éum ădibo adloquar ultro: 983 Ego íta ĕro ut mé ĕsse oportet. Terent. Enn. 747 Úbi ĕast — Dómi ăpud me. — Hém — Quid est?; Ad. 158 Égo ĭstam —; Ad. 616 Néque ĕx immerito Sostrata. Plaut. Cas. II. 1. 6 b Néque hŏdie coquetur.

Cetera duriuscula. minus tamen aures offenduntur si prior uox est proclitica, quia id genus uocum cum uerbo insequenti accentu coniungitur; eius rei exemplum unum in hac poesi, de qua disputamus, exstat Sent. 57. 1 Corcillumst quód hŏmines facit. — Cf. Plaut. Baech. 653 a Út ŭbiquomque usus siet. paullo aliter Epid. 75 Quíd ĭstuc ad med áttinet,

Nullum autem inter has reliquias exstat tale exemplum quale hoc Plautinum Merc. 134 Quíd ĕst negoti? periimus.

Durissimum uero est, si ultima uocis non monosyllabae prior est solutae pars arsis. eius rei duo exstant exempla in Odyssia Andronici. *23. 2 quamdé măre saeuom. uires | et 42 dequé mănibus dextrabus. hoc nimirum in primo pede, in qua eadem licentia usui fuit scenicis, etiam in quaternario

Plautus Rud. 942 b Reté sĭne squamoso pecu. quin etiam in medio quaternario Idem Aul. 139 Nam optuma nullá pŏtest eligi. cf. Cas. V. 2. 17 b Úbi tuá nŏua nuptast et Terent. Hec. 621 Sumus Pamphilé sĕnex atque anus.

Quaternarios tantum et ternarios scenicorum ad comparationem adhibui. nihil autem differre hac re a quaternariis ternariisque longiores uersus scenicorum iambicos et trochaicos, nisi forte maior in iis est licentia arses soluendi, periti non ignorant. ergo haec quae de solutis arsibus explicauimus communia fuerunt priscae poesi Romanorum, scenicique uetustum et domesticum morem retinuerunt.

CAPVT IV.

De thesibus.

§ 1. I. **Theses supprimi possunt,** et quidem, si formam A i. e. ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —, cuius nulla est thesis suppressa, animo fingimus esse principalem, re autem uera nullam formam fuisse principalem affirmare licet — sed si ab ea forma, quod quidem rationi conueniens est, tamquam principali proficiscimur, nulla thesis eius non potest supprimi, nec tamen quouis modo neque cunctae, sed singulae aut binae.

Prima thesi suppressa fiunt e iambis quasi trochaei. hoc dico non quod trochaicus numerus sit secundarius et non principalis pariter atque iambicus. sed confusis saepe utebantur antiqui illi uates numeris iambico et trochaico. etenim licentia quaedam fuit antiquitus anacrusin uel praemittendi uel omittendi. uelut in carmine fratrum Arualium et Saliaribus (Comprec. 4 et 5) et agri lustrantis quod a Catone seruatum est (Comprec. 9) et in obtestationibus (Comprec. 13, 14, 16, 17) cola iambica mixta sunt trochaicis; idemque in saturniis obtinuit mos ut modo haberent anacrusin modo ea carerent. quae anacrusi carent cola utrum iis nomen sit trochaicis an procatalectis iambicis sane non multum refert. sed uerius nominantur iambica procatalecta si qua cola singularia sine anacrusi inserta sunt mediis periodis iambicis. ut Comprec. 8. 6 sqq. "Utí popló Románo || Quirítiúm prosprétis || **uím uictóriámque** || hostés poplí Románi || Quirítiúm terróre || formídiné mortéque || mactétis áfficiátis". — Dedic. 7. 1 sqq.

Ductu áuspicio ímperiópue || **éius Acháia cápta** || Corínto déléto || Romám rediéit triúmphans || Ob hásce rés bene géstas || quod uóuerát in béllo.

Secunda thesis et raro supprimitur neque umquam nisi suppressa simul ultima thesi, id est in colis *a* et *b;* ex quibus generibus hi exstant uersus monocoli tales:

a_2 Comprec. 2. 2 Salús híc manéto
„ 4. 4 Satúr fú fere Máuors
b_2 Dedic. 7. 7 hánc áedem et sígnu

Saturniorum hemistichia talia retuli in pag. III sq.

Ac ne tertia quidem uel paenultma thesis supprimi solet nisi colis illis *a* et *b,* quorum suppressa est ultima. monocoli tales uersus sunt:

a_3 Sent. 70. 2. 3 feróciá páriat
Sortis 8 c. 2 quam uénerít fátum
Comprec. 9. 26 Harúnce rérum érgo
„ „ 29 lustrándi lústríque
Dedic. 7. 3 Corínto déléto
Elog. 14. 1 Heis súnt duo cóncórdes
„ „ 3 honésto félíces
„ 16. 3 dedúcta sum Áemília
b_3 Sortis 3. 2 grátiá(m) némo
Comprec. 9. 5 Quóius réi érgo
„ „ 8 círcumagí iússi
„ „ 22 sálua séruásis
„ 16. *1 Néc parít múla
Elog. 30. 2 féminá sálue.

Saturniorum hemistichia retuli talia in pag. III—V.

§ 2. II. **Longas theses** iambicos et trochaicos uersus italicos admittere in omnes sedes praeter ultimam satis cognitum est. qua in re prisci poetae scenici morem seruarunt domesticum.

Ut ultimus enim iambus esset purus lex fuit in patriis romanorum carminibus aeque atque in graecanicis. quae lex in nullis ueris nec iambis nec trochaeis uiolatur. nam anapaestica sunt Sent. 19—21, 62. 1; spondaica Sent. 36; logaoedica Sent. 37 et 58. 2; spondaico rhythmo Sent. 36. itemque cola priora eorum Saturniorum quorum diaeresis est post tertiam arsin in purum iambum solent exire, nisi anapaestica sunt. anapaestica enim cola nimirum legibus numeri anapaestici parent. anapaestica autem sunt in hoc genere C+a priora hemistichia duo Ded. 4. 6 et Epigr. Naeu. 4. singularis autem est uersus Elog. 6. 4 Elísuíst Cerfúm sacarácrix Sémunú sva, cuius tertius pes Cerfúm est in exitu prioris hemistichii. quamobrem sine dubio hic saturnius caret diaeresi, de qua re u. p. VI, obscuraturque interuallum in confinio hemistichiorum positum. quodsi continuus est huius uersus rhythmus rite compositus est. sed cum inter iambicum numerum et anapaesticum minus interest in uniuersa poesi prisca latinorum quam in graeca, tum in carminibus domesticis interdum ea genera sunt quasi mixta. ut ex priore hemistichio anapaestico, posteriore iambico compositi sunt saturnii illi duo quos dixi Ded. 4. 6 'gondécorant sáipĭsŭmé | comuíuiá loidósque' et Epigr. Naeu. 4 'oblítae súnt Romáe | loquiér linguá latína'.

§ 3. III. Quamquam ne ille quidem semiseptenarius 'loquiér linguá latína' iustus est iambus ad normam artis Plautinae aut Terentianae, ne dicam ad normam posteriorum. in senariorum enim tanta multitudine apud Plautum et Terentium ceterosque poetas, quod omnes sciunt, paucissimi inueniuntur tales qualis ille lenonis: "Valétudo decréscit accrescít dolor", nec magis in iambicis septenariis aut octonariis ea asperitas locum habuit. nullum uero est inter quaternarios, siue acatalecti sunt siue semiseptenarii, tale exemplum. ceteroquin anapaesticis clausulis iambicae apud Plautum et Teren-

tium saepe sunt simillimae, ut aegre discernantur, si ab exitu acatalectorum discesseris; uerum haec res certum facit discrimen. uelut anapaesticos octonarios Stich. 313 sqq. claudunt hae clausulae: "Deféssus sum pultándo || Hoc póstremumst: uae uóbis || Ibo átque hunc compellábo" pluresque eius generis deinceps. ii uersus sunt scilicet anapaestici semiseptenarii. qui si iambis adiuncti essent, iure dicerentur iambici praeter unum illum *Hoc postremumst: uae uobis;* qui iambicus fit mutato ordine: *Postremumst hoc: uae uobis.* idque tenent diligenter poetae quos dixi; et quidem eam ob rem opinor, quo numerum iambicum magis redderent pedes pares, paribus enim in sedibus plerumque uidentur fuisse percussiones grauiores.

Verum in domesticis carminibus, praesertim antiquioribus — nam in posterioribus ars politior saepe cernitur — lex non uetuit pedem secundum coli iambici constare uoce spondaica uel exitu uocis spondaico. mitto cola anapaestica, ut 'Sociórum ollā male feruet'. sed etiam iambica cola sunt nonnulla quorum secunda thesis constet ex syllaba longa eademque acuta. quamquam pauciores sunt pro portione tales uersus monocoli, plura hemistichia saturniorum.

Monocoli. *Sors* 1. Mauórs telum suom concutit. *Sent.* 44 Nihil inuita Minerua. 42 Maló nodó malus cúneus; 70. 2, 2 nequíd fraudis stuprique. *Comprec.* 1 Caló Iuno Couella. 2. Terrá pestem teneto. 4 8. Enós Māmor iuuato. 14. 10 de istís membrís medullis. 16. 3 nec húic morbo caput crescat. *Ded.* 3. 1 Duenos méd fekēd en manom. 4. 1 Ioueĭ Iúnonei Mineruai. *Elog.* 30. 1 Homó frugi tuque optuma.

Hemistichia Saturnia. Ded. 5. 3 decumá factá poloncta. Elog. 4. 2 Mors pérfecit tua ut éssent. Comprec. 6. II 1, 2; 8, 3. Ded. 4. 8; 5. 6; 8. Elog. 2. 4; 3. 4; 4. 1, 2, 4; 5. 5; 7. 1, 2, Liu. 2; 21. 2; 36. Naeu. 2. 2; 3. 2; 4 a; 5; 7. 1, 3; 12. 1; 19. 2; 25. 1; 31. 4: 35; 38; 43; 45.

Grauior duriorque fit hac re rhythmus. hoc loco mihi in mentem uenit Ottonem Ribbeckium acute dicere in historia

poesis Romanae, numerum saturnium ingressui legionum grauitate esse similem *("Legionentakt")*.

Iam in trochaicis uersibus fit similiter ut thesis primi trochaei non modo longa sit sed etiam acuatur. Monocoli tales uersus sunt. Sort. 5. 2 Quód curuomst factum redet. Comprec. 4 (Carm. Arual.) 6 Sémunis alternei. Elog. 25. 1. Infelíx fatum prior. Comprec. 9. 6, 15, 17, 18, 19, 21; 12. 3. Elog. 24. 2; 33. 4.

Hemistichia saturnia. Elog. 2. 4 et 3. 4 | quéi fūīt apúd uos. Comprec. 8. 2 Duéllonā Lasés |. Liu. 11 ádprimús Patrícoles. Ded. 5. 2 | súnt, donúm dederunt. Liu. 13; 14; 21. 2; 26. Naeu. 2; 6; 14; 16. 1.

Scenici prisci non semper fugiebant eam asperitatem pedis primi in uersibus quadratis. at in clausulis trochaicis — clausulas easdem dico quas Varro — hoc non inueni praeter Plaut. Cas. V. 2. 53 (864 *Uss.)*, si licet sic scandere 'Séd ubist pálliolúm tuum? || Híc intús relíqui'. quod si ea thesis longa est, grauis esse solet, ut Epid. 76 Quó tu interbitás modo: Ter. Ad. 158 Égo istam inuitis ómnibus. certo igitur hoc discrimine uersus scenicorum differunt a poesi saturnia. quod eam ob rem, opinor, a more domestico discesserunt scenici, ne uersus sui nimis distarent ab exemplis graecis. nam graeci, quod omnes sciunt, numerum trochaicum in imparibus sedibus exprimebant diligenter. ut Aristophanes Lys. 797—802 Βούλομαί σε, γραῦ, κύσαι et q. seq.; Autocrates in tympanistis fr. I. 1—9 *K* οἷα παίζουσιν φίλαι || παρθένοι Λυδῶν κόραι et q. seq.

Quod utcunque est, certe poesis saturnia ea lege non tenetur. nec uero satis sibi constat Lucianus Mueller quod colis iambicis Saturniorum eam maiorem discrepantiam ictus atque accentus in thesi ea quae ictui secundo praecedit tacite concessit, negauit trochaicis. sane rarius producitur ea thesis in colis trochaicis saturniorum quam in iambicis. sed si licuit, ut licuit, eam in utroque genere producere, si constat iambos saturniorum ea discrepantia minime carere, consentaneum est ne

in trochaicis quidem colis mutando exstirpari theses longas, siquae in tali sede acuuntur.

§ 4. IV. Sequitur ut exponam de **thesibus solutis.**

Exitu uocis aut exitu praecedentis et principio insequentis solutam thesin constare non facile licebat nec in iambicis uersibus nec in trochaicis latinorum [1]), cuius rei causam acute demonstrauit Havetus MSL VI fasc. 1. at anapaestico generi et dactylico talis solutio est aptissima. cum autem numeri antiqui et domestici Italicorum uniuersa natura sint uel iambici uel trochaici, tamen, quia poesis popularis hominum indoctorum amat uarietatem et libertatem, denique omnia transigit remissius, generis dupli proprietatibus, quod non semel uidimus, non semper adhaerescunt tam religiose carmina illa eius generis popularia et incompta quam illa quae facta sunt a poetis arte graecanica disciplinaque seueriore imbutis. quemadmodum igitur mixta sunt cola iambica trochaicis, sic iambica trochaicaque anapaesticis dactylicisque. quod et in bimembribus uersibus, i. e. saturniis, et in simplicibus fit. itaque theses solutae ostendunt dactylica esse quaedam hemistichia uersusque monocolos, anapaesticos quosdam monocolos.

Dactylica hemistichia thesibus ita solutis. Elog. 5. 6 né quairátis honóre; Ded. 4. 7 ímpratóribus súmmeis; Liu. 1 | ínsece uérsútum; (? 2 | fílie . . . .); 4 | súm Laértie nóster. uersus monocoli. Sent. 51 Ómnia témpus reuélat; Elog. 15. 4 me héice situm ímmatúre; 17 Víbia mater salue; Sent. 61. 2 uénerit, hábeat scábiem *(cuius uersus spondei sunt arsibus prisco more solutis).*

---

[1]) In trochaicis fortasse in eam legem peccarunt interdum antiqui, sed in iambicis uersibus eam scandendi licentiam eos sibi permisisse non efficitur iis uersibus uel ambiguis uel mendosis, quos afferunt C F G Muellerus pros. II 13—16 et Vahlenus Hermae vol. XVII 604. — at in senariis titulorum ea manent interdum uestigia ruris, ut CIL VI 6932 'Nolítĕ dŏlérĕ păréntes euentum meum.

Anapaestici theses ita solutas habent. Comprec. 8. 9 hostésque popli romani *(sic libri, quod me nunc poenitet mutasse)* Sent, 38 Romanus sedéndo uíncit; Sent. 40 Coctá numerábimus exta; 19 Nescís quid uésper serus uehat; 20; 62. 1 Hibérno púluere lúto uernó; Comprec. 4 (Carm. fr. arual.) 3 Siris incúrrere ĭn pléores *(tamen primo fortasse* pleiŏses, *ut uersus esset logaoedicus, u. adn. crit.)*.

Sunt uero uersus ceteroquin iambici aut trochaici, in quibus theses ita solutae inueniantur. ii non tam iambici aut trochaici, ut proprie nominantur, habendi sunt quam logaoedici, i. e. mixti aut ex iambis et anapaestis aut ex trochaeis et dactylis.

Logaoedici cum anacrusi thesibus ita solutis. Comprec. 4 (Carm. fr. arual.) 9 Triúmpe tríumpe triúmpe *(bis)*; Elog. 14. 2 famáque bona éxsitúque; Comprec. 11. 1 Reséda mórbĭs reséda. — Sent. 18 Uua úua uidéndo uária fit; 8 Largitiŏ fundum non habet.

Logaoedici sine anacrusi theses ita solutas habent. Sent. 37 Quántum habébis tántus eris (qui uersus rhythmo eodem est quo Plaut. Bacch. 628 a et 629 a *Leo)*; Comprec. 15. 2 prósit ăd quód te cólligo; Elog. 21 Cógită té hominesse *(sic)*; 32 II 1, 2 Fúit Atístia ŭxór mihei | fémina ópituma ueíxsit *(de proceleusmatico dactyli loco usurpato egi p. XXIX)*. Sed Sent. 57. 2 'cétera quísquilia ómniă' fortasse cetera est disyllabum; ut Plautus nonnumquam cetera disyllabum trochaeum fecit. quodsi primus pes efficitur uoce dactylica, id ipsum non obstat quominus uersus sit trochaicus. ut Elog. 17 'Víbia máter sálue', quem uersum supra numeraui in colis dactylicis, potest tamen dici uersus trochaicus prisca licentia compositus. Plautus quidem [1]) interdum dactylum pro primo trochaeo posuit non modo in uersibus quadratis, sed etiam in quaternariis ternariisque. Epid. 170 a sic scando ex Ambrosiano: Dúcere téd uxórem'; neque enim uerisimile est, quod uult A. Spengelius

[1]) Etiam Ennius trag. 240 *R* "Qui ípse sibí sapiéns" — initium fecit septenarii.

Quos affero locos Plautinos, iis et hic et alibi adscribo, quantum licet, numeros editionis Ritschelii sociorumque eius.

esse anapaesticum, cum claudat periodum creticam et respondeat uersui 167 'Quom úsus ést ut púdeat', et ipsi clausulae periodi creticae. — item Cist. IV. 2. 29 *b* = 530 *b* *Uss.* 'Púluere pérsequár hac'. Epid. 3 'Réspice uéro Thésprió'. Curcul. 137 'Pháedrome mí ne plóra amábo' respondet non modo uersui 134 'Át pol ego óppidó seruáta' sed etiam 136 'Té esse? quía ego id quód amo cáreo', ex quo efficitur hoc quoque loco a Plauto rhythmum logaoedicum et trochaicum inter se confusos esse. in nomine uero proprio 'Pháedrome' Plautus Curc. 137 eam licentiam sibi permisit. eodem modo Merc. 995 'Eútyche téd oró —' uoluit esse initium septenarii. itemque in uersu illo quem supra adscripsi Elog. 17 'Víbia máter sálue' dactylus pro trochaeo positus constat nomine proprio. eadem metrica compositione qua Curc. 136 et 137 sunt Cistell. IV. 2. 18 a et b = 519 *a* et 519 *b* 'Núllast néque ego sum úsquam || Pérdita pérdidít me. ab his autem distinguenda ea cola quorum rhythmus similis mollitur elisione, Merc. 135 a 'Príncipium ínimicís dató', Cas. II. 1. 8 (151 *Uss.*) 'Flágitium íllud hóminis'. denique fit interdum eadem uarietas trochaeorum dactylorumque thesibus trochaeorum usitato modo solutis, ut Cas. II. 1. 11—13 Accheruntis pábulum, | Pérsequentem flágiti *(sic conicio:* fl. pers. *libri),* | Néquitiaé stabulúm.

Etiam iambos anapaestis miscuit Plautus. ut saepius posterior pars uersus Reizianus eam uarietatem habere solet. cf. Aul. 421 '— res ípsa téstist' et 422 '— magis quam ullus cináedus' et quae sunt eius generis. similes sunt Cas. V. 2. 18 et 19 (830, 731 *Uss.),* 'Perii hércle egó, — manufésta rés est || Ŏmnem in órdine rém — fatéri ergo áequomst'; Most. 891 'Oculí dolént. cur? || Quia fúmus moléstust', de quo loco Leo m. rh. XL 194. denique haec uniuersa uarietas atque licentia uetusta popularis generis a Plauto quibusdam terminis circumscripta multo minorem uim habet in uersibus eius quam in poesi saturnia.

§ 5. V. Iam ut ad solutiones reliquas atque usitatiores transeamus, optime soluitur thesis ita ut constet primis syllabis uocis. quod in eo genere carmimum quod nunc quaerimus septuagiens fere fit.

Mediis syllabis soluta thesis interdum constat. Ded. 7. 1 Ductu auspicio ímperioque; Sent 54. 2 Níhil cum amáracinó sui. quod deciens fit.

Per duas uoces diuiditur soluta thesis bis, nec id in ullo colo uere iambico aut trochaico, nam anapaesticum est illud Elog. 4. 2 'Mors pérfecít tua ut essent'; quo loco uoces quarum sunt theses solutae elisione coeunt in unum. paroemiacus uero logaoedicus est Sent. 50 'Vitiúmst quod ubique nímiumst'.

Disyllaba uoce thesis cum in priscis carminibus Romanorum tum in hoc genere constat frequenter, ut Ded. 7. 3 Bene rém gerás et uáleas dórmiás sine qúra. quod fit quinquagiens, idque saepius in carminibus uel antiquioribus uel popularibus atque horridioribus quam in elegantioribus carminibus artis magis excultae. inter Liuium quidem Andronicum et Naeuium, quantum in reliquiis licet numeros inire, aliquid interest. nam in saturniis Liuii soluta thesis quinquiens constat prima parte uocis polysyllabae, totidemque locis uoce disyllaba, in Naeuii autem sedeciens prima parte uocis polysyllabae, bis uoce disyllaba.

Etiam Plautus et Terentius in genere duplo idem sibi permiserunt, ut thesin solutam ex uoce facerent disyllaba, sed modice id usurparunt, nec multo magis quam Aristophanes. uerumtamen non definierunt eam licentiam uersibus longis. quae pro portione non modo non rarior, sed etiam frequentior apud Plautum quidem est in quaternariis ternariisque.

Saepius igitur scilicet primi pedis thesis ita soluitur. Terentius Hec. 621 Sumus Pámphile senex átque aeus. Eun. 301 Praeut húius rabies quae dabit. Plautus Capt. 197 Domi fúistis credo líberi. 507 Dedi Týndaro ille abiit domum. 510 Rogo Phílocratem equitem ex Álide. Aul. 138 Decet te équidem

uera próloqui. Pers. 88 Age fí benignus súbueni. — Terentius Andr. 485 Date móx ego huc reuórtor. Plautus Cas. III 5. 14 b et 15 Face uéntum amabo pállio | Timeo hóc negoti quíd siet. Most. 125 *Lor.* Sibi súmptui ésse ducunt. Aul. 131 et 132. — neque pér metúm mussári | — ego téd et tú me ut fácias. Pers. 812 Viden út tuis dictis páreo. — Rud. 677 *cod. B* Quis is ést qui nóminát?

Etiam in aliis sedibus quaternariorum ea solutio fit, si non apud Terentium, at apud Plautum.

Bacch. 655 *Goetz* Nisi qui ét bene facere et mále timet. 660 *Goetz* Bonus sít bonis, malus sít malis. Rud. 194 Nam quíd sibi habebunt ímpii — et 186 Quọm quí sciŭnt experiúnda eis *(quae duo proxime scripsi ea sunt priora cola uersus Reiziani).* Bacch. 988 b *Leo* (990 *Goetz)* Quid mé tibi adesse opus ést? uolo. Pers. 811 Delúde ut lubet dum erus hínc abest [1]) — Most. 98 Mea id háud aliter dicetis *non paroemiacus hoc loco sed iambicus habendus, quod respondet clausulis stropharum proximarum* 90 Id répperi iam exémplum *et* 102 Factáe probe examússim. — Truc. 250 Eúm uolo conuenire — Pers. 490 sq. *cod. B* Abĭ né iura satis crédo. | Ubí nunc tua libértas? | Apúd te*d* áin? apúd me est.

Idem in trochaicis Plautus.

Pseud. 212 Sí mihi non iam huc culleos. Epid. 4 Épidicumne ego conspicor? Cas. I 60 a Śt tace atque abĭ néque paro | néque hodie coquétur. Capt. 506 Sýngraphum datŭr mi. ílico. Cist. I. 1. 34 (30 *U)* Út sibi simus supplices. — Amph. 166 dúrast, hoc magis míserast. Men. 756 *Vahl. et cod. B* Quíd uelĭt, quid me accérsit (me*d Schoellius u. 763 b).*

---

[1]) Certo ordine anapaestos pedes cum iambis coniunxit Plautus in haec cola: Cas. III 5. 41 sq. Neque sé tuam | neque sé suam | neque *sé* uiri | uitám *situram* | in crástinum protólli *(sic scribo:* neque se tuam nec se suam nec uiri uitam sin *libri.* situram *pendet ex* minatur, *quod est u. 39).* Id hŭc míssa sum | tibi ŭt dícerem (dicam *libri)* | ab ea út caueás tibí. | — perii hércle egō misér. *sequuntur uersus bacchiaci.* — Cas. III 5. 62 Si efféxis hoc | soleás tibi | dabo et ánulum in | digito áureum et | bona plúruma. — | operám dabo. | — face ut ímpetres, — Cas. II 1. 7 *b* Ego ĭllúm famē, | ego ĭllúm siti.

Hunc morem priscos scriptores scenicos non imitatos esse graecum, sed seruasse domesticum et in magna libertate ad modum quendam reuocatum, ex pluribus rebus intellegitur. nam primum ea libertate solutae thesis aeque in trochaeis utebantur Romani atque in iambis, Graeci, si a paucis exemplis nominum propriorum discesseris, numquam fere in trochaeis. deinde in quaternarios acatalectos iambicos numquam, quod commemorat Christius metr.[2] § 411, diuisos anapaestos adhibuerunt Graeci, Romani saepe. tum alia ratione eius rei usi sunt Romani, alia Graeci. nam thesin ita soluere ut constaret aut primis uocis syllabis aut monosyllaba uoce et principio insequentis aut media uoce aut uoce disyllaba commune fuit Romanis cum Graecis [1]); sed Romani nolebant fere thesin solutam iambi uel trochaei totam aut partem eius constare exitu uocis, quod Graecis in iambis — nam thesin trochaei soluere non soliti sunt — minus displicebat. accedit quod Graeci tragici in uersibus iambicis nec anapaestis usi sunt nisi indiuisis nec facile ullis nisi in prima sede. ac ne Euripides quidem in fabulis liberioribus extra primam sedem pro iambis posuit anapaestos nisi ut constarent nominibus propriis polysyllabis. Romani autem tragici antiquiores nec minus frequenter quam comici anapaestos pro iambis posuerunt et eorum partim indiuisos partim diuisos iisdem modis quibus comici.

Ac saepius uidelicet in primam iambici uersus sedem tragici admittebant diuisos. Liuius Andronicus trag. 38 *Ribb.* Quem ego néfrendem alui lácteam immulgens opem. Naeuius tr. 6 *R.* Ennius tr. 59 *R;* 74; 126: 128; 129; 135; 143; 144; 298; 318; 339; 367; 389; 394. Pacuuius 1 a *R;* 3; 5; 58; 85; 179: 198; 202; 226; 293; 317; 402. Accius 456 *R;* 586; 5; 12; 647; 67; 655; 98; 133; 189: 197; 268; 275; 281; 299; 303; 304; 324; 330; 395; 414; 456.

Extra primam sedem uersus iambici et in uersibus trochaicis. Liuius Andronicus trag. 19 *R* . . . etiam mínitas mitte

[1]) Illud quoque commune fuit utrisque pro iambo parcius uti anapaesto diuiso quam indiuiso.

ea quáe tua sunt magis quám mea. — Naeu. trag. 14 *R;* 18; 26; 36. — Ennius trag. 11 *R.* Pró mală uita fámam extolles pró bonă partem glóriam (et pro bona *Isidorus, corr. Ribb.);* 20; 32; 45; 66; 69. 360; 122; 149; 170; 175 Quáe tĭbi ĭn cóncubio. . . .; 176 Iúppitér tibi súmme . . . 186; 188; 223; 265; 269; 275: 315 Petó prius quam oppetó malam pestem mándatam hostilí manu; 320; 399; 347; 368. — Pacuuius 79; 100; 364 Ímmo enĭmuéro ego sum, ínquam, Orestes . . . 374; 376: 411. omnes hi uersus Pacui sunt septenarii troehaici. incerti sunt *198 et *304 *R.* ergo multo minus auunculo Pacuuius extra primum iambum hac licentia usus est. Accius ucro minus Pacuuio. quid? quod uix unum eius rei exemplum certum extra primum iambum inuenias in reliquiis Acci. nam spondeum diuisum habebis pro diuiso auapaesto, si Acc. fragm. 112, 142, 663 pro neque leges nec; fr. 667 *R* enĭmuéro uox una uidetur esse et composita; 234 b fortasse legere debemus 'Frugés tam ipsae suápte natura énitent': — tamen ipsae *libri.* restant loci duo: 293 'Quí nisi — — principium septenarii *(an* Quí ni —?) et 418 Quí potis est refélli quisquam ubi núllust causandí locus?

Quid dicam posteriores tragicos tales anapaestos fugisse magis etiam Accio praeterquam in prima sede iambi, ut Seneca Herc. 1023 Perit ánte uulnus, spiritum eripuít timor?

In comoedia autem prisca libertas seueriori disciplinae non omnis cessit tam cito. Publilius quidem — quod commemorat Gul. Meyer *'üb. die Beobacht. d. Wortacc.'* p. 27 — anapaestos diuisos posuit in quinta sede multos. postremo in fabellis Phaedrus Publilii imitator in eadem sede tales anapaestos fecit, quod docet Gul. Meyer l. c., quattuor.

§ 6. VI. Et his quae de thesibus uersuum antiquorum Italicorum disputauimus satis elucet, in "arsibus" uel percussionibus, ut p. XXII diximus, numeros domesticos atque antiquos regionis Italicae maxime sitos esse, "theses" autem uel interualla percussionum uaga esse et uaria.

Etiam in Graecorum poesi antiquissima et populari "theses" uel interualla percussionum fuisse instabilia, ut facile supprimerentur, ab Hermanno Usenero demonstratum est libro egregio quem scripsit de poesi antiquissima graecorum.

mihi igitur hoc loco satis erit rem commemorasse breuiter paucisque exemplis allatis.

1. Prima th'esis supprimi potest, etiamsi non suppressa est in uersibus proximis. qua re rhythmus est modo iambicus modo trochaicus, aut modo dactylicus modo anapaesticus.

Ut Λίνος PLG III [4] p. 654 *Bergk:*

Ὦ Λίνε (πᾶσι) θεοῖσιν ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
τετιμένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισιν ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ⏑ –
φωναῖς λιγυραῖς ἀείσαι· ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

et quae sequuntur.

Eam libertatem popularis generis imitata est Sappho epithalamio 91 p. 119 *B* [4]:

Ἴψοι δὴ τὸ μέλαθρον· ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
Ὑμήναον ⏑ – ⏑ –
ἀέρρετε τέκτονες ἄνδρες· ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
Ὑμήναον ⏑ – ⏑ –
γάμβρος ἶσος Ἄρευϊ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
ἄνδρος μεγάλω πόλυ μείζων. ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

(u. 3. γάμβρος ἔρχεται ἶσος Ἄρ. *Hephaest., Bergkius).*

Itemque Aristophanes imitatus popularis cantilenas Au. 1763 sqq:

ἀλαλαὶ ἰὴ παιήων – ⏑ – ⏑ – – ⏑ –
τήνελλα καλλίνικος. ὦ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑
δαιμόνων ὑπέρτατε – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑

Titulus metapontinus Cauer [2] 277; Roehl. Im. inscr. gr. ant. XV 5:

Χαῖρε Ϝάναξ Ἡράκλεις. ⏑ – ⏑ – – ⏑ –
Νικόμαχός μ'ἐπόει, ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
ὅ τοι κεραμεὺς μ'ἀνέθηκε, ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
δὸς δέ Ϝιν ἀνθρώποις. ⏑ – ⏑ – – ⏑ ⏓

uersus discripsit Comparettius *'Riv. di fil.'* XI 1 sqq. numeros explicauit R. Peppmuellerus in philologi vol. XLVII 162 sqq. cf. Hiller ann. CXXVII 144.

Adagiorum paroemiacos carere interdum anacrusi commemorat Th. Bergkius Op. II. 395 [4]).

2. Eadem libertas est supprimendi "theses" interiores: secundam tertiam quartam.

Carmen puerorum Rhodiorum ap. Ath. VIII p. 360 c.; C. pop. 41 *Bergk.* Usenerus l. c. p. 82 sq. numeros exposuit.

Ἦλθ' ἦλθε χελιδὼν — ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
καλὰς ὥρας ἄγουσα ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓
καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς — ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –

sequuntur semiquinarii anapaestici octo, tum

u. 8. οὐκ ἀπωθεῖται. — ⏑ ⏑ – — ⏑ –
u. 9. ἀπίωμες ἢ λαβώμεθα ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓

deinde senarii iambici. (aliter Kaibelius).

Carmen mystarum Attidis in Firmici l. de errore prof. rel. c. 18. 1. suppleuit uu. 3 et 4 ex Clem. Al. protr. 2,15 Usenerus l. c. p. 88 sqq.

Ἐκ τυμπάνου βέβρωκα ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏓
ἐκ κυμβάλου πέπωκα — – ⏑ – ⏑ – ⏓
κεκερνηφόρηκα ⏑ – — – ⏑ – ⏓
ὑπὸ παστὸν ὑποδέδυκα ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – ⏓
γέγονα μύστης Ἄττεως. — ⏑ ⏑ ⏑ – — – ⏑ –

Inscriptio ad Cabirorum mysteria Imbrica pertinens alterius p. Chr. n. saec. Conze *'Reisen auf d. Ins. d. Thrak. Meeres'* tab. XV 9. C. Keil, Philol. supplem. II (1863) p. 599 sqq. O. Crusius m. rh. XLIII p. 305 sq. metrum exposuit.

Θεοὶ μεγάλοι, θεοὶ δυνατοὶ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ –
ἰσχυρροὶ καὶ Κασμεῖλε ἄναξ — – ⏑ – — – ⏑ ⏑ –
Ἰlατ(αικ)οὶ Κοῖος, Κρεῖος ⏑ – — – — – —
Ὑπερείων, Εἰαπετὸς, Κρόνος. ⏑ ⏑ – — – ⏑ ⏑ – ⏑ –

Carmen mulierum Elearum ad Bacchum. Bergk. pop. 6. Usenerus l. c. p. 80 numeros descripsit. cf. Fr. Hanssenus *'Philol Anz.'* XVII p. 247.

Ἐλθεῖν ἥρω Διόνυσε — – — – ⏑ ⏑ – ⏓
Ἀλεῖον ἐς ναόν — – ⏑ – — – ⏓
ἁγνὸν σὺν Χαρίτεσσιν — – — – ⏑ ⏑ – ⏓
ἐς ναὸν ⟨ἐς ναόν⟩ — – ⏑ – — – ⏓
τῷ βοέῳ ποδὶ θύων, — – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓
ἄξιε ταῦρε, ἄξιε ταῦρε. – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑

Carmen Echembroti ap. Pausan. X 7. 6. Bergkius Op. II 399 PLGr. III [4] p. 203:

Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκεν ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓
Τῷ Ἡρακλεῖ

Νικήσας τόδ' ἄγαλμα — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓
Ἀμφικτυόνων ἐν ἀέθλοις, — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓
Ἕλλησι δ'ἀείδων ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓
Μέλεα καὶ ἐλέγους ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏔

Alcman fr. 60 *B* [4] numeris titulo Metapontino illi quem p. XLVI attuli similibus usus est, sed idem thesis interiores quoque nonnullis locis suppressit: mitto u. 1—3 Εὕδουσιν δ'ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες ‖ πρώονές τε καὶ χαράδραι ‖ φύλλα θ'ἑρπετά θ'ὅσσα | τρέφει μέλαινα γαῖα. sed numeris his de quibus nunc agitur similes sunt uu. 4—7:

θῆρές τ'ὀρεςκῷοι — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑
καὶ γένος μελισσᾶν ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑
καὶ κνώδαλ' ἐν βένθε(σ)σι — ⏑ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏓
πορφυρέας ἁλός· ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏔
εὕδουσιν δ'οἰωνῶν — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑
φῦλα τανυπτερύγων ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏔

Cola diuisi uersibus perspicuitatis causa.

Sappho fr. 95 [68] *B* [4] carmen ad Vesperum sic scripsit ut primus sit hexameter Ϝέσπερε, πάντα φέρων, ὅσα φαίνολις ἐσκέδασ' αὔως, tum haec cola composita efficiant uersum longum:

φέρεις οἶν, φέρες αἶγα, ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓
φέρεις ἄπυ μάτερι παῖδα ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

Usenerus p. l. c. p. 97 et all. locis docet tales uersus bimembres hexametros popularis fuisse, hexametrique dactylici genus quoddam (sic enim Gleditschius I M Ant. II [2] p. 717 rem quodam modo definit) ab iis initiis profectum esse.

Eadem posteriore hemistichio tali non semel usa est, quod commemorat Usenerus l. c. p. 98, nec id modo integris percussionum interuallis, ut fr. 99. [63] 1. *B* [4]

(Ὄλβιε γάμβρε σοὶ μὲν) — δὴ γάμος, ὡς ἄραο . . . |
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓

sed etiam suppressis, ut fr. 109 [51] *B* [4]

(Παρθενία, παρθενία) | ποῖ με λίποισ' οἴχῃ; . . . . |
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

οἴχῃ *libri, Usenerus:* ἀποίχῃ *Bloomfieldius, Bergkius.*

(Οὐκέτι ἥξω ⟨οὐκέτι ἥξω⟩) | πρός σε, οὐκέτι ἥξω . . . |
⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

supplementum addidit Usenerus l. c.

Etiam "thesium" natura atque indole populares illi uersus Graecorum et Italicorum antiquitus fuerunt cognati similesque. nam in utrisque erant uariae "theses" modoque breui constabant modo longa modo binis breuibus. quod quamquam ars in utraque gente paulatim concinnius modulata terminibus quibusdam circumscripsit legibusque suis cuiusque generis definiuit, — quod quidem Graeci fecerunt et multo maturius et elegantius, Italici et serius et rigida seueritate et Graecos imitati —, tamen quae fuerint initia, eaque fuisse similia, ne dicam communia iis gentibus, nunc si non plane compertum est, at non sine aliqua probabilitate coniecturam facere licet.

Utrisque igitur licentia "theses" modo disyllabas modo monosyllabas faciendi communis ita fuit, ut monosyllabae theses, i. e. numeri iambici et trochaici, paulo frequentiores Italicis fuisse uideantur, Graecis theses disyllabae, i. e. numeri anapaestici dactylici logaoedici [1]). itaque cum nec Graecis nec Italicis ullus numerus esset usitatior quaternario illo catalectico uel semiseptenario ictuum quaternorum (triumue), quem a littera minuscula in hoc libro signare soleo, eius formis anapaestica et dactylica et logaoedica, quas nunc communi appellatione comprehendo paroemiaci, a Graecis saepius et adagia et alii uersus populares componebantur. nec tamen desunt eius generis iambici uersus adagiorum graecorum, ut Ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ; nec non alii uersus populares graeci numero spondaico et iambico compositi sunt. ut spondaico cantilena puerorum (pop. 20 *B* [4]) Χαλκῆν μυῖαν θηράσω. ‖ Θηράσεις, ἀλλ' οὐ λήψει; iambico, ut ea cantilena quam puellae Bottiaeae saltantes canebant pop. 33 *B* [4] Ἴωμεν εἰς Ἀθήνας [2]).

[1]) Usum pedum disyllaborum apud Graecos ipsos antiquissimis temporibus frequentiorem fuisse putat Klugius.

[2]) Item acatalecti quaternarii — quod genus A littera maiuscula signare soleo — inter carmina popularia antiquissima Graecorum non modo anapaestici exstant, sed etiam iambici. ut carmen

Et esse italicorum carminum periodos mixtas ex colis uel anapaesticis et iambicis uel dactylis et trochaicis p. XXXIX sq. uidimus. idem in Graecorum poesi prisca et populari fieri solebat. ut illud quod, teste Proclo, Eleusiniis cantabatur, quod ad Προηρόσια referendum esse docet Bergkius [4] pop. 9 Πάρθε κόρη γέφυραν· | ὅσον οὔπω τρὶς πολέουσιν. et popularis cantilena apud Chariclem Kockii com. frag. III 2. p. 394:

Δέσποιν' Ἑκάτη τριοδῖτι — ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑̲
τρίμορφε, τριπρόσωπε ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑̲
τρίγλαις κηλευμένα — ⏑ – – ⏑ ⏑ –

Etiam ut cola ipsa uel ex iambis et anapaestis uel dactylis et trochaeis miscerentur, quod commemoraui p. XL sq., mos fuit antiquitus Graecis cum Italis communis. ut in epigrammate Epidaurio Inscr. dial. graec. 3324 Καλλίστρατος ἀνέθηκε | τῶι Ἀσκλαπι(ῶ)ι ηο μάγιρος. sed longum est exempla afferre graeca rei, quod ad Graecos attinet, satis notae et ab aliis commemoratae. u. Usener l. c. pp. 97 sq., et 120. O. Crusius m. rh. XLIII p. 306. H. Gleditsch I M Ant. [2] p. 709 [2]).

Haec igitur membra clausulaeque ictuum quaternorum ternorumue, quae carminum antiquorum Romanorum propria fuisse uidimus, eadem antiquitus fuerunt Graecorum [1]). ac

---

lacedaemonium, quod pueris saltantibus recitari solebat, pop. 17 *B* [4] Πόρρω γὰρ, ὦ παῖδες, πόδα | μετάβατε καὶ κωμάξατε | βέλτιον.

Rarius etiam inuenias in eo genere carminum tetrapodiam trochaicam catalecticam, quam *B* littera maiuscula significo. eo numero est cantilena illa puerorum pop. 22 A *Bergk.* [4] Ἔξεχ' ὦ φίλ' Ἥλιε. saepiusque cola eius generis sunt apud graecos logaoedica i. e. Glyconei. ut tit. Argolicus peruetustus et sinistrorsum scriptus Inscr. dial. graec. 3261 Ἡρακλῆς ἅλιος γέρων (ἅλιος = ἁλῖος· u. adn. Prellwitzii ad eum l.).

[1]) Scilicet non ita dico hoc quasi aut negem aut nesciam, quod nemo non uidet, Graecos qua erant ubertate ingenii, plura inuenisse quasi elementa rhythmica atque ex inuentis longe maiorem effecisse uarietatem. et ne eorum quidem quae communia sunt usus idem gentibus ambabus. ut et cola semiquinaria iam-

rhythmica in structura nonnulla est inter graeca carmina illa prisca et uersus domesticos Romanorum similitudo. quod cur ita sit neque causam possum explicare, quia initia eius rei in summis tenebris iacent, neque ad eam rationem reddendam, quod disputationem requirit longiorem, hoc loco aggredior. quamobrem, utrum sumpserint numeros eos a Graecis Italici, an quasi communi hereditate inde ab aetate indoeuropaea per saecula hominum traditi sint utrique genti, an, quod equidem magis crediderim, per se utraque gens ea inuenerit, haec in incerto relinquo. certe hi numeri sunt et ad sensum aurium simplicissimi et ad inueniendum facillimi sponteque exstitisse uidentur diuersis in terris temporibus aliis in aliis gentibus.

Quod utcunque est, uersus hos, quos edidi, ut domesticos, meo iure nominasse uideor Italicos et antiquos, propterea quod et inde ab ultima antiquitate Romani iis usi sunt nec potest demonstrari eos ab gentibus exteris sumptos esse.

Sed, etsi dubium est numeri illi tam similes Graecorum et Romanorum ab eodem fonte ducti sint necne, tamen ipsa similitudo maior uisa est quam quae praeteriri deberet silentio iam uero et ad cognitionem et ad iudicium, quo uniuersa indoles eorum rhythmorum uel magis percipiatur uel existimetur subtilius, eam comparationem institui ualde prodest. quare magis perspicitur quomodo antiquitus sensus hominum insitus, cum sequeretur indolem linguae in qua mensura syllabarum plurimum ualeret, in utraque gente numeros sermonis proprios metro deuinciens tractarit atque excoluerit. sane primordia illa artis poeticae antiquorum incompta illa quidem sed ab sensu aurium integro ac naturali profecta operae pretium est considerare iis qui norma posteriorum poetarum et grammaticorum dirigunt omnia et quidquid ea norma dirigi non potest,

---

bica et anapaestica et tripodia iambica et anapaestica Graecis fuerunt et hemistichia et per se uersus, Romanis hemistichia, non per se uersus in domesticis quidem carminibus.

ut uitiosum, aut mutant aut spernunt. pars enim suppressas theses interiores tamquam monstra auersantur, alii primas suppressas theses uel carmina mixta ex uersibus iambicis et trochaicis ita horrent ut saturnios eos qui anacrusi carent, quamuis sint multi et certi nec possint tolli sine barbarismo, quasi furca expellere studeant et uano molimine desudantes uiribus frustra abutantur. sunt denique qui, quod plurium saturniorum hemistichii posterioris prior pars est creticus, eam ob causam interdicant ne cui saturnio aliter esse composito liceat. qui non reputant quam non conueniens sit libertati priscae et populari carminum omnia concinnare diligentia ista tam morosa, praesertim cum genus illud carminum non sit totum iambicum nec totum trochaicum, sed anapaestico-iambicum et dactylico-trochaicum.

CAPVT V.

De compositione.

§ 1. Nunc quam breuissime quomodo uersus italici antiqui compositi sint periodis.

Periodos dico complexiones membrorum numero conclusas, nec modo eas quae artissimo membrorum nexu constrictae sunt, sed etiam quae in confiniis membrorum habent syllabam ancipitem et hiatum [1]). est enim ubique fere inter membra periodorum in italico genere, de quo nunc agimus, locus et hiatui et syllabae ancipiti.

Velut id genus periodorum bimembrium cui nomen est uersui saturnio saepius habet in exitu prioris hemistichii, pariter atque in posterioris, syllabam ancipitem et hiatum.

Idem fit in ceteris fere periodis uersuum italicorum, siue bimembres sunt siue plurium membrorum. uidelicet complexiones ternorum uel quaternorum membrorum inconexae aeque debent periodi nominari atque complexiones inconexae binorum.

Et quoniam tantum loci est huic libertati concessum ut membra periodorum italicarum saepius sint inconexa, hypermetra nomino quaecunque periodi plus binorum membrorum aequabiliter decurrunt pedibus omnibus aut trochaeis

[1]) Idque feci auctoribus antiquis, quorum locos quosdam adscripsit Christius metr. [2] p. 132 § 171. ii docent periodos constare posse non modo commatis et colis, sed etiam uersibus. Marius Victorinus p. 55. 7 *K* "περίοδος — subsistit ex commatis colis et uersibus". — Gleditschius I M. Antiq. II [2] p. 699—701 uim eius appellationis terminis circumscribens fecit minorem; idque suo iure fortasse, sed non conuenit ad omnia.

aut iambis, siue hiatus est in aliquo membrorum confinio siue non est [1]).

Systemata quoque nomino periodos, ut uersuum complexiones, quibus carmen diuiur,dat ut non tam coniuncta cola quam pars carminis significetur, siue numeros continuant, siue non continuant (de qua re cf. Gleditschius).

Et haec praefatus antiquam compositionem rhythmicam in breui conspectu pono. primum moneo, quod p. XXXIV commemoraui, esse magnam libertatem thesin primam supprimendi, eamque ob rem cola procatalecta in suo utrumque genere ad rhythmum idem fere ualere atque ea quae anacrusin habent. itaque *AB* et *ab* κατὰ στίχον aeque composita sunt atque *AA* et *aa*.

§ 2. Compositio igitur fit

I. κατὰ στίχον.

1. ex uersibus monocolis.

2B Sent. 54; 55. Comprec. 15. **4B** Elog. 33 [2]).
A+B Sent. 56—58; 62.
2a Sort. 6; 8b; 8c. Comprec. 2; 4. 4, 5; 4. 9, 10; 5. 5, 6.
3a Sent. 70. 2. Comprec. 9. 23—25. Elog. 14.
4a Elog. 15. Comprec. 9. 2—4. Elog. 16 *bis*.
2b Comprec. 4. 6, 7. **3b** Comprec. 12; 14. 6—8.
4b Comprec. 9. 5—8. **6b** Comprec. 9. 17—22.
2a+b Elog. 13. **2b+2a** Comprec. 16.
2a+b+a Comprec. 17. **2a+b+4a** Comprec. 8. 6—12.
a+b+4a Ded. 7. 1—6. **4a+b** Comprec. 6. I.

---

[1]) Uno loco p. 38 uocabulo pericopae usus sum, quod opus non fuit, ut periodum significarem ex non uno genere uersuum compositam, quaeque hiatum in exitus uersuum admitteret. quam ad rem auctore usus sum Christio, nam is similiter egit metr.[2] p. 131 § 171. quod antiquorum auctoritas nec iubet nec uetat.

[2]) Quid significarent litterae notarum, quibus uersuum genera distinguo, pp. XXIII sqq. explicatum est.

2. ex Saturniis.

Sent. 70. 3. Comprec. 8. 1—5; 10; 14. 1, 2. Ded. 4. 3—8; 5. Elog. 1—7. Liuii Andronici Odyssia. Cn. Naeuii bellum Punicum. Carmen Priami. Epigramma Naeuii.

II. Compositio mixta.

1. ex uersibus monocolis.

α. *periodi cadunt in iambum integrum.*

a+A Comprec. 3; 4. 2, 3. Ded. 3. Sors 8a. Sent. *60.
a+B Sent. 59. **a+b+B** Elog. 18.
2b+B Ded. 7. 7—9. Elog. 19; 20.
b+B Sent. 63. Sors 5. Elog. 21; 24.

β. *periodi cadunt in catalexin.*

A+a Sors 2. Elog. 27; 28.
B+b Sent. 61. Sors 7a. Elog. 25; 26.
A+b Sort. 3; 4. Elog. 29; 30; 32. 1. 2.
B+a Comprec. 13; 14. 9. 10. **B+3a** 5. 7—10.
2b+4 dip. troch.+2b Comprec. 9. 9—16.
A+3 dip. troch.+a Comprec. 14. 3—5.

2. uersus monocoli mixti saturniis.

α. *proodica systemata.*

A+saturnius Comprec. 5 (Carm. Sal.) 1, 2. Ded. 6.
a+sat. Comprec. 5 (Carm. Sal.) 3, 4. Ded. 4. 1, 2.
3a+sat. Comprec. 9. 26—30.
b+sat. Comprec. 9. 34—35.

β. *mesodica systemata.*

a+sat.+b Comprec. 11. 1—3.
b+sat.+b Comprec. 9. 31—33'

γ. *epodica systemata.*

Saturnius+a Comprec. 7 *ter.* Elog. 13. 7. 8.
2 saturnii+b Comprec. 6. 11.

3. uersus monocoli mixti senariis graecanicis.
A+6nar. iamb. Elog. 32. II. 3, 4.
A+b+6nar. Elog. 31.

Strophica compositio est quorundam carminum.

Mixtum ex uersibus singularibus et strophis distichis est Carmen Aruale, ita compositum: α, αα, α″α″, α‴α‴, α, αα. cuius omnes strophae sunt ad rhythmum similes, quamquam cola paulum uariant. sed, quod supra dixi, cola procatalecta in hoc carminum genere omnino respondent acatalectis. nec non illud 'siris incurrere in plēores' proximo 'neu lúe rúe Mármar' par habendum est, praesertim in carmine tam antiquo, cum utrumque quaternos reddiderit ictus. itemque in Saliari carmine uersus acatalectus 'O Zául adoríese ómniá' respondet catalectico 'duonus Cérus és duonus Iánús' (cf. p. XXII). pariter in Graecorum poesi sacra et uetusta res se habuit. ut in inuocatione Cabirorum, quam attuli p. XLVII, u. 3 Πατ(α:κ)οὶ Κοῖος Κρεῖος in pari numero haberi atque u. 4 acatalectum Ὑπερείων Εὐαπετὸς Κρόνος O Crusius m. rh. XLIII p. 306 ostendit.

Proodicae et distichae strophae sunt duae Carminis Saliaris u. 1—4 uel uersus Ianuli.

Epodicas et distichas strophas tres continet Detestatio in formula foederis faciendi, Comprec. 7.

Tetrastichas strophas et κατὰ στίχον compositas continet Elog. 16, quod constat quaternariis iambicis catalecticis.

Ἀπολελυμένα sunt carmina lustrationis, Comprec. 9, et contra faucium dolores, Comprec. 14. in eo genere binis strophis imparibus constant Comprec. 8, uel Deuotio Decii, et Ded. 7 Lucii Mummii.

§ 3. Non erit alienum hoc loco uidere quae similes his, quas hoc capite enumeraui, periodi sint in fabulis Plautinis et Terentianis et reliquiis ceteris priscorum carminum latinorum

quae graecanicis metris scripta sunt. in his enim comparatio ea uersetur necesse est, quod nec in carminibus poetarum qui aetate Ciceroniana et Iuliorum et Flauiorum floruerunt facile quidquam tale inuenias, nec quidquam attinet quaerere quae metra usurpauerint ea saecula quae fuerunt inde ab aetate Hadrianea, cum inter eos uersus italicos antiquos quos edidi nullum sit carmen quod non factum sit ante aetatem Hadriani et Antoninorum. ex priscis autem satis est ad comparationem adhiberi locos Plautinos, quod Plautus multo est copiosior ceteris numerorumque uarietate insignior, neque quidquam genus talium periodorum est in monumentis priscae poesis Romanorum quod non usurpauerit Plautus. quid? quod Plautus solus uidetur tales uersiculos continuasse κατὰ σύστημα uel, ut alii dicunt, κατὰ περίοδον, compositos, ceteri fere numquam nisi κατὰ στίχον, idque ipsum raro.

Plautus κατὰ στίχον interdum composuit cola **A** et **B** et **a**. raro κατὰ σύστημα bina plusue bina composuit; nisi tamen idem sunt atque *A*+*a* uersu coniuncti ii septenarii iambici quorum diaeresis habet uel syllabam ancipitem uel hiatum. *A*+*a* duobus uersibus scribi possunt Plaut. Pseud. 915 At hóc uolo monére te. || Monéndu's, ne me móneas. Men. 957 b et 958 *Vahl.* = 976 et 977 *Schoell* Haec prétia sunt ignáuiae: || Id égo male malum métuo. — *A*+*b* Curc. 102 Nam ubi tú profusu's íbi ego me || péruelim sepúltam. *B*+*b* Men. 111 Quód uiro esse odió uideas || túte tibi odio hábeas. Curc. 171, 172 Cómmemores hanc quáe domist || fíliam prognátam Cas. V. 2. 17 = 829 *Uss.* Áge dum tu adi hunc. — óbsecro || úbi tua noua núpta est? — Cas. V. 2. 53 = 864 *Uss.*, quam periodum commemoraui p. XXXVIII, Séd ubist palliolúm tuum? || Híc intus relíqui.

Haec igitur tam rara exempla apud Plautum inueni periodorum similium iis quas priscae et domesticae poesis Romanorum fuisse uidimus. Plautus autem quin illas sumpserit ab auctoribus graecis uix dubium est.

Ithyphallicus autem, quem **b** littera minuscula significare soleo, non magis apud Plautum quam apud auctores scenicos graecos κατὰ στίχον iteratur. quod contra saepe iteratur eo modo in carminibus domesticis romanorum. postremo haec genera compositionis in carminibus italicis antiquis usurpata sunt, apud Plautum, ut non dicam ceteros poetas, non item: **a+b, a+b+a, A+B** [1]**, a+A, a+B, b+B, B+a, b+dipod. troch.+b, A+dipod. troch.+a;** cola **a, b, A cum saturniis.** haec igitur omnia non ab imitatione nec Graecorum nec eorum qui Graecis metris latina carmina scripserunt, sed ab arte domestica patriaque profecta esse possunt.

Etiam ii qui elogia 31 et 32 II ita composuerunt ut quaternario adderent senarium potius genera uernaculum et graecanicum miscuisse putandi sunt quam poetas graeca arte imbutos imitati esse. quos si essent imitati, sine dubio contrario ordine uersuum usi essent.

Illa autem genera **AA . . .**, **BB . . .**, **aa . . .**, **Aa, Ab, Bb** cum sint communia carminibus patriis et popularibus romanorum cum iis carminibus quae metris graecanicis composita sunt, etsi uidemus quam exiguum habeant locum in poesi graecanica priscorum Romanorum, tamen quodammodo ambigua sunt. quamobrem de uno quoque eorum carminum quae ita composita sunt, aliis indiciis atque signis continetur existimatio, utrum profecta sint ab arte domestica an ab imitatione eorum poetarum qui metris usi sunt graecanicis.

---

[1]) Graeci ipsi quoque non modo A+b sed etiam A+B usurpabant; quod commemorat Westphalius metr. [3] p. 325. nec tamen quidquam tale inuenitur in poesi Romanorum graecanica.

CAPVT VI.

Excursus I.

De saturniis iis qui anacrusi carent. (b+b).

§ 1. C. O. Mueller, uir clarissimus, in supplemento adnot. ad Festum p. 397 hoc posuit genus sine anacrusi

Dánt malúm Metélli Náeuió poétae.

similiter disputauerat adn. ad Varron. l. lat. VII. 36.

Eam sententiam generatim secuti sunt et in usum transtulerunt Grauert [1]), Weil et Benloew [2]), Donaldson [3]), Bergk [4]), Bartsch [5]), Carolus Sittl [6]), Iordan [7]), Garruccius [8]) Carolus

---

[1]) Grauert, *üb. die d. röm. Epiker p. 266 sq.* —

[2]) Weil et B. *théorie de l'accentuation latine* p. 104 elog. Scip. IV 2 sic metiuntur: áetate quom párua | — —

[3]) Donaldson, Varronianus [3] p. 260 all. q. ll. —

[4]) Bergk, Op. I 492 et 494. —

[5]) Bartsch, *der Saturnische Vers* p. 21 sqq., sed ut apud Liuium et Naeuium tales exstare dicat Saturnios, in titulis non item; quod auctoritati Ritschelii concessit.

[6]) C. Sittl, *Phil. Anzeiger* 1883. 426 negat quidquam referre "basis" prioris membri iambica sit an trochaica.

[7]) Iordan, *Beitraege* p. 222 uersus illos Saliorum sic scandit sine anacrusi: *"qúne tonás leucétie — práe téd tremónt hemónes"* et *díuom émpta cánte — diuúm deo súpplicánte.*

[8]) Garruccius proleg. p. 40 sic scandit epigramma Naeuianum: Mórtáléis immórtaléis | flére séi forét fás || Déiuai Cásmenaí flerént | Gnaíuióm poétam || Ítaque póstquam est órceinó | tráditús tesáuro || Óbleitéi sunt Római lín|guá loquiér lateína.

Pauli [1]). nam de Pfauio silere melius puto; et Corssen Buchholtzque quod dicunt esse Saturnios sine anacrusi nihil attinet ad id quod quaerimus, quippe cum diuersa utantur ratione et ea peruersa. Ritschelius uero cum primam statuisset legem saturnii uersus ne prius hemistichium umquam careret anacrusi, tamen paullo post quasi legis seuerius constitutae eum poeniteret, eam ita retractauit ut fuisse apud Liuium Naeiumque Saturnios sine anacrusi nec affirmaret nec negaret [2]).

Discipuli autem Ritschelii aliique ab eius inuentis ac disciplina profecti, cum ceteris eius de saturnio leges antiquarent, unam summa religione seruarunt ne anacrusis omitteretur. satis erit ex eo numero nominare hos uiros magnae auctoritatis et de litteris latinis optime meritos: Franciscum

---

[1]) C. Pauli *altitalische Studien* IV 75—86. id Paulio plane adsentior quod numerum Saturnium sic breuiter describit: "Vier Hebungen sind das wesentliche Element, vor der ersten Hebung kann, musikalisch ausgedrückt, ein Auftakt vorgeschlagen werden, von den Senkungen können eine oder zwei, letztere in beliebiger Anordnung, fehlen". — Quod de omissis thesibus praecipit, id quoque ei adsentior. nam quod dicit bina omitti posse, id dicit de colo dimetro iambico acatalecto. sequitur, quod ego praecipio,, in catalectico membro non plus quam unum posse supprimi. nollem igitur ipse continuo sententiam mutasset, quod addit se suspicari omnes posse supprimi, praesertim cum nullum exstet exemplum ne binarum quidem in colo catalectico suppressarum praeter catalexin. illud quoque uerum addit dignumque quod animaduertatur: "Dass auf einen solchen Vers, zumal wenn er gesungen wurde, das 'ad rhythmum solum compositus' des Seruius (ad Verg. Georg. II 385) vortrefflich passt, wird jedermann zugeben, und es ist durchaus nicht nötig, diesen Ausdruck so aufzufassen, wie es neuerdings Otto Keller gethan".

[2]) Nam Ritschelius in commentatione de miliario Popilliano, quam commentationem, postquam leges de saturnio suas promulgauerat, eadem aestate a. 1852 edidit, hunc uersum Liuianum de Odyssia uult, Op. IV 135, sic scandi:

Mília ália in ísdem — intérserinúntur,

ut prius membrum careat "anacrusi". similiter, sed dubitantius Idem Op. IV 203 de dedicatione T. Quintii. titulorum enim saturnios anacrusi carere sibi persuaserat. quae eum fefellit opinio.

Buechelerum, Ioannem Vahlenum. Alfredum Fleckeisenum, Andream Spengelium, Lucianum Muellerum, Theodorum Korschium, Aemilium Baehrensium, Ludouicum Havetum. Martinus autem Hertzius interdum uidetur fuisse non alienus ab saturniis sine anacrusi admittendis.

Fridericus Allen secutus ea quae olim docuerat Westphal, dum et accentuum ictus et pondera syllabarum aeque libratis fere momentis ad modulandos saturnios ualuisse contendit, sic statuit, antiquitus fuisse saturnios sine anacrusi, post paulatim praeualuisse usum anacrusis [1]).

Ex iis autem qui accentibus uerborum modulationem omnem saturniorum dirigunt Keller et Westphal modo anacrusin habere modo carere ea saturnios docent, Thurneysen constanter primam syllabam saturnii ictu percutit, Ramorinus e contrario constanter omnes saturnios scandit per anacrusin [2]).

Ex hac tanta dissensione apparet quam sit ea res lubrica ac difficilis. nec tamen id quod maximi sit momenti ad cognitionem numeri saturnii, tamquam desperatum, relinquere nec, tamquam actum, paucis absoluere licet.

§ 2. Quicunque igitur uersus uidentur carere anacrusi — et exstant haud pauci tales, qui enumerati sunt p. IV sq. —

---

[1]) *Z. f. vergleich. Sprachf. XXIV 586.*

[2]) Ramorinus saturnii rhythmum in accentu maxime positam esse disseruit cum aliis disputationibus tum nuperrime ea quae Mediolani edita est a. 1886. is exempli causa primum uersum Liuianum comment. Mediolanensi p. 239 sic scandit: "Virum míhi Caména | ínsece uersútum". sunt tamen quae duriora fiant ab Ramorino anacrusi enormi, ut "Runcus átque Purpúreus", — "septimum décimum ánnum" *(l. c. p. 240),* "Romam rédieit triúmphans", "Itaque póstquamst Orcíno", "loquier língua latína" *(l. c. p. 242).* etiam medii membri rhythmum interdum fit submolestus eo quod uni ictui plures quam par est syllabas subdit, ut *p. 242* "ob hásce res bene géstas". sic enim solutae orationis impetu sententia edi potest, metro uersus scandi uix potest.

eorum est examen faciendum, ut consideremus quid de quoque existimare debeamus.

Ac primum segregemus minus certa exempla, quo paulatim ad certiora ueniamus.

Propter incertam igitur interpretationem scansione sunt incerti uersus paeligni

Elog. 6. 6 áfđed éite vús pritrom é pacrís puus
écic
„ „ 7 léxe lífăr didá vus déti hanústu
Heréntas.

§ 3. Iam de Liuii et Naeuii carminibus uersus grammatici seruarunt et singulos et plures coniunctim. singulares ipsi quomodo scandi debeant plerumque potest probabiliter constitui, praesertim cum grammatici in afferendis uersibus saepius ea usi sint ratione ut non partem uersus, sed uersum integrum describerent. uerumtamen, ut, quomodo quisque singularium illorum uersuum scandatur et aliis locis aliter constituitur nec ullo fere loco non una ratione probabili, ita nihil fere plane uetat multos eorum aliter discribi, siue uelis ineptire siue scansionem probabiliorem minus probabili posthabere. quare enumerans huius generis exempla primo scribam uniuscuiusqne uersus discriptionem scansionemque probabiliorem litteris crassioribus, deinde minus probabiles litteris exilibus.

Liu. 6 túque míhi narráto ómniá disértim
. . . tuque || mihi nárrato ómniá disértim . . .
(sic!) tuquē mihí narráto ó. d. *Hauetus, Luc. Mueller, Baehrens.*

Liu. 4 néque tam téd oblítus súm Laértie nóster
(uel néque tamén te oblitus . . . *uel* néque enim téd oblitus . . .)
neque tám te oblítus súm Laértie nóster ⏑ —
neque tám te*d* óblítus súm Laértie nóster
neque tám téd oblítus „ „ „

(sic!) neque enim te oblítus sum Laértié nóster *Hauetus.*
(sic!) neque enim sum téd oblítus Lártié nóster *Luc. Muell.*
(sic!) ⏑ ⏓ neque enim te oblítus Lértié, sum, nóster *Baehr.*

Liu. 9 ín Pylúm deuénies áut ibi ómméntans *(sic apogr. cod. Fa.)*
**[aut]* ín Pylum *áduénie*n*s áut ibi ómméntans *Guentherus aliique.*

Liu. 13 átque escás habémus méntiónem ⏑ ⏓ —
. . . . . atque éscas || habémus méntiónem . . . . *(Luc. Mueller similiter.)*
(sic!) atqué escás habe*[á]*mus méntiónem . . . *Hauetus.*
(sic!) atqué escás habe*[á]*mus ⏓ ⏑ méntiónem *Baehrens.*

Liu. 14 pártim erránt nequéinunt Gráeciám redíre
. . . . partim érrant || nequeínont Gráeciám redíre . . .
partim érrant*[és]* nequínunt 6ráeciám redíre *Luc. Muell.*
(sic!) partím erránt nequéinont Gráeciám redíre *Hauetus, Baehrens.*

Liu. *26 nám diuá Monétas fília *ím* dócuit
. . . . . nam díua || Monétas fíliá *im* dócuit . . . . .
nam díu*[in]*á Monétas fíliá docuit *Hauetus; Luc. Mueller, Baehrens.*
(diuina *GLK, lectio deterior.)*

Liu. *28 tópper fácit homónes út *priús* fuérunt
. . . . . tópper fácit homónes || ut *príus* fuérunt . . .
(sic!) toppér facít homónes út *priús* fuérunt *Hauetus, Luc. Mueller* (fuerant), *Baehrens.*

Venio nunc ad eos Liuii et Naeuii locos, qui singuli plures uersus continent. quorum scansioni aliquanto melior est condicio, propterea quod quomodo eos uersibus describi oporteat non modo probabiliter coniectare licet, sed plerumque etiam satis cernere.

Liu. 23 námque núllum péius mácerát humónem
quamdé mare sáeuom uir*es* ét quoi súnt mágnae
tópper *tám* confríngent ímportúnae úndae.

Versus primus sic scriptus est ut in libris exstat, praeter extremum uerbum, qnod certa emendatione fit homonem uel humonem ex eo quod traditum est humanum. uersus tertius incertior est ad scandendum, quippe qui in libro *Fa* sit curtus. et quod temptaui supplementum, id etiam ante illud 'topper' ponere licet, uelut *tamen* toppér confríngent — —. discriptio autem uersuum non facile aliter fieri potest atque hic facta est. nam oratio Laodamantis — quod animaduertit Bartseh de sat. p. 22 — concluditur his uerbis namque — undae, quibus redduntur uerba Homeri ϑ 138, 139. quamobrem existimandum est uerbis importunae undae contineri et orationis et uersus exitum, cum apud Homerum ipsum oratio illa integro uersu concludatur. quod si ita est, uersus non possuut discribi aliter atque in hunc modum: namque — homonem || quamde — magnae || topper — undae. quae discriptio non modo uersibus ambituque, sed etiam colis cum sententia maxime congruit. ergo certum exemplum saturnii anacrusi carentis est uersus primus: námque — homónem. quod ita se habere quodammodo confirmant inuiti grammatici illi tres, quibus nulli exstant auctores grauiores, quosque ad comparationem soleo adhibere, confirmant, inquam, cum ita scandunt: Havetus: "namqué ni*[hí]*lum péius mácerát homónem"; Luc. Mueller: "namqué n*[ec h]*ílum peius — m. h."; Baehrens: "namqué nullúm *plus *[corpus]* — m. humanum".

Naeu. 2 * póstquam aues aspéxit ín templód Ancisa
sacra ín mensá penátium, órdiné ponúntur;
* uíctimam ímmolábat áureám púlcram.

Nec uersus discribi possunt aliter, neque quisquam editor, quod sciam, aliter discripsit. et uersus primus et tertius sic traditi sunt ut anacrusi careant; nam primus uersus anacrusi carebit, siue legeris póstquam auem áspéxit, siue Keilii usus coniectura, Póstquam aués aspéxit. tertiusque siue scriptus erit eo uerborum ordine qui est libris traditus: ímmolábat áureâm uíctimám púlcram, siue

meliore rhythmo, ut ego scripsi, uíct. ímm. aur. pulcr., siue áuream ímmolábat uíctimám pulcram, tamen anacrusi carebit. et editoribus iis quibus maximae curae erat ne qui uersus scilicet anacrusi careret, aut uerba grauius mutanda fuerunt aut uis prosodiae afferenda. Havetus quidem et Baehrens primum uersum sic scandunt: "postquám auém aspéxit in t. Anch." quam tantam asperitatem fugiens Lucianus Mueller nouum atque inauditum finxit uerbum postquamde; ita enim ille: "postquámde aués aspéxit . . ." tertii autem uersus prius hemistichium Havetus et Baehrensius sic scandunt per tmesin inusitatam [1]): In áureám molábant . . . , Lucianus autem Mueller uerbo interposito: *tum* uíctimam ímmolábat. et hic quidem leniore usus est remedio, quod probarem, si nulli alii uersus essent qui anacrusi carerent.

---

[1]) Numquam talem equidem inueni tmesin praepositionis uerbique. nam illa ueterum carminum prae ted tremonte, ob uos sacro, sub uos placo, ut non dicam antiquiora esse Naeuii aetate, ex alio sunt genere, in quibus interiecta est uox monosyllaba et pronominalis. eiusdem generis est illud Ennii 253 *B* = 401 *M* = 373 *V* 'de me horitatur'. item illa apud Festum transque dato, endoque plorato et illud Lucilii ap. Consent. 391 *K* conque tubernalem et illa Lucretii disiectis disque supatis, indignos inque metentes tmesin faciunt per copulam monosyllabam et encliticam. et denique Hor. S. I 1. 86 argento post omnia ponas et Verg. Aen. I 412 circum dea fudit amictu tmesi separantur a uerbo eae praepositiones quae etiam sunt aduerbia et per se poni possunt. sic Hor. S I 3. 92 positum ante pro antepositum. similiter excusatur illud Vergilii G. III 381 septem subiecta trioni, quod etiam duabus uocibus dicti sunt 'septem triones' et eosdem Verg. A III 516 'geminos Triones'. — Fest. 228 *Th. de Pon.*, 197 *M* "Sed iam se caelo cedens aurora obstinet suum patrem", singulare est et, credo, corruptum. 'de caelo c.' Scaliger optime. quid dicam Ennium praua Homeri imitatione -- quod existimat Luc. Mueller de Q. Ennio p. 241 — ausum esse sic scribere cere comminuit brum? an idcirco Cn. Naeuium, licet habeatur, ut fuit, horridior, talia monstra ac portenta fecisse putandum est?

Naeu. 3 . . . . . ámborum úxóres
noctú Troiád exíbant cápitibús opértis
fléntes ámbae abeúntes cúm lacrimís múltis.

Et eadem usus sum discriptione uersuum qua uulgo editores, nec facile aliter discribi hi uersus possunt, nec uero quisquam mirabitur me fléntes ámbae malle quam flentés ámbae. de Ritschelii coniectura ambas u. adnot. crit, ad h. l. et ad Carm. Priami p. 113.

Naeu. 10 ínerant sígna expréssa quó modó Titáni
bicórporés Gigántes mágni átque Atlántes
Rúncus ác Porpúreus fílií Térras.

Discriptio uersuum est satis certa, neque quisquam editor, quod sciam, aliter discripsit atque hoc loco discripti sunt. scansio autem magis controuersa. quam sine anacrusi fieri debere in uersu tertio quidem nemo negabit praeter eos qui quiduis audent, dum omnes saturnios anacrusi instruant; nisi forte quis magis delectatur scansione illa uulgari: "Runcús atqué Purpureus f. T." — primus autem uersus rhythmo asperiore, sed tolerabili scandi sic potest: ineránt sígna expréssa. at grauis molestaque mihi est scansio Haveti et Baehrensii ineránt signá expréssa. quae cum hiatu id quoque suspectum habet quod ultimam illius signá producunt praeter consuetudinem aetatis Naeuianae, cum -ā extrema post longam paenultimam non iam longa fuit. Lucianus autem Mueller, dum necessitati illi anacrusin addendi errore opinionis fictae seruit. ordine uerborum mutato sic scribit: ineránt expréssa sígna . .

Naeu. *16 déin polléns sagíttis ínclutús*que* arquítenens
sanctús *Ioué* Déli Pútiús prognátus
Apóllo . . . . . .

Versum primum omnes ita discribunt ut hic discripsi; id uero differt haec dimensio ab ea quae uulgo adhibetur, quod

déin scripsi ne ultimam breuem ictu uitiose distenderem, ceteri fere sic: "deindé". — —

Et ex his quidem exemplis Liuianis et Naeuianis, cum aliis maior aliis minor fides sit, tamen in uniuersum efficitur ut non debeat dubitari quin et Liuius Andronicus et Cn. Naeuius saturnios nonnullos sine anacrusi panxerint.

§ 4. Transeo igitur ad cetera.

Epigrammatis Naeuiani u. 3 (p. 115) sic esse scandendum sine anacrusi

Ítaque póstquamst Órci tráditús thésáuro

docui proleg. Cap. III p. XXXI sq. cf. etiam adn. criticam.

In precationum uersibus primus huius generis est Compr. 7. 1. Sí priór deféxit públicó consílio *(p. 33)*. quamquam illis temporibus cum paenultima illius prior nondum breuis fuit sic dici potuit uel debuit:

Si príor déféxit p. c.

Illi uero qui priorem partem efficiunt precationis Decianae, Comprec. 8. 1—5, maioris momenti sunt ad id quod quaerimus.

Iáne Iúppitér Mauórs patér Quiríne
Béllonā Lasés Nouénsilésque díui
Díuis Indigetés diuí quorúmst potéstas
nóstrorum hóstiúmque *Téllus* díque Mánes
uós precór uenerór ueniám petó feróque.

ii uersus etsi non omnes pari sunt lectionis fide, tamen uniuersi ex eodem genere esse reperiuntur. qui non dubium est quin et metro conditi sint et anacrusi careant.

Sententiae saturnio numero hae carent anacruse

Sent. 66 Támdiú discéndumst quámdiú uíuis.
„ 67 Quí semél scúrra númquam páter famílias.
„ 68 Díues áut iníquus áut iníqui héres.

Sequitur ut proferamus exempla titulorum [1]).

Dedicationis uersus est

Dedic. 1 dóque dédicóque uti síes uoléns propítium

de quo dixi p. VI.

Restant elogia. in quibus inueniuntur huius generis uersus octo: paeligni duo 6. 6 et 7, de quibus mentionem feci p. LXII, romani reliqui. quorum primus in examen ueniat

Elog. 19 ób fidélitáte et óficeís monumentum.

Dicat aliquis hanc speciem numeri saturnii esse fortuitam. quod cur minus ueri simile esse uideretur causas explicaui capite IX. sed potest sane haec species numeri saturnii esse fortuita. relinquamus igitur hunc uersum, ut dubium.

Ceteri sunt in elogiis Scipionum.

Elog. 2. 6 súbigit ómne Lóucanam ópsidésque
abdoucit. (de quo cf. p. VI).

„ 3. 2 Lúciom Scípióne. fíliós Barbáti

„ 4. 6 Púbri prógnátum Públió Cornéli.

„ 5. 6 né quairátis honóre queí minus sít mandátus.

Ii uersus per anacrusin scandi non possunt ut non uioletur aliquo modo prosodia usitata. ac de uersibus extremis elogiorum 2 et 5 non opus est multis uerbis: quis enim non uidet barbarismum fieri syllaba praue producta, si sic scandas: "subigít omne Loucanam" et "ne quáiratís honore". nec magis usu poetarum comprobatur illa primi iambi scansio: "sŭbígĭt omne Loucanam"; de qua re disputaui et adn. ad elog. 2. 6 p. 59 et proleg. Cap. III p. XXXI sq.

Ad reliquos autem duos Elog. 3. 2 et 4. 6 longiore fortasse opus est disputatione. nam ad scandendum Elogii 3.

[1]) Omitto Ded. 4. 4 'ópiparum ád quolúndam uéitam diésque féstos', qui uersus incertus sit lectione. nec magis certus est Comprec. 14. 2 sí hodié creáta si ántidhác creáta *es*.

u. secundum, quem editores Ritschelio auctore sic uulgo scandunt: "Lucíom Scípióne f. B.", id unum maxime interest quaeri Romani saeculo sexto dixerint Lucīom an Lucĭom. de Elog. 4. 6, qui uersus sic scandi solet: "Terrá, Publí prognátum Publio Corneli", quaerendum est, num -A nominatiui, paenultima producta, nondum breue fuerit exeunte saeculo sexto.

§ 5. Primum igitur in disputationem ueniat LVCIOM, cuius paenultimam Ritschelius producit et in hoc uersu Elog. 3. 2, de quo agitur, et Elog. 2. 1, sic scandens: Cornéliús Lucíus Scípió Barbátus". qua mensura quoniam metro optime consulitur, quam uellem eam satis confirmasset argumentis!

Nam quod Schoell m. rh. XL 321 sqq. osca quaedam eius figurae nomina paenultimam producere dicit, id non multum ualet ad demonstrandam prosodiam latinam. quod si quid ualet, potius ex comparatione nominum oscorum argumenta sumas cur Latini Lucĭus, non Lucīus dixisse uideantur. nam paelignum Lovcies I. I. I. Zv. 37, 38 dubium est, quod Paeligni non magis quam antiquissimi Romani I longam ab I breui scriptura distinguere solebant. at illa quae in uase campano inscripta sunt I. I. I. 135 Zv. Luvcies Cnaiviies sum nonne, si modo aliquid tribui oportet scripturae uarietati, uidentur ita legenda esse ut in Luvcies paenultimam corripias, in Cnaiviies producas? Luvikis autem Ohtavis I. I. I. Zv. 128. 5 et Luvkis Vhtavis non ausim equidem certo affirmare dictum esse a Luv(i)kĭís Vhtavĭís et non a *Luv(i)kīís *Vhtavīís. sed tamen multo credibilius est Oscos dixisse Vhtavĭes paenultima breui, ut Latini Octavĭus. itemque Marsicum Pacvĭes I. I. M. Zv. 41 nescio an paenultimam corripiat, ut latinum Pacuĭus. et ueri simile est osce Vibis I. O. Zvet. 48 eodem modo contractum esse a Vibiis I. O. Zvet. 47 *(i. e.* *Vibiís) quo latine Vibis *50 Schn.* a *Vibies (Vibios) aliaque similiter. atquin

prisca illa latina Vibis Clodis Anicis CIL I 75 dicta esse non a *Vibīes *Clodīes *Anicīes, sed a Vibĭes Clodĭes Anicĭes demonstrari potest. nam cum prisci illi latini dixerint tum Clodius et Clodis similiterque alius et alis, eandem rationem Clodis ad Clodius habeat necesse est atque alis ad alius. alĭus autem etiam antiquitus dictum esse ab *aljos, non ab *alīus, ostendit graecum *ἄλjος, ἄλλος, et alis esse ab alĭĕs ostendit goth. aljis. ergo etiam Clodĭus. accedit quod oscorum -ii- et -ìi- non semper longum -ī- significat, sed etiam -ĭj-, i. e. ĭ breuem cum eadem semiuocali. quod declarat ipsa uarietas scriptionis, ut Viriium 37 *Zvet. I. O.* Vìrrìiis 49. 2 Vìrriis 49. 1, utrumque = Verrĭjes, quod lat. a Verrios Verries contractum Verres per etymologiam popularem obtinuit; et Vibiis Vibis 47, 48 *Zvet. I. Osc.* = praenest. Vibis *Gar. 538 Schn. 50,* cuius femininum osce Vibiiai dat. sg. 50 *Zv. I. O.* = Vibĭjai, lat. Vibiai Vibiae. idem declarat comparatio linguarum, quod docet osce sic scribi -iio- tum etiam cum ortum sit ab -ĭo-, ut Iùviia = umbr. Ioviu Iovia, lat. Iouius. oscum Meelíkiieís I. I. I. Zv. 142. 7 cum respondeat graeco Μειλιχίου, pronuntiandum Mēlĕkĭjēs; Pompaiiana ibid. u. 4 pronuntiandum Pompaejana, latine Pompējana. Maraieís I. I. I. Zv. 95 et Maraies l. c. 249 cum sint eiusdem uocis uariantes scripturae, eodem modo pronuntiandae sunt, utraque igitur Maraejēs, latine Marii. terminatio eadem est quam habet Παχϝις I. I. I. Zv. 236 i. e. Pakvēs, qui genetiuus non potest esse a recto *Pakvī-ĕs, quod stirpis ī longum ante genitiui terminationem -ēs non facile potuit totum tolli, sed est a Pakvĭĕs (Pakvis) uel Pakvĭjes. quae cum ita sint, Tirentium Magiium, m. rh. XLIV 326 credo appellanda esse Tirentĭjum Magĭjum, ut ea potius scriptionis quam uocis habeatur uarietas. similiter aliae linguae I semiuocalem aut spirantem breui I uocali addunt, ut sanscrit. pitriyas = πάτριος patrius; slavon. uet. netijĭ = sanscr. naptiya =

ἀνεψιός; sansc. naptī n. pl. naptíjas, dhīs, acc. dhíjam. cypriae dialecti idem proprium, ut a.ri.si.ti.ja *i. e.* Ἀριστίja(υ) *(Meister de gr. l. dial. II 1889 p. 177)* = Ἀριστίου; pamphyl. διὰ, ἀδριῶνα I. dial. Gr. 1267; argol. ἅλιος I. dial. Gr. 3261, u. Prellwitz ad eum l.. idem usurparunt ueteres Persae, ut Artavardhija Armanija Kaṃbúǵija Cambyses *(Spengel, die altpers. Keilinschr. s. u.)*.

Ritschelius autem ipse uarietatem confert nominum gentilium in -eios -aios -ios exeuntium. medium autem inter -eios (-aios) et -ĭos esse *-īos dicit. at apparet aliud -aios positione esse, aliud -eios. quidni item -eios et -ĭos putemus positione esse separata? aut si nomina in -eios et -ios, ut Cocceius et Cocius CIL X 370 Coccio CIL I 795, eadem principali origine nata et discretione duobus modis figurata sunt, ea discretio non in uno populo, sed per diuersitatem populorum locorumque facta est. nam si ea omnia profecta essent in eodem populo ab una origine figurae, fieri non potuisset quin omnia parili mutatione primo in -eios, post in *-īos, postremo in -ĭos exirent. nam quicunque cognitione historica linguarum mediocriter imbutus est mihi concedet leges phoneticas, nisi certa ratio obstet, necessitate quadam in omnibus quae unius sint generis ualere. atqui inde a primis temporibus omnia carmina antiquiora in -ĭos habent exeuntia eadem nomina gentilia quae post in -ĭos. nisi cui errasse uidetur T. Liuius quod Mettium scribit Fufetium, cum Ennius in primo Annali ap. Quintil. I. 5. 12. Metteio Fufeteio, si coniecturae Schoellii credimus, dixerit. nec tamen quidquam ex ea discrepantia, si fuit aliqua, Liuii et Ennii efficitur, nisi forte hoc, ut fit in fabulis, exstare uarietatem nominis fama traditi. et in titulis antiquissimis multo plura nomina gentilia in -ios cadere inueniuntur quam in -eios. atque eadem, quae apud posteros, uarietas elucet sermonis plurium -ios, pauciorum -eios terminationem usurpantis. fortasse fuit ea uarietas dialectica. ut, quod demon-

strauit Iordan Symb. 110 sqq., dialectica uarietas est quod dicti sunt alii -arii, alii -asii, item -ŭrii et -ŭsii, -ĕrii et -ĭsii. -īrii et -īsii; etsi in quibusdam quidem nominibus terminationem illam -erio- -urio esse principalem fortasse uere negat Conway, *'Verner's law in Italy'* p. 61 sq.; quorum quae -s- retinuerunt ea peregre nata sunt, quae s in r mutarunt romana. quia superuacaneum est singula, quae in medio sint, persequi, hoc unum commemoro. nomen gentile etiam Lucius est, ut C. Lucius CIL I 1187; M. Lucius CIL I 1407; Sex. Luucius CIL I 1477. at diuersae gentis nomen est Luuceius C. I. 568, quod Ciceroniana aetate scribebatur Lucceius. et ne uoce quidem sublatam esse eam diuersitatem argumentum est quod graeci, quae nomina latina latini per -ios, eadem ipsi per -ιος scribebant, quae autem latini per -eios, ea per aut -ήιος aut -ῆιος, quod rarius fit, reddunt, ut Λουκήϊον; quod exposuit Dittenberger Hermae vol. VI. 297 [1]). quodsi quod nomen huius generis grauius figuratum apud posteros non iam exstat, cum antiquitus fuerit in usu, tamen ex eo non efficitur id esse antiquius illo quod in -ĭos (-ĭus) exit. ut non modo non statuendum est VETIO tituli

[1]) Seelmannus *'die Aussprache des Latein' p. 238* quod dicit -EIVS, -EVS, -IVS in sermone uulgari interdum scriptura uariari, ut omnia ea significent — ĕi̯os, fortasse non iniuria illud quidem. sed uereor ne nullo iure praenomen LVCII ab nomina gentis LVCEIO, LVCEO non discreuerit. plura idem et diuersa eo loco confudit, posuit enim has tamquam uarietates IPSEIVS, IPSEVS, IPSIVS et ANNEIA, ANNEAE, ANNIA. nam ipseius et ipsĭus pronominis genetiuus uariatur scriptura. at nomina Annĭus, Annĭa paenultimam corripuisse, si ad eam rem argumento opus sit, efficitur ex Martial. VII 47. 2 et Auson. Ep. 16. 32. quis igitur credat *Annīa dicendum esse in his titulis imperatoria aetate factis, CIL VI 11716, 1174, 1175 et quae sunt eius generis? scriptura autem uariante scriptura est Anneae CIL VI 11686. 1189. quod si uocis erat discrimen, id in dialecti uarietate positum erat. Faliscos quidem saepe dixisse -ĕo pro -ĭo ostendunt tituli. Iuneo Fal. 20 *Schn.* Clipeai Fal. 26 (Clipiai Fal. 25) aliaque.

antiquissimi, qui Nauelli in Vestinis inuentus est, C. IX. 3414, esse posterius quam praenestinum VETTEIAI Gar. 748, sed etiam ex geminatis consonantibus meo iure conicio hoc esse posterius.

Sed mitto nomina gentilia et cognomina, nam praenomina ex alio sunt genere. quae cum pauca sunt tum in -ius tantummodo haec: Appius Numerius Spurius Tiberius Gāĭus Publius Lucius Manius Seruius. de quibus u. auct. incert. de praenom. p. 484 sqq. *Halm* et Mommsen, Quaest. rom. I. p. 4 et Huebner, Epigr. rom. IMA I 498 sqq. minus certum est obsoletum illud Amulius, quod nominat Varro ap. auct. de praen. 484. 7 *H.* haec quasi in eadem incude facta sunt et eiusdem generis. aut igitur putandum est omnia antiquitus in -eios (-eius) desisse, ut quaedam graeca in -εῖος, tum in -īos, post in -ĭus, aut -ĭos (-ĭus), gr. -ιος, scr. -ya communem et principalem esse figuram. illud quod prius posui tantum abest ut certis rerum monumentis comprobetur ut uanum esse reperiatur. frustra enim inter tradita linguae latinae monumenta ullum in -eius desinens praenomen quaeras; nam nimirum cognomen est CIL I 1557 p. 564 Cn. Iunio C. l. POBLEIIOS. in -ios uero haec praenomina inde ab omni tempore apud Latinos exisse efficitur ex titulo uetustissimo latino, qui tit. in fibula aurea inscriptus et Praeneste a. d. VII. Id. Ian. a. 1887 inuentus est: MANIOS: med: fhe: fhaked: NVMASIOI. is tit. inuentus est in sepulcro, cuius sepulcri aetatem Gul. Helbig et Ferd. Duemmler repetunt ultra quingentesimum ante Christum natum annum, Oscar uero Montelius consulentem me benigne litteris docuit eam fibulam cum inscriptione factam esse sexcentis fere annis ante Christum natum uel medio secundo urbis saeculo. ecce hic duo praenomina: MANIOS et NVMASIOI, quod posterorum uoce factum est casu recto Numerius; nam Númăsĭos dictum Númĭsĭos — quocum cf. osc. *Númĭsĭes *Ni*umsis 57 *Zv. I. O.* gen. Niumsieìs

ibidem —; a Numĭsio autem Numĕrius. nemo facile in eo quidem titulo dicet *Manīos *Numasīoi, quod tantum non prohibet ipsa comparatio linguarum, ad quam in titulo tam uetusto descendendum est, sed potius Manĭos Numasĭoi. id certe ex eo titulo efficitur Romanos antiquissimos non dixisse *Maneios *Numaseios, ergo ne *Luceios (aut *Leuceios) quidem. nihil igitur relinquitur unde proficiscatur sententia Ritschelii, qui uoluit Lucīom dictum esse a Luceiom.

Iam ut ad hoc ipsum praenomen Lucii transeamus, uetustissimi eius exempli mentio fieri uidetur a Varrone l. l. IX § 60, quod femininum eius inueniri dicit in Carmine Saliari, nam "Luciam Voluminam *(? H,* Volaminam *V,* Volaminiam *F)* Saliorum carminibus appellari". et sic scandendum est Lúcĭá Volúmina. quod quoniam deae nomen, non mulieris mihi uidetur esse, ei rei non multum tribuo. illud uero maioris momenti quod in graecis titulis Λεύκιος constanter scriptum esse reipublicae temporibus exemplis demonstrauit Dittenberger l. c. p. 310 [1]). nulla autem eius rei memoria exstat antiquior temporibus Lucii Mummii uel initio septimi saeculi. quem ab aequalibus dictum esse Lucĭum, non "Lucīum", ipse testis est titulo Reatino CIL IX 4672. 1 Dé decuma Victor tibei Lucĭus Mu*m*ius donum". Λεύκιος igitur cum ueriloquio quodam populari quasi graecum nomen ex latino graece refictum sit, nimirum per analogiam sequitur nomina propria paroxytona graeca ea quae in -ιος desinunt. ea autem paenultimam corripiunt. quorum similitudinem referre Λεύκιος non potuisset nisi latinus sermo ei rei ansam dedisset. sin sexto saeculo latine dictum esset et *Lucīus et Lucĭus, consentaneum fuit a graecis quoque eadem uarietate ita dici et *Λεύκειος

[1]) Cf. Buecheler-Havet. de declin. § 108 p. 75 "la forme *Luciom,* telle qu'elle existait vers l'an 520 de Rome, était identique à la forme grecque Λεύκιον".

et Λεύκιος, ut idem homo tum Μήδειος tum Μήδιος. iam a Polybio, qui eam historiarum partem Romae scripsit exeunte sexto urbis saeculo, cum P. et L. Scipionum nomina sic scriberentur Λεύκιον X 4. 1 et Πόπλιον X 2. 9, pariter illius atque huius nomen breui esse dictum paenultima non certo confirmatur hoc fragmento eodem fere tempore scripto Titinii ap. Seru. Dan. ad Aen. IV 346: — — "Lúcĭus ‖ domum sé capessit". potest enim hoc fragmentum scandi hoc modo, potest aliter. at saeculo sexto circiter a. u. c. DLXXX natus est Lucilius, cuius exstat ap. Cic. de n. d. I § 63 haec pars hexametri — ∪ ∪ — ∪ ∪ — "Tubulus si Lucĭus umquam".

Denique ut summam disputationis comprehendam, 'nodum', ut aiunt, 'in scirpo quaeris', si contendas Romanos umquam dixisse *Lucīos *Lucīom, eiusque rei argumenta anquiras. Nam metri causa non fas est tantam insolentiam admittere, praesertim cum metrum saturnium adhuc non satis exploratum ipsa scansione sit inueniendum. quoniam igitur non audeo metri incerti causa linguam latinam mutare, in usu sermonis maneo legoque breui paenultima Lucĭom et Lucĭus.

Sed ecce occurrit difficultas non leuis. relinquitur enim nobis hoc unum ut scandamus per synizesin sic: Elog. 2. 1. Cornéliús Lúcĭus | — et Elog. 3. 2. Lúcĭom Scípiónem | — —; de qua re post quaeremus.

§ 6. Restat exitus elogii P. Cornelii P. f. Scipionis. quem locum sic scando:

qua **ré** lubens **te** ingrémiu, Scípio, **récipit Térra**,
Públi prógnátum Públió Cornéli,

ea scansio commendatur — quod dixi adnotatione critica — et allitteratione hemistichia coniungente et sententia. uulgaris autem scansio, quae est huiuscemodi:

qua ré lubéns te ingrémiu, Scípió récipit
Terrá, Publí, prognátum Públió, Cornéli,

ea scansio id unum habet commodi quod ita Scipio creticus

manet nec synizesin patitur, sed eadem haec uitia habet grauissima quod allitteratio neglegitur sententiaeque tenor interrumpitur eo quod Terra non modo a praedicato recipit, sed etiam ab attributo lubens seiunctum in alium uersum relegatur, quod quidem in carminibus saturniis inusitatum est. sed fac hoc utrumque posse tolerari, restat Terrá ultima producta. quod fieri praeter consuetudinem eius temporis quo hic titulus scriptus est — nam scriptus est post mortem Ennii poetae — nemo ignorat qui quidem aliqua imbutus sit cognitione prisci sermonis latini. neque enim hic uersus extremus, quo nihil fere nisi nomina eius in cuius honorem scriptus est contineatur, a uetustiore carmine potest esse sumptus, sed uidelicet scriptus est simul cum ceteris eius elogii uersibus.

Sed hoc quod nunc nobis quaerendum est quomodo aetatibus definiatur discernaturque productio A litterae finalis latius patet. sunt enim plures uersus in elogiis Scipionum qui ita soleant scandi ut A extrema producatur in arsi. ita enim uulgo scandunt auctore Ritschelio [1]):

Elog. 2. 3. "quoiús formá uirtútei parisuma fuit"
„ 4. 2. "honós famá uirtúsque gloria atque ingenium"
„ 5. 3. "quoieí uitá defécit, non honos honore".

atque ad scandendum Elog. 2. 3. nihil refert utrum formâ illa aetate sic dici potuerit necne. nam Plautus et Terentius, testes locupletissimi, innumerabilibus docent exemplis poetas priscos in iambis non dixisse quoiús; relatiui quidem genitiuus singularis ictum in ultima non habebat dicebaturque aut quóius percussa paenultima aut per uocem monosyllabam quoius. relinquitur igitur ut sic scandamus:

quoius fórma uírtútei — — — —.

at Elog. 4. 2 et 5. 3, si liceret, multo mallem sic scandere ut uulgo commodius molliusque scandunt, quam uti ea quam in editione mea signaui scansione. mihi enim necesse fuit statuere et

[1]) Ritsch. Op. IV 413*).

Elog. 4. 2 honos in anacrusi esse pro pyrrhichio, quod est duriusculum, et Elog. 5. 3 aut quoiei pronuntiandum esse per contractionem, ut sit monosyllabum, aut quŏi per iambum correptum, ut uox a scriptione nonnihil discedat. quae cum ita sint, optabile est profecto ut in his uersibus Elog. 4. 2 et 5. 3 sic pronuntiare famā uitā nobis liceat. quod liceat necne nunc quaeremus.

Etiam est mihi reddenda ratio cur Elog. 4. 2 ¦ ómniá bréuia — quamquam hoc equidem non sine aliqua dubitatione — ita scandere ausus sim ut ultimam illius omniā producerem, illa autem non minus frequentata a grammaticis recentioribus Terrá, famá, uitá non usurpauerim.

Simul igitur in disputationem ueniant nominatiuus singularis declinationis primae et nominatiuus pluralis et accusatiuus pluralis neutrorum. neutra enim cum antiquitus A extremum produxissent non modo secunda sed etiam tertia declinatione, quod in tertia latina analogia factum est, postea iisdem gradibus atque aetatibus quibus feminina A illud paulatim corripuerunt [1]).

Eius rei hic fuit cursus aetatibus distinctus. primo A longum fuit in omnibus, deinde in iis solum uocabulis polysyllabis in quibus A ultimum productum cum proximis duabus syllabis creticum efficiebat aut anapaestum, postremo A ultimum omnia et feminina et neutra corripuerunt.

Primum igitur omnium correpta sunt uocabula iambica, ut méā 7 méă, érā 7 éră, hoc scilicet factum ui ac-

[1]) De A feminini generis in linguis indoeuropaeis producto nuperrime Brugman Gramm. II L. 1889 §§ 59 et 60: de A neutri generis Henry *Esquisses morphologiques* IV Douai 1887. Ioannes Schmidt libro quem inscr. *'die Pluralbildungen der indog. Neutra'* Vimariae 1889 docet antiquitus neutra pluraliter dici solita esse quasi collectiua nomina feminini generis, quare neutra pluraliter dicta eadem ducta esse origine atque feminina singulariter. — A autem illud nominatiui secunda dedicatione produci, nam contractum esse ex O+A.

centus acuti, deinde ad similitudinem eorum cetera quoque, ut aequabilitas declinationis conseruaretur [1]).

Cur autem inde a priore parte saeculi sexti poetae ultimam talium uocum qualia sunt gratĭa, mărĭa in arsi producere mallent quam talium qualia grāta amāra, causa sine dubio fuit ea quod ad paenultimam longam et accentu uocis intentam ultima media inter longam et breuem breuis haberetur necesse erat, sin paenultima breuis accentu carebat, ut breuissima esset, ultima erat longior quam paenultima tantilla tamque leui [2]).

Primo igitur ad annum fere p. u. c. DXXXX A finale productum est aut produci potuit etiam post longam paenultimam. sed nullus exstat uersus in

---

[1]) Hoc ita factum esse negat Henry l. c. p. 24 "L'action sporadique de la brève bréviante dans les mots iambiques *(bŏnă = *bŏna)* ne peut avoir été assez puissante pour produir un effet aussi universel, encore quelle ait bien pu jouer le rôle d'adjuvant". — Contra quae uerba grammatici illius illustrissimi uidetur posse dici A finalis correptionem et iis aetatibus quae monumentis litterarum illustrantur factam esse nec subito omnem transactam, sed paulatim et quidem eo quem dixi ordine rerum. ac ne ad finem quidem perducta sunt sermonibus hominum omnia eius generis simul, quamquam fluctuantem usum ad certas quasdam leges reuocauit disciplina grammaticorum et poetarum. qua de re moneo et Liuium et Naeuium et Ennium et Accium grammaticos fuisse et Lucilium rebus grammaticis operam dedisse. uere Baehrens p. 14 "Liuius Naeuiusque simul eraut grammatici magistrique, qui ex uiuae linguae perenni fonte haurientes suae aetatis sermonem ut respiciebant ita excolebant". quod uidelicet ad ceteros quoque quos dixi pertinet. simili ratione -AT, -ET, -IT praesentium uocalem corripuerunt, primo in nullis uocibus nisi iambicis, inde ab aetate Ennii etiam in aliis, denique inde ab aetate Terentii in omnibus constanter, eaque res inde ab ineunte saec. VII tam uim "uniuersam" (quam *"uniuersel"* Henry dicit) habuit quam correptio A litterae finalis. id tantum interest quod A finale corripi coeptum est maturius. eae enim terminationes quae inde ab initio simplici et sola uocali constabant, ante corripi coeptae sunt quam illae quae uocali et consonanti aut diphthongo.

[2]) Hoc animaduertit Christ Metr. [2] p. 22 § 30.

quo uox iambica A finale nominatiui aut accusatiui producat.

Sent. 40 Coctá numerabimus exta.
„ 41 Sociorum ollá male feruet.
Comp. 2. 1 Terrá pestem teneto
„ 8. 3 Dvélloná (Bellonā *libri*) Lasés Nouénsilésque díui
„ 9. 18 uínetá uirgulta (uineta uirgultāque *libri*)
Liu. 26 nám diuá Monétas filia *im* dócuit
„ 36 uestís pullá purpúrea ámpla
„ 15 sanctá puér Saturni †fíliá regina [1]).

Comp. 5 (Carm. Saliar.) 2. uero(m) ád patulá coemís es ianeus Ianes
„ 13 Lúciá Volumina
Sent. 70. 2. 2 (Appii Claudii) nequíd fraudis stuprique feróciá páriat.
Dedic. 4. 6 gondécorant sáipisumé comuíuiá loidósque [2])
Liu. 6 túque mi narato ómniá disertim
„ *27 deus ínfrus an suprús fert funerá ti Ulixes
„ *40 at céler uolans hasta péctorá perrumpit

Deinde ab eo tempore quo Naeuius [3]) scripsit bellum Punicum ad aetatem Ennii uel ab anno fere

[1]) Liuium Audronicum uersionem Odyssiae puto scripsisse circiter annum p. u. c. D., quadraginta fere ante annis quam Naeuius scripsit Bellum Punicum. quod cur putem non una causa est.

[2]) Tabula coquorum Falisca scripta est saeculo VI, post annum urbis DXIII. id ostendit Garucius Syll. p. 170; cf. Deecke de Faliscis pp. 78 et 196.

[3]) Cicero Cat. m. § 49 " nihil est otiosa senectute iucunpius — — § 50 quam gaudebat bello suo Punico Naeuius". senex igitur bellum Punicum scripsit Naeuius. post autem annum urbis DL Naeuium mortuum esse Varro auctor est ap. Cic. Brut. § 60. ergo carminis belli Punici tempus cadit in eos fere annos qui interiecti sunt inter a. u. c. DXXXX et DLV.

urbis DXXXX ad annum DLXX interiecti sunt triginta anni. quibus annis qui scripti sunt uersus, qui quidem exstent, in iis aut perraro aut numquam A nominatiui et accusatiui productum esse inuenitur post longam paenultimam praeterquam in caesura principali. proparoxytona autem interdum, sed non saepe A illud producunt.

Elog. 2. 3 quoius fórma uírtútei párisumá fúit [1])

Naeu. 12 Blande ét docté percóntat Áeněá quo pácto
(Áeněá non Áenēá, u. adnot. ad eum loc.)

„ 17 scopás ac uérbénas ságminá sumpserunt

„ 39 magní metús tumúltus péctorá possídit.

Nullum in reliquiis nec belli punici nec fabularum Naeuianarum exstat exemplum -ā finalis nominatiui aut accusatiui post longam paenultimam producti.

Venio nunc ad Plautum. omitto exempla dubia. haec satis certa uidentur.

Plautus Asin. 199 Céterá quae uólumus uti gráeca mercamúr fide

Cétera quae solemus *Loewe, Goetz.*

Asin. 762. Ne epístula quidem úlla sit in áedibus

illi ulla *Ritschelius, usquam Mueller.* epistula uox aduenticia illa quidem, sed iam illo temqore sine dubio in pari numero habita est atque latinae.

Bacch. 1127 Pol hódie alterá iam bis détonsa cértost.

Cas. IV 3. 16, 766 *U* Dí hercle me cupiúnt seruatum. iam óboluit Casiná procul.

casinus *B* casin' *E.*

Cist. II. 1. 7 = 207 *U* Íta mihi omnia íngeniá sunt. quod lubet nón lubet iám id continuo.

Epid. 498 Potuít: plus iam sum líbera quinquénnium.

---

[1]) De aetate huius elogii u. disputationem Mommseni ad Elogia Scipionum in CIL I.

quinq. s. libera *R. Mueller, CFG Mueller, Goetz* numero multo deteriore.

Men. 974 a Vérberā cómpedés

„ 900 Quáe me clam ratús sum facere, ea ómniā fecit palam. omnia hic *CFG Mueller.*

Mil. 1314 Quíd uis? — Quin tu iúbes ecferri ómniā quae istí dedi.

*dona quae *ego* isti *Ritschelius,* isti quae *Idem, Brixius.*

Mil. 1338 Éxite atque ecférte huc intus ómniā quae isti dedi

Rud. 199 a Ís nauem átque ómniā pérdidīt ín marí

secutus sum discriptionem codicis **B.**; editores uulgo aliter: solus Ussingius u. 197, ut permultis locis, stichometriam ab antiquis traditam seruauit.

Poen. 1052 Haec mi hóspitalis tésserā quom illó fuit

tesserā more prisco latinorum; cum τέσσαρα ultimam corripiat.

Pseud. 147 Neque Aléxandrina béluata tónsiliā tappétia

Stich. 378 Túm Babylonica peristróma et tónsiliā tappetia

ita Goetzius, peristroma tonsilia t. *Bergkius, cf .Buechelerus* de declin. p. 93: tonsilia et t. *libri.*

Rud. 933 Óppidā circúmuectabor: úbi nobilitas méa erit clara

oppido *Schoellius.*

Rud. 1086 (1073 *U*) Ét crepundiā. Quid, si ea sunt aureā? Quid istúc tua?

Trin. 251 Nóx datúr: dúcitúr fámiliā tóta.

Graeca nomina Plautus eodem modo produxit haec: Leonidā Asin. 740; Sosiā Amph, 438; 827 (Saureā Asin. 417 in diaeresi septenarii.)

Et haec quidem exempla selegi.

Etiam illa quae sunt paenultima longa nonnullis, si libris credimus, locis ultimum A eodem atque proparoxytona modo apud Plautum produxerunt. sed ea species falsa est, nam ii loci uel plane corrupti sunt uel merito suspecti.

Bacch. 893 †Latonā iure ab editoribus obelo notatum. — Bacch 255 "Volcánus †Sol Lunā dies dei quáttuor" *libri*, corruptelam indicat metrum turbatum: "V. Luna Sol —" *Guyetus*. — Mil. 1065 male Camerarius hunc anapaestum "Tum argénti montis non massas habet. Aetnā [mons] non aeque altast"; melius Loewius analect. p. 215 et Ribbeckius "— Aetĭnă non aeque altast". — Casin. III 5. 27. 628 *L libri* †Dicám tua ancillā quam tuó uilicó uis: Dicam áncilla tua quam tuó uilicó uis *Bothius Geppertius*. — Truc. 459 Lucri causa auárā probrúm sum exsecúta *libri:* auare *Seyffertius. Schoellius*. — Curc. 461 Sequimini. leno cane †in te sit morā mihi *libri, quem uersum esse corruptum ex uitioso exitu intellegitur:* mora in te sit mihi *Mueller*. — Cist. II 3. 13. 380 *U* Ut rés gestā sit *libri:* Ut rés sit gesta *Ussingius, multo meliore rhythmo*. — Captiu. 355 Átque utrumque. Dí tibi omnes ómnia optatā ferant: optata offerant *Fleckeisenus*, O. afferant *Camerarius*. — Stich. 159 nam illá me in aluo ménsis gestauit decem *libri:* Nam illaec *Mueller* [Nam illa méd *Ritschelius*, Namque illa me *Bergkius*]. — Truc. 458 quae †huc (hunc *L*) ausā sum †tantundem dolum adgrediri *corruptus est*.

Et ex his quos proxime scripsi uersus. qui -ā nominatiui et accusatiui post longam paenultimam producunt, Capt. 355 et Stich. 159 nihil habent suspecti nisi insolitam A litterae productionem; in ceteris accedunt aliae res quibus aut merito suspecti sint aut corrupti esse perspiciantur.

et Stich. 73 (76 *F*) cum in *BCDFZ* sic scriptus sit "Néque ego id facturā sum neque tu ut fácias consiliúm dabo", in *A* "Neq. equidemisfactura neque — —" —, suo iure Goetzius et Ussingius uestigia Ambrosiani secuti scribunt: "Néque ego id súm factura — —".

Ac multo minus putandum est Plautum A ultimam nominatiui et accusatiui produxisse in uocibus iambicis. Ea quidem et mea et era et mala, si in nominatiuum aut uocatiuum casum sunt declinata, quoniam ultima breui esse in fabulis Plautinis sexcenties reperiuntur, non Plauto ipsi, sed librariis tribuenda est culpa eius rei quod singulis locis ita scriptum est quasi ultimam in nominatiuo casu producerent.

Curc. 46 Eam uólt meretricem fácere eā me déperit *libri: at* ea me d. *Fleckeisenus*. — Casin. III 5. 54, 667 *U* Quid

úxor meā? non adiit atque adémit *libri:* Quid úxor mea? *án* non — *Weisius.* optime. — Cist. IV 2. 6, 507 *U* Si erā †mea sciát tam socórdem esse quám sim *libri: fortasse scribendum* Si era mé sciuerít —; cf. Pers. 218 ní sciero prius éx te tu ex me númquam hoc quod rogitás scies; Mea éra si sciát — *Spengel, Reformvorschl. p. 195.* Bacch. 584 (582 *U)* †Qui té malā crux ágitat, qui ad istúnc modum *libri: Quid?* quáe te mala crux *Ritschelius, Quid est?* quáe te mala crux *Seyffertus, Pol* quí te mala crux *Ussingius.*

Sine iusta causa Fleckeisenus misc. crit. p. 18 A ita produci in secunda arsi horum septenariorum existimat: Pseud. 964 "péregrină facies uidetur". — Trin. 852 "Hilurică facies uidetur". — nec magis opus fuit Bothio transponere sic Asin. 175 "Lena ubi bene agat" —, cum sit in libris "Ubi lenă bene agat — quod uere monet Mueller pros. p. 5 et Stadelmann de quant. ult. p. 11. item Truc. 703 "Méa donă dĕămata accéptaque habita esse apud Phronesium" retineri posse credo, quod non modo 'dēămata', sed etiam 'dĕămata' sine synecphonesi dicebatur, ut Terentius Heaut. 825 "Ne ego hómo sum fortunátus: dĕămo té Syre". molliore quidem rhythmo Truc. 703 Méa deamata dona *Mueller* et *Schoellius.*

Neque quod *-a* hoc in diaeresi et in caesura principali nonnumquam producitur ideo putandum est id per se longum fuisse. ut ablatiui sunt Gell I 24 u. 2 "scaena deserta dein Risus Ludus Iocusque", ita nominatiui A producunt hi loci: Pers. 789 *libri* "Saluéto et tu bona libertá. Dordálus hĭquĭdemst quin iúbe adire"; libertā non per se longa est ultima, sed metro producitur, ut accumbē Pers. 792 "Locus híc tuos est, hic áccumbē | fer aquám pedibus praebén puere"; sic Trin. 837 uelā | . et in caesura septenarii anapaestici Pseud. 948 lepidā *Buecheler.* in caesura septenarii iambici Men. 132 malā, Ep. 371 ratā, cf. Ep. 359; Merc. 509 et Stadelmann l. c. ad Ter. Adelph. 348 p. 11.

Postremo inde ab aetate Ennii uel a. u. DLXX extra caesuram non modo post longam paenultimam A nominatiui et accusatiui numquam productum est, sed etiam in proparoxytonis ea productio celeriter obsoleuit. quae productio in titulis aliquamdiu obtinuit fere ad principium saeculi septimi, at in libris poetarum qui ea actate floruerunt uix unum et alterum exstat exemplum A ita producti extra caesuram.

Videamus igitur primum uersus titulorum, qui arte uernacula et rudi facti sunt.

Elog. 4. 2 Mors pérfecít tua ut éssent ómniā breuia [1])

„ 29. 3 grátiā relátast

CIL VI 21696 'pro mériteis dánt ubei eórum óss*u*ā quiescant' male descriptum est ex titulo antiquiore (u. huius ed. p. 82.).

Elog. 30. 2 féminā sálue.

Proximum est ut proferamus exempla librorum.

Poenuli prolog. 85 Altéra quinquennis álterā quadrimula

is prologus scriptus est post fabulam Ennianam, cui nomen erat Achilles Aristarchi, cuius fabulae uersus duo scriptor prologi usurpat. u. 3 et 4; de qua re in comm. Ussingii p. 295 agitur.

Ennius ap. Ausonium Technopaegn. 24. 19 p. 168 P, fragm. 562 *V* = 269 *M* = 375 *B* pópuleā fros (frus *all. codd.*).

ea uerba sunt in exitu hexametri apud Ausonium quidem. quod dicit L. Mueller de Q. Ennio p. 237 positione *a* hoc loco produci id non satis est ueri simile. quod enim apud posteriores poetas Romanos moris fuit communis ut syllabae positione producerentur, eius rei primordia exigua quaedam sunt in carminibus Ennii. qui raro usurpauit in eo genere ea quae posterioribus solemni usu sunt constituta, nedum auderet ea uti productione quae posterioribus ipsis — quod demonstrauit Luc. Mueller de r. m. p. 319 sqq. — rarae fuit ac uix permissae licentiae. accedit quod Luc. Mueller ipse docet libri de Q. Ennio p. 237 Ennium breuem uocalem ultimam non solere producere si sequantur duae proximae uocis consonantes primae, ut "uitaequĕ propagen" [2]).

---

[1]) Hoc elogium P. Scipionis scriptum est saeculo VI:to exeunte aut ineunte VII:mo. eadem aetate facti esse uidentur ceteri uersus elogiorum quorum hoc loco feci mentionem. quos antiquiores esse titulis in quibus exstant iam dictum est in adnotatione critica.

[2]) Graecam uocem produxit Ennius 484 *V* = 967 *M*. "Multa foro ponit et agoeā lònga repletur". quod ad proprietatem latini sermonis non magis pertinet quam quod posteriores poetae latini dixerunt Amaltheā Leucotheā, u. Lachm. ad Lucret. VI 971 p. 405.

Terentius extra caesuram hac productione in latinis uocabulis abstinuit, graecum produxit

Heaut. 406 Salue, ánime mi. — O mi Clíniā, salue. — Út uales? [1]). quamquam fortasse uerius Havetus MSL VI. 2. 14 "— Cliniă, sălŭe —".

In caesura Terentius scripsit

Ad. 612 Mémbra metu débiliā | súnt animus timore [2]).

Ennius A. 148 *V* = 129 *M* Et densis aquilā pinnis obnixa uolabat.

Simile est illud CIL IX 3337 Per freta per mariā trauectus saepe per undas.

Elog. 29 = Gar. Syllog. 1331 Hic est illa sitā pia frugi casta pudica. Itemque Garuc. 1330, u. adn. ad h. l p. 78.

CIL I 1440 De incerto certā ne fiant si sapis caueas.

1441 De uero falsā ne fiant iudice falso.

Sed haec in caesura productio non tam prosodiaca quam metrica habenda est, quod cum alii demonstrarunt tum Bergk Op. I 256[15]). ut CIL IX 2042 'in cineres corpūs et in aethera uita soluta est'. uitiosus est hic hexameter CIL VI 9240. 10 'hunc Placentia habet patriā quem Roma creauit'.

Nullum nec in scenicorum nec in Lucilii fragmentis inueni certum exemplum A litterae nominatiui aut accusatiui productae.

V. quidem Lucilii IX. 4 *M* = 234 *B*, quem non sanum esse perspexerant Ritter El. gr. lat. II 109 et Bouterwek Quaest. Luc. p. 5 sq. et Luc. Mueller ed. p. 43, eum luculente correxit Ribbeckius, cum pro eo quod in libris est "a primum longā breuis syllaba. nos tamen unum" sic scriberet m. rh. XXIX 131 "a*a* geminum longa, *a* breuis syllaba. nos tamen unum". —

Quoniam igitur quaesiuimus quid fuerit quaque aetate in hoc genere priscis Romanis usitatum, nunc redeo ad uersus illos Scipionum.

---

[1]) Falsum est scilicet testimonium librorum Hec. prol. 2 "Nouā nouom interuénit uitium et cálamitas"; quod correxit Bentleius scribens Nǫua *eí* nouom interuénit".

[2]) Nec tamen eo efficitur *-a* nominatiui produci in hoc uersu Ad. 348 "Postrémo quando ego conscià mĭhi sum á me culpam esse hánc procul".

Primum paucis de aetate eorum uersuum.

L. Cornelius Cn. f. Cn. n. Scipio, in cuius honorem scriptum est elog. 5. huius editionis, optimo iure a Viscontio Ritschelio Mommseno habetur filius Cn. Cornelii L. f. L. n. Scipionis Hispalli qui in consulatu mortuus est a. DLXXVIII. quodsi uerum est, filius eius Lucius, qui in elogio dicitur mortuus esse annos XX natus, mortuus est ante a. DIIC. et rursus et uerba et litterae ostendunt hunc titulum esse scriptum aut exeunte saeculo VI:o aut ineunte VII:o. circiter a. u. c. DCXV eum scriptum esse dicit Ritschelius op. IV. 93.

Elogium 4. uel Elogium Scipionum tertium dicatum est memoriae P. Cornelii P. f. Scipionis qui flamen Dialis fuisse dicitur. eum coniecerunt Viscontius et Mommsenus fuisse Africani filium, qui a. u. DLXXIV ab auguribus in locum Sp. Postumii Albini cooptatus est quique fuit pater adoptiuus Africani Minoris. ea adoptatio, quam Liu. XLIV. 44 commemorauit, ante a. DLXXXVI facta est. ergo, si sententia Viscontii et Mommseni uera est, hoc elogium scriptum est saeculo sexto exeunte. septimo scriptum putat Weissbrodtius quaest. grammat. II. p. 4. is grauia dixit argumenta cur sententia illa Mommseni incertissima esse uideretur. sermonis indolem formasque litterarum Mommsenus disseruit eas esse quae cum monumentis saeculi sexti maxime conuenirent. paulo antiquiorem hunc titulum facit Ritschelius Op. IV. 93, nam circiter a. u. c. DLXXX eum scriptum esse dicit. Weissbrodtius autem l. c. p. 5 suo iure negat hunc titulum quidquam habere quod septimo ineunti assignari non possit.

Hoc igitur constat utrumque hoc elogium scriptum esse aut exeunte saeculo sexto aut ineunte septimo. quare nec antiquiora sunt, immo posteriora plerisque carminibus Ennii, qui mortuus est a. DLXXXV, nec antiquiora fere fabulis Terentii, qui mortuus est a. DXCV. atqui, id quod demonstrauimus, nec Ennius — quantum ex reliquiis existimari potest — nec Terentius, quod multo grauius est, umquam A nominatiui

et accusatiui produxit post longam paenultimam; uocis proparoxytonae ita productae extra caesuram unum ap. Ennium, nullum nisi in graeco nomine ap. Terentium exemplum est. in ceteris carminibus illius aetatis pauca sunt exempla eius productionis in uocibus proparoxytonis factae, eorum uix ullum recentius principio saeculi septimi, nullum uero exemplum eius productionis factae in uoce paenultima longa. licet igitur fortasse sic scandere u. 2 elogii P. Scipionis

"Mors perfecit tua ut essent ómniā breuia;"

at non licet in eodem elogio scandere sic:

"honós famā uirtusque |" —

nec sic:

"qua re lubens te ingremiu, Scípió, récipit
Terrā, Publí prognatum Públió Cornéli".

nec in Elogio L. Cornelii Cn. f. Scipionis

"quoiéi uitā defécit | —";

nisi forte quis putat licerè uocalem breuem medii coli saturnii ipso ictu producere, quam sententiam refutasse uideor hac uniuersa editione. ergo relinquitur ut exitum illum elogii P. Scipionis scandamus sic

qua ré lubéns te ingrémiu, Scípio, récipit Térra,
Públi prógnátum Públió Corneli.

§ 7. Et hac quidem disputatione demonstrasse uideor nullum eorum saturniorum uersuum qui sine anacrusi a me scanduntur posse per anacrusin scandi nisi cum aliquo incommodo aut discriptionis aut rei criticae aut prosodiae aut rhythmi. nec fugiet quemquam etiam inter eos uersus qui a me scanduntur per anacrusin aliquos esse qui etiam sine anacrusi scandi possint. unum nomino de Elogio Scipionis Barbati, Elog. 2. 2 "Gnaiuód patrē prognátum. fórtis uír sapiénsque", quem diu dubito utrum scandi oporteat per anacrusin an sine anacrusi in hunc modum: "Gnáiuod pátrĕ prognátum" —.

patrĕ enim breui ultima in priscorum carminum uersibus his inueni:

Ennius Ann. 183 $V = 179$ M nouus repertus homo Graio pătrĕ Graius homo rex. Accius 82 R cum pătrĕ paruos patrium hostifice. Id. 370 R Ví contendam ut hinc cum pătrĕ tela una Sálaminam aueham. Incerti trag. fr. 101 R Ioue pătrĕ prognatus ést ut perhibent Tántalus.

Patrē producta ultima nullo certo litterarum latinarum exemplo comprobatur; dubium enim est initium septenarii Stich. 71 Grátiam a patré si petimus *BCDFZ:* gratiampersipetęmus (l.-petimus) *A.* ergo secundum Ambrosianum codicem tam licet legere cum Kampmanno: 'grátiam a patre sí petemus' — — quam illud quod ceteri codices habent uel cum Redslobio: 'grátiam patrís si petimus'. optime uero coniecit Mueller pros. II 4 'gratiam a patre *hanc* si petimus'; quod cum aliis rebus commendatur tum eo quod patre apud Plautum, nisi positum est in exitu uersus, solet esse in elisione. in elisione Amph. 614; Cas. prol. 36; Men. 1079; 1103; 1112; 1113 (numeri sunt editionis Schoellianae); Pseud. 730; Trin. 771; 785. itemque Ter. Ad. 951. — in exitu uersus Amph. 28; 98; 365; Epid. 642; Bacch. 665; 931. Merc. prol. 64; 68. Poen. prol. 65; Men. 408; 1078; Trin. 741; 775; Truc. 649. itemque Ter. Ad. 650. Naeu. trag. 49 R; Acc. 654 R; Inc. inc. fab. 175 R; Caec. 204 R; Afr. 310 R; 365 R. illud autem nihil pertinet ad ueram antiquitatem quaerere procuderitne necne grammaticus quidam Antoninorum aequalis hoc monstrum senarii Merc. arg. 15 "Orát cum suo patré nato ut cedát suo".

Sed tamen, cum sint alii thematum in consonantes exeuntium ablatiui qui E longa apud priscos latinos terminentur, etiam patrē dici potuit [1]).

---

[1]) Havetus Var. p. 5 (MSL VI 107) Gnaiuod patre in hoc uersu Elogii Scipionis Barbati ob eam causam quod ablatiui et locatiui figura quodammodo confusa essent, una dicta esse dicit; neque enim modo a *patri locat. casu patre dictum esse, sed etiam ablatiuo casu a *patrĭd *patrĭ patre. quod uiro doctissimo ne assentiar, patrĕ esse a *patrĭd, prohibent hae causae. patrĕ non potest esse a *patrĭd quod -d non eliditur nisi post longam uocalem: quōd quō: at quŏd, cf. ĭd quĭd apŭd nequĭd. ante est non ab antĭd- sed ab *antĭ, nam ueteres dicebant et post(e)ea ant(e)ea et postĭdea antĭdea. iam tituli habent hos ablatiuos stirpium quae consonantibus terminantur: dedi-

§ 8. Et haec de singulis uersibus hactenus. quae sentio fuisse longiora. uerum enimuero, quoniam inueteratam et ab auctoribus grauissimis defensam impugno sententiam, pauca generatim quoque dicam.

Theodorus quidem Korsch, uir acutissimus et doctissimus, libri quem de Saturnio scripsit p. 30 ita disserit, Saturnium, cum in priscis carminibus anacrusis uel addita esset uel non addita, postea ita constitutum esse ut priori hemistichio anacrusis accederet, posteriori non item. "hoc et exempla ostendere et Terentianum docere et rationem persuadere. qua enim re uersum duplicem Saturnium a duobus trimetris differre si hemistichia aut inter se similia essent aut in alio uersu aliter discreparent?"

Quae "ratio" uereor ne uana sit. nam etiam paria cola, dum inter se apta sint serie percussionum continua et interuallis distincta, coniungi possunt ita ut unum uersum efficiant. quod ita esse ostendunt plurimi tetrametri trochaici iambici anapaestici cretici bacchiaci. an necesse est in duos uersus diuidere hunc: túos inclama, túi delinquont: | égo quid me uellés uissebam? aut hunc: contúndam facta Tálthubi | contémnamque omnis núntios? quid? quod Sappho hoc metrum ipsum, quod damnarunt Korsch aliique usurpauit. nam memoriae prodidit Hephaestio p. 56 *W* eam ex binis ithyphallicis fecisse hoc metrum:

δεῦρο δῆτε Μοῖσαι — χρύσεον λιποῖσαι

---

tioni, heredi, marmori, nomini, silici, quorum -ī produci ex eo intellegitur quod etiam scribitur per -ei faenisicei, uirtutei, u. Ind. CIL I, ut non dicam, quod olim -ĭ breue uocabula multa latina terminauerat, id solitum esse iis aetatibus quae litterarum monumentis nobis sunt cognita, per E litteram et scribi et appellari. ergo sic statuo ablatiuos tales qualis patrĕ esse et ab locatiuo et ab instrumentali; tales autem qualis partī (partē) esse ab ablatiuo et ab locatiuo et ab instrumentali earum stirpium quae in I desinunt, eamque longam terminationem, analogia ultro citroque uagante, translatam esse interdum in alterum genus.

quod simillimum est huic Saturnii uersus generi

túque mí naráto — ómniā disértim.

Mitto poesin rhythmicam latinam medii aeui, romanicam populorum recentiorum (unde exempla sumpsit Keller l. de Sat. I p. 82) germanicamque, quam Krueger, *Grundriss d. Metrik p. 50,* multique post eum cum uersu Saturnio comparare solent. profecto multi uersus passim per gentes omnibus aetatibus ad hanc formam compositi esse inueniuntur.

Grauius illud est quod, si Saturnii qui habent anacrusin mixti sunt Saturniis qui anacrusi carent, mutatio quaedam rhythmi nasci uidetur. ea autem non tam re fit quam specie, — quoniam exitus hemistichiorum est catalecticus — nec tam mutatio quam uarietas nominanda. quam consentaneum est exsistere in eo genere in quo arses certae sunt, theses quodam modo uagae. accedit quod et principia numeri Saturnii in lyrica poesi orta sunt, et usus eius plerumque fuit in eadem. lyrici autem saepe sibi permiserunt ut uersibus qui anacrusin haberent uersus sine anacrusi intersererent; quod quidem fecerunt etiam ii poetae qui carmina seuerioribus legibus panxerunt. ut in alcaica stropha tribus uersibus anacrusi instructis subiectus est tertius sine anacrusi talis: nec ueteres agitantur orni. praetereo carmina recentiorum horum populorum, in quibus plurima huius rei exempla inuenies. latina uero medii aeui carmina magnam habent huius rei libertatem atque uarietatem. in magno numero pauca proferam. primum igitur, ut perspiciatur id inde ab initio poesis rhythmicae quae dicitur esse proprium, afferam exempla de antiquissimis quae quidem mihi cognita sint poesis rhythmicae monumentis. ut in hoc carmine anapaestico numero "ad rhythmum" uel ad accentus composito CIL VI 6821

Stabílio cognómine uíxit.
"multíplici cúra defèssus
núnc secúrus quiésco".

Vel in iambicis quaternariis "rhythmicis" CIL VIII 868.

Amóre dúctus pélagi
mércibus ínsistébam
Súcidis, aéternóque
siléntió Maurís sum
[tráditus núnc in térris?]

item CIL VIII 4447. qui uersus rudi arte imitantur hemiambos mixtos logaoedicis aetatis Hadrianeae insequentisque.

Hymnus Ambros. ap. Bedam 259. 3 sq. *K.*

Rex aeterne domine
rérum creátor omnium
qui éras ante saecula
sémper cum pátre filius.

Hymnus de S. Trinitate.

Bénedicamus domino
laudétur Sancta Trinitas
de Chrísto Dei filio
Déo dicamus gratias.

Illa autem recentiora.

Lud. de Anticristo.

u. 72. *M* hoc énim sénióres Gálli póssedérunt
u. 73. átque súis pósteris nóbis réliquérunt
u. 227. excéllens ést in ármis uis Théotónicórum.

hoc metrum cum simile sit uersui Saturnio, eo liberius est quod utrumuis hemistichium uel habere potest anacrusin uel ea carere.

Carm. de resurrectione, *du Méril, 'poésies inédites'* p. 283.

Audíte ómnes géntes et dícité prudéntes
— — — — — — — —
Dúcitúr Saluátor ut ímpiís tradátur
— — — — — —

p. 284. Kápite pósuérunt spíneám corónam
— — — — — —

Míxta fél et acétum spóngiá misérunt
harúndinem árripuérunt putándo pórrexérunt
et q. sq.

etiam hoc carmen est simile uersui Saturnio, sed in anacrusi maior etiam uarietas.

Hymnus S:i Galli. *du Méril 'poésies populaires'* I *p. 159 sqq.*

— — — — — — —

Tuccónió ingráto hinc éxcommúnicáto
uádunt ín diréctum exámen út colléctum

— — — — — — —

Diáconús accúrrit lápsans íllum dístulit *(aut* di͡aconus, *cf.* 'Zacones' *Commod. instr. II 27. 1).*
Gállus fórte psálmum in óre ténet álmum

— — — — — — —

Johánnes nóli flére magístrum créde uíuere: *(dic* vivre).
uíuit, ínquam, Gállus, beátiór iam núllus.
et q. sq.

Virgilius Maro grammaticus in arte anon. Bern. p. 85. 7 *Hag.*

Mélla flúunt ríuis
fruménta in uíridi stípula. *(dic* uirdi *[app. Probi 199. 9 K]* stipla *[cf. l. c. 197. 20 sq.,* stuplae *Grut. p.* 138]).
partítur in ómnes uína,
insērite órdea cámpis. *(dic* ordȇa, *it.* orzo *francog.* orge).

Carm. Buran. lusor. LXXIV *Schmell.*

1.

Procúrans ódium || Efféctu próprio ||
Víx detrahéntium || Gáudet inténtio ||
Néxus est córdium || Ípsa detráctio

— — — —

2.

Insúltus tálium || Prodésse séntio ||
Tolléndi táedium || Flúxit occásio

Suspéndunt gáudium || Práuo consílio.
— — — —

Sed mitto poesin medii aeui redeoque ad poesin Italicam antiquam.

Ea inde ab antiquissimis temporibus sine certo discrimine iambos trochaicis miscuit.

Ut in carmine fr. Arualium iambos sequuntur trochaei, trochaeos iambi

Satúr fú fere Máuors lime énsalí sta uérber
sémunís altérnei áduocá pite cónctos
enós, Mamór iuuáte.
triúmpe triúmpe triúmpe triúmpe triúmpe *triúmpe.*

in carmine Saliari:

Quóme tonás Leucésie
prai téd tremónte quót*quot*
ubeí*que* he*m*úneis déi*ue*is *et q. sq.*

Sent. 57. Corcíllumst quód hominés facít
cétera quísquilia ómniá

Cantio rustica (prec. 13) Vétus nouom uinúm bibo
ueterí nõuo mórbo médeor.

Cantio rustica (Sent. 62)
Hibérno púluere lúto uernó
grándia fárra camílle metés.

similiter trochaicis iambicos uersus mixtos habent Comprec. 14 et 16 et 17 et 6 et 8 et 9.

In poesi graecorum priscorum prisca et populari pariter permissum erat uel iambicos uersus trochaicis miscere uel dactylicos cum anapaesticis, cuius rei exempla protuli p. XLVI sqq.

Artificiosa autem poesis a poesi prisca et populari in hac re id differt quod hanc rhythmi mutationem certo ordine discribit plerumque.

Ac sicubi iambi et trochaei uel anapaesti et dactyli in carminibus artis seuerioris quasi mixti esse uidentur, tamen in ea ipsa re consilium arsque cernitur poetae id agentis ut compositione eorum quae essent cognata iucunda efficeretur uarietas.

Ut Cratinus 113, 114 *K*

Τἄλλα πάντ' ὀρνίθια ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
ὄρνιθα φοινικόπτερον – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Strattis 661—3 *Kock* I. 730

Πρασσοπωρίδες αἱ καταφύλλους – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
ἀνὰ κήπους πεντήκοντα ποδῶν – ⏑ – – ⏑ – – ⏑ –
ἴχνεσι βαίνετ' ἐφαπτόμεναι ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –

Eius generis locos exemplarium graecorum imitatus esse uidetur Plautus, qui interdum — quod raro fit — iambos trochaeis anapaestosque dactylis miscuit.

uelut Men. 129—134 *V* = 127—132 *S* tales continuauit uersus

Eúax iurgio hércle — *septen. troch.*
Ubi súnt amátores — *octon. iamb.*
Conférre omnes — „ „
Hánc modo úxori — *septen. troch.*
Sic hóc decét — *octon. iamb.*
Hoc fácinus pulcrumst — „ „

ecce ordo arte quaesitus: singulos septenarios trochaicos bini excipiunt octonarii iambici, idque bis fit.

Stichi u. 15 sqq. sic traditi sunt libris *A* et *B*

Fácit iniúrias ímmeritó
Nósque ab ĕīs abdúcere uólt
Haec rés uitae me sóror saturant
Haec míhi diuidiae et sénio sunt.

Eadem rhythmi uarietate est Rud. 198 *Sch.*, quem Schoellius habet pro septenario anapaestico, sed melior erit numerus sic

198 a Sed eríle scelus me sóllicitat
198 b éius med ímpietás male habét

talis qualis u. 198 b est ex discriptione codicis *B* u. 199 b:

em háec eius súnt bonŭm rélliquiáe.

cf. locum Strattidis, quem exscripsi supra p. XCIV.

Iambicus quaternarius sequiter trochaicum Capt. 506, 507

Sýngraphúm datŭr mi ílicó
dedĭ Týndarum, ille abiít domum

sic suo iure Brixius; Rogo syngraphum *libri,* qua discriptione senarius praecedens caret suo exitu; *ilico* || Rogo S. *Schoellius.*

cf. locum Cratini quem exscripsi supra p. XCIV.

Etiam prius colon uersus Reiziani Plautus, si libris credimus, duobus locis fecit procatalectum.

Most. 892 sq. *codex B* Tace sís faber qui cúdere soles plúmbeos nummos.
893 Nón potes tu cógere me ut tíbi maledicam;
nouīt erus me. — Suám quidem pol cúlcitellam oportet.

Cas. III. 6. 22 sqq. (= 706 *Uss.*) Leo m. rh. XL 187 probabiliter sic discripsit

núgas aiunt nóui ego illás malas merces
quin tu í modo mecúm domum at pól malum metuo
i tú modo perspicitó prius quid íntus agatur

'*nam* nugas' *Leo,* quod fortasse non opus est.

Stichum fabulam Plautus ex codice Ambrosiano exorsus est a sex tripodiis logaoedicis iambico-anapaesticis, quarum prima et postrema est procatalecta.

Crédo egō miseram
fuísse Pénelopám
Sorór suó ex animó
quae tám diú uiduá
uiró suó caruít
nám nos éius animúm

sequuntur uersus Reiziani. discripsi ego ut Leo l. c. p. 200, nisi Leo extremum uersum uult esse penthemimerem iambicam.

Ergo ne docti quidem poetae nec graeci nec romani, dum illos imitantur, eam uarietatem spreuerunt, sed angustis circumscripserunt terminis et in ipsa ea uarietate concinnitatem quandam secuti sunt.

Et ipsi prisci Romani qui uernaculis metris usi sunt ut in hac re maiorem fortasse sumpserunt licentiam ita non sine aliqua arte et consilio eam adhibuerunt. neque enim temere, sed consilio uel potius instituto quodam factum est ut pleraque maiora elogia eorum qui Saturniis composita sunt extremum uersum tamquam clausulam haberent trochaicam uel sine anacrusi. sic elogia Scipionum tria composita sunt, sic elogium maius paelignum (elog. 2, 4—6). simile est quod postrema pars epigrammatis Naeuiani incipit a trochaeo (ítaque póstquamst Órci —). et colon trochaicum iambicam periodum claudit Comprec. 6 I 5; 6 II 3; 8. 3; 11. 3; Elog. 15 4; 18. 3; 24. 2; 29. 2; 30. 2; 31. 2.

Nec uero illud sine aliquo consilio factum est ut et epici poetae medii aeui ii qui uersibus bimembribus Saturniique similibus usi sunt, cuius rei exempla dedi p. XCI sq., nam ludus de Antichristo et carmen de resurrectione et de S. Gallo tam epici generis quam lyrici habendi sunt, et romani prisci epici Saturnii Liuius et Naeuius iambicis uersus trochaicos intersererent. quippe cauebant ne unius modi numerus lectores afficeret fastidio. — "at enim hexametri dactylici epicorum omnes carent anacrusi". at hexametri non modo molliores sunt et magis constricti partibus sed etiam uarietate distincti; Saturnii structura rigidi, paribusque membris concisi. Terentianus quidem Maurus 2514 sqq., p. 400 *K*, Saturnios scripsit aliquot. ii scilicet omnes instructi sunt anacrusi. quippe; Terentiano non cogniti erant Saturnii praeter duo triaue exempla illa ad taedium iterata, quorum nullum anacrusi caret. quare hoc, quod alii, credo, Terentiano summae dant laudi, id ego ei uitio

non uertam quod ignorantia peccauit: fecit ut potuit. sed eius uersus hi sunt:

"ut si uocet Camenas quis nouem sorores
et Naeuio poetae sic ferunt Metellos
cum saepe laederentur esse comminatos
'dabunt malum Metelli Naeuio poetae'
dabunt malum Metelli clauda pars dimetri
nam nil obest trochaeo longa quod suprema est.

multo hi uersus tersiores sunt — quamquam unus uitiosus, cuius utrique hemistichio deest caesura "korschiana" — sed sunt tersiores horridulis atque incomptis illis elogiorum, quorum scriptores Lucianus Mueller grauissimis uerbis increpuit. atqui fac Liuium Naeuiumque aliis non usos esse; finge poema tanti ambitus, quanti fuit Odyssia Andronici aut Naeuii bellum poenicum, non suppressis thesibus, non uarietate trochaeorum iamborumque distinctum: intelleges tale poema epicum lectores defatigaturum fuisse similitudinis satietate summa. et rursus confer hunc locum Naeuii (fr. 10.)

ínerant sígna expréssa quó modǫ Titáni
bicórporés Gigántes mágni átque Atlántes
Rúncus ác Porpúreus fílií Térras.

uides uates illos Faunios non modo suppressis thesibus uerum etiam principiis uersuum distinctam secutos esse uarietatem.

Reprehendit CO Muellerum A Spengel quod iambicum numerum in uersu Saturnio non seruauerit aequabiliter [1]). quod fortasse non est admodum dignum reprehensione; sed, qualecunque est, certe eo nomine non CO Mueller sed Romani ipsi reprehendendi, qui tales facere Saturnios ausi sunt neque curarunt utrum bene an male grammatici post duo milia annorum de ea re essent existimaturi. non equidem assequor quid

[1]) A. Spengel Philol. XXIII p. 83. "die (Saturnier) verloren jetzt ihren herkömmlichen iambischen anfang, sie konnten ebenso gut trochäisch sein".

sit cur putemus priscos Romanos cum simplices illos patriosque tractarent numeros ea tam rigida usos esse seueritate qua posteri eorum metra graecanica imitati sunt artificiose. iam uero cum studiis aliorum tum Useneri exploratum est antiquissimam poesin Graecorum fuisse rhythmi uarietate aliqua, quod theses uariis modis poterant supprimi. quid? cum hac nonne magis consentaneum est comparari numerum Saturnium quam cum metris graecanicis artis seuerioris? hoc profecto maxime interest ad omnem de numero Saturnio quaestionem, utrum immemores praecepti illius quo iubemur metiri suo quidque modulo ac pede, numerum Saturnium norma dirigamus aliena. an teneamus, suis legibus rhythmicis quibusdam paruisse apud Graecos et Romanos poesin popularem et antiquissimam. quamobrem, quamquam prosodia numeri Saturnii, posita in communibus legibus prisci sermonis latini, generatim fere eadem est in numero Saturnio atque in carminibus iis quae metris facta sunt graecanicis, quatenus aetate sunt coniuncta, tamen metrum ipsum, quoniam sui generis est, ad leges metrorum posteriorum et graecanicorum reuocari non potest.

CAPVT VII.

Excursus II.

De correptis iambicis uocibus et complexionibus syllabarum.

§ 1. Corripi posse etiam in Saturniis iambicas uel uoces uel complexiones syllabarum Havetus de Saturnio u. p. 26 sqq. disseruit. quod idem factum esse in ceteris reliquiis poesis antiquae et domesticae Romanorum haec editio ostendit. sed maius quam pro ui spatium Havetus ei rei dedit. quaerendum est igitur quibus finibus circumscripta sit. ea autem quaestio cum aliquo fructu ita poterit fieri, si ea quae in aliis carminibus Latinorum sunt eiusdem generis ad comparationem adhibita erunt. ita duas res consequemur. nam perspiciemus nec eos poetas qui fabulas scripserunt nec eos homines qui metris graecanicis latinos titulos id instituisse eam ob rem ut uersus facerent, quasi eam licentiam ad suam commoditatem referrent. sed tenuerunt, quod hoc excursu demonstrabo, morem antiquum solemnemque poetis latinis, immo italicis, nam etiam in monumentis paelignis idem exstat. iam, etsi ex ipsis iis uersibus quos edidi satis apparet, Latinos in carminibus domesticis et antiquis hoc usurpasse, quia exempla plura sunt quam ut de re uniuersa debeat dubitari, tamen iis exemplis maior scilicet uis accedet si comprobatum erit esse eadem uel simillima in uersibus priscorum Romanorum graecanicis. et quidem id ita fieri eo magis opus est quod in reliquiis his poesis domesticae tam paucis atque exiguis non plus fere quam sin-

gula exempla uniuscuiusque iambicae uel uocis uel complexionis ita usurpatae continentur. quare, quoniam hac disputatione nobis est propositum non modo ut ea quae repperimus exempla exemplis aliis confirmentur, sed etiam ut uideamus quatenus ea prisca asperitas artis horridioris processerit terminisque suis eam definiamus, eam ob rem omnia singillatim perquirenda.

Ergo quae exempla similia cuique exemplo eorum quae in his quos edidi uersibus inueniuntur inueni notauique cum poesin priscam Latinorum eam ob rem perlustrarem, ea suo quaeque loco adiciam.

Ac primum proferam uoces iambicas et eas complexiones syllabarum iambicas quae uel totae uel posterior pars eorum prima parte uocis polysyllabae constant; deinde eos iambos correptos qui constant exitu uocis polysyllabae. uoces autem primum positione, deinde natura iambicas.

Etiam de synizesi, quatenus cum ea re coniuncta est, agendum.

Quoniam igitur ut id quod uelim efficiam, ea potissimum proferenda sunt exempla quae grammatici huius aetatis grauissimi probauerint, meas coniecturas raro recipiam *commemoraboque fere nulla praeter ea quae ab editoribus quibus utor ita leguntur.* adhibeo autem has editiones. in Plauto Loewii et Goetzii Asinariam Amphitruonem Poenulum, Goetzii Aululariam Bacchides Curculionem Epidicum Mercatorem Stichum Pseudolum, Friderici Schoellii Captiuos Menaechmos Rudentem Trinummum Truculentum, Militem et Ritschelii et Brixii, Mostellariam et Ritschelii et Lorentii, Persam et Ritschelii et Ussingii, Ussingii Casinam et Cistellariam, Vidulariae reliquias a Studemundo editas. in Terentio usus sum editionibus Dziatzkonis et Umpfenbachii, in fragmentis Scenicorum editione Ribbeckii, collatis nimirum libris auctorum a quibus sunt usurpata aut conquisita. in fabulis Plautinis plerisque contuli editionem Ussingii, in Amphitruone Aulularia Asinaria Bacchidibus etiam Leonis, in Truculento Spengelii. quamquam in omnibus

satis apparet a meo me, non ab alieno iudicio pendere. CFG Muellerum, ubicunque nominari poterit, in hac quaestione nominabo, non quod a prosodia eius multa petiuerim exempla — eorum longe plurima in legendis fabulis adnotaui — sed tribuendum esse hoc tantis meritis uiri censeo. quippe, quod inuenerat Fleckeisenus, eius rationem Muellerus explicauit, uim definiuit, leges constituit. nam Corsseni disputatio longa non maximi est momenti. quae uero tanta exstant frequentia ut a quouis facile inueniantur in fabulis, ea non enumerabo, satis erit suum cuique locum Muelleri adscripsisse. et *M* littera nuda significat Muelleri *'Plautinische Prosodie'; MII* significat *'Nachträge zur Plautinischen Prosodie'*. si qua autem scansio cum Muellero dubia fuisset aut improbabilis post grammaticis probata est, eam noto interrogationis addito signo (M?). primum igitur adscribam ea mihi notata exempla quae etiam in libris Muelleri inueniuntur, quae quidem hodieque uiris summae auctoritatis probentur. iis uno quoque loco addam ea quibus libri Muelleri carent.

§ 2. Primum est igitur ut enumeremus eos nostrae editionis uersus **in quibus positio neglecta est.**

Sent. 5 Sabíni quód uolŭnt sómniánt.
Comp. 11. 3 néc capŭt nec pedĕs habeant [1])
„ 16. 3 nec húic morbó capŭt créscat
Liu. 16 (⏑)⏓ apŭd númpam Atlántis fíliám Calŭpsónem
Elog. 19. 4 ut mé ăd te récipiás ualé.
„ 21 Sempér qui fúĭt dulcis sueís
Sent. 21 Qui asinúm non pótĕst stratúm caedít. (an pote?)

[1]) In hoc uersu 'nec capŭt nec pedĕs habeant' correptio ea iteratur. similiter Plautus Pseud. 940 "facĭt quí monĕt quód memŏr méminit". quod in multis uersibus fit.

Sors 8 c 1 Non pótĕst prius mórtem adfícier . . .
Elog. 26. 2 heic sítăst annórum séptem.
Naeu. *19 Simítu atrócià *ea* próicerént éxta || mĭnĭstrátorés . . .
Sent. 65 Matúre fi senéx si diú uelís senĕx ésse
„ 67 Quí semél scúrra númquam pátĕr famílias
Liu. 40 at célĕr uoláns hásta péctorā perrúmpit
Sent. 70. 1 suae quísque fábĕr fortúnae
Elog. 6. 7 léxe lífăr, didá uus — — —
Comp. 9. 2 Mars pátĕr, te précŏr quaesóque
Ded. 6. 1 *Semŏl* te órat tú es *sanctús* deús
Naeu. *30 simŭl cónuĕnīt ut régnum ác locós habérent
Comp. 9. 24 Duísque duónăm salútem
Naeu. *46 atquéi priús páriet lúcam bóuĕm lucústa
Ded. 3. 2 ĭnŏm (EINOM) duéno inĕ(m) méd manó statód.
Comp. 9. 6 ágrŭm terrám fundúmque
Liu. 21. *2 me cárpentó ueheméntem *éndo* dómŭm uenísse.
Comp. 6 I 1 Si ego ĭniúste*d* ímpié*d*que

uolŭnt. Plautus Pseud. 906 = 909 *U* (M). Cist. I. 1. 31. = 27 *U* Cum ínuidia summá suarum ópŭm nos *uolŭnt* esse indigentes (M?). Cist. IV. 2. 37 = 536 *U* qui uolŭnt té (M?) *iamb. septen.* — Addi potest Most. 872 = 855 *U Spengelius 'Reformvorschl'*. 384; et *'uelint* cónsequi' Accius didasc. 12 *B* = p. 308 *Luc. Muell.*. in sotadeo dixit. — *uolŭntate* M. 260 sq. — *colŭnt* Cist. I. 1. 26 = 25 *U* (M); Stich. 35 (M). — *ruŏnt* Most. 117 = 114 *U* (M). — Addo *queŭnt* Trin. 288 *libri*.

capŭt sequente consonanti. Plautus Curc. 360 (M); Aul. 425 et 426, bis (M); Bacch. 1192 (M); Merc. 153 (M). Pers. *801 *R* = 798 *U* Dá illi cantharum éxstingue ignem sí cor urit *cápŭt* ne ardescat; urit *Spengelius Ref. p. 160 adnot.*: uritur *libri* (M?). Titin. 30 sq. *R* (M).

apŭd sequente consonanti. M. 89 sq.; frequentissimum. tamen etiam dicebant Romani in uersu *apúd* meas Elog. 7. 2; *apúd* uos Elog. 2. 4; 3. 4. sic Plautus Most. 1129 = 1110 *U*

— — hic *apŭd* nos hódie cénes: sic face. cuius rei exempla congesta habet M. II. 9. sq.; quibus refellitur quod dicit Ritschelius Nou. exc. I. 41. similiter dixit Liu. Andr. 24 — — cúmque e͡o.

ăd sequente consonanti frequentissimum M. 283 sq.

fŭit sequente consonanti saepe. exemplis a M. p. 113 adscriptis conplura nimirum possunt addi, ut Ennius trag. 391 *R;* Terent. Heaut. 184; Eun. 246; Phorm. 699; Hec. 356.

potĕst M. 131 sq. quamquam fortasse multis locis quod Plautus scripserat p o t e, pro eo in libris scriptum est p o t e s t. consonanti quidem sequente hunc pyrrhichium melius scribi p o t e ego quoque suspicor. quod utut est, hanc mensuram *potĕst* tuentur *adĕst, inĕst, quid ĕst, homŏst* et quae multa sunt eius generis.

sităst. ităst Plautus et Terentius M 305.

Iis quae M. 303—308 congessit exemplis addo haec. Plautus Poen. 915 *dătăst;* Stich. 748 *mĕrăst* (mera est *libri).* CIL XI 2451 'Hic s i t ă s t septemuicénnis Senti*i* Aulacis'. sitast, Sent*ii scripsi:* SITA EST, SENTI *lapis.* CIL I 1297. 1 = IX 44 Prótogenes Clou*li* suauei(s) heic, ei, s i t ŭ s t mimus. CIL II 3504 *sitŭst.*

minĭstratores. Plautus Curc. *369 ⟨míhi⟩ minĭstrabit *Pylades* (M). Pseud. *772 mínĭsteriis *Acidalius* (M): miseriis *libri.* Stich. *689 minĭstremus *Ritschelius* (M). Ep. 418 ádminĭstraret (M). at 'minístres' Amph. 983, sed in uersu suspecto. magĭstratus M. 242 sq.

Calŭpsonem. Plautus Men. 320 ŏpsono (M); Bacch. 97 ŏpsonabo (M). ăb s... M. 281.

Addo haec. Incerti trag. 102 *R* Ex Tántalo ortus P é l ŏ p s, ex Pelope autém satus. Plautus Aul. *707 Et índe spectabam áurum ubi ă b s t r u d e b á t senex. et inde sp. *scripsi:* indeque exsp. *libri,* indeque sp. *Lambinus;* ubi aurum *Pylades.* Mil. 1331 quóm ă b s te abit *septenar.* Terentius Phorm. 372 Pergín ero ă b s e n t i mále loqui inpurissume?

senĕx saepe. M. 141 sqq. item *culĕx* Cas. 221 *U* = II 3. 22 (M?). *Alĕxander* M. 232. *Philŏxéne* Bacch. 1106 *septen. anap.* (M). ego *ĕxcludor* Ter. Eun. 159 (M). ut *ĕx,* sed *ex* et q. s. eius gen. M. 311 sqq.

patĕr sequente consonanti ualde frequentatum M. 128 sqq. — addo haec. Pacuuius *183 *R* cuius pátĕr ueretur máxume. pater *Ribbeckius:* a te *libri Non. 496. 44,* te *Vossius.* Plaut. Poen. 1261 Patĕr sálue: ⟨tuae⟩ ambae filiae sumus: amplectamur ambae. ⟨tuae⟩ *addiderunt Loewius et Goetzius.*

celĕr, fabĕr, lifăr sequente consonanti. cf. *gubĕrnabunt, gubĕrnator* M. 241. *pnĕr* M. 133 sq. *datŏr* bona Att. 291 *R* (M): danitur *Luc. Mueller de Q. Ennio p. 238 et ad Non. 158. 8. quod* ărgentum et q. s. eius gen. M. 291. *quid ĕrgo* et q. s. e. g. M. 297. *quidem hĕrcle* et q. s. e. g. M. 317 sqq. *meo ărbitratu* M. 290. *misĕr* quod Ter. Eun. 237 (M).

Addo haec. Pacuu. 62 *R* ∪ ⊥ is uestrorum útĕr sit cui signúm datumst Cette. utér sit *Ribbeckius.* Pacuu. *237 *R* Qua súpĕr re interfectum ésse dixisti Hippoten. H. dix. *Fa Festi* 305 *M.* supér re*d* i. *tu* esse *Ribbeckius.* Plautus Pseud. *948 Ibidem úna aderit muliér lepida, tibi sáuia supĕr sauia quae det *Goetzius:* sauia super uiaque det *BCD* . . . quae det *A,* supér sáuia tibi quae sauia det *Ritschelius.* Accius ap. Non. 238. 19 = *279 *R* Si umquám perpetiar. gnáto puĕr ne attén-deris Petere á me id quod nefás sit concedí tibi. 'Si umquam perpetiar' *scripsi:* si unq. perpediar *libri* (praepediar *A, Mp),* 'numquam perpellar' *Luc. Muellerus,* aliter interpungens, 'linguam praepediar quare puer' *Ribbeckius.* is locus suppleri potest in hunc modum: — — *'at pŏl magnó malo ‖ Di mé mactassint, éam esse inultam iniúriam* Si umquám perpetiar' et q. sq. sed de sententia coniectura est incerta. CIL I. 1453 Quod fugis quod iactas? tibei quod datŭr spernere noli. Ter. Hec. *769 Sed quóm tu satura atque ébria eris. ut púĕr sátur sit fácito. 'es' *pro* 'eris' *Bentleius.* ut puer *Fleckeisenus in ed. et Dziatzko:* puer ut *libri.* Plautus Asin. 369 Dúm ărgentum — —, *septenar.* Terentius Heaut. 993 Solĕnt ésse id non fit. — Vérum dicis: quíd ĕrgo nunc faciam, Syre? *sic libri et Dziatzko:* ego *Umpfenbachius aliique.* Heaut. 523 Et quídem hĕrcle forma lúculenta — Sic, satis.

semĕl, simŭl sequente consonanti ap. scenicos uulgatum M. 143. *semĕl* seq. cons. M. 140. — Addo Vidul. fr. XIX p. 62 *Studemund* . . . nam audiui féminam Égo leonem séměl parire . . . cf. Capt. 551 procŭl recedas *septen.* et Asin. 241 *simŭllumae.*

bonăm, sequente consonanti. Pers. 734 Bonăm uítam (M). *malăm* rem, *malăm* crucem M. p. 123. minăm fer Truc. 900 (M).

Addo haec. Plautus Most. 228 Egō si bónăm famám. mihí seruásso sát ero díues. sic scando: bonám famám mihí *uulgo,* qui numerus est rigidior et submolestus. Epid. 328 a, b Núm quam inrídére nós || Íllum inúltum sínăm seruom hóminem. sic scando, ut sit paroemiacus: Íllum inultúm sinam séruom hominem *Goetzius,* cuius dimensionem suspectam facit extremus pes pro cretico choriambus. Ennius ap. Cic. Tusc. II § 38 = 315 *R* Petó priusquam appetó malăm pestem mándatam hostilí manu. quod Muellerus cum pros. p. 124 sprevisset. recepit in editionem disp. Tusculanarum. Plautus Poen. 496 malăm crucem. Pers. 52 Usque éro domi dum excóxero lenóni malăm *rem mágnam.* supplementum addidit Ritschelius: malam *B:* malum *cett.*

bouĕm sequente consonanti. Plautus Asin. 713 Atque út deo mi hic ínmolas bouĕm nám ego tibi Salús sum. bouém *Goetzius.* — Rud. 23 Iouĕm sé placare pósse donis hostiis. Amph. 90 Iouĕm próferatur núnc facere histrióniam *Muellerus:* Nunc próferatur Ióuĕm f. h. *libri;* eum facere *Leo.* cf. Pátrĕm sodális — Plautus Bacch. 404 (M). senĕm uostrum Terent. Heaut. 706 (M), senĕm mulierem Eun. 357 (M). Idĕm mihi Cistell. 118. *U* = I 2. 1 (M) itĕm se Bacch. 952 (M) quidĕm quiui Bacch. 982 (M) quidĕm res Ter Andr. 459 (M); forĕm sérua Rud. 218. Terentius Eun. 944 'Pró deum fidĕm fácinus foedum!'; quamquam *fidem* est ultima natura longa.

Addo haec. Plautus Pseud. 410 senĕm Simonem. Mostell. 869 = 852 U uotĕm uérberari.

enĭm sequente consonanti saepissime M. 104 sq.

Addo haec tragicorum. enĭm uero Pacuu. 364; Acc. 667; enĭm quidem Pacuu. 377; enĭm iuuenes Inc. trag. 210 *R. manŭm* seq. cons. Plautus Pseud. 860 (M); Bacch. 87 (M). Addo haec. Truc. *762 manŭm quadrupuli *Schoellius.* Aul. *135 Da mánŭm mi femina óptuma *Goetzius Langenus:* da mihi opt. f. manum *libri.*

domŭm sequente consonanti. Plautus Aul. 150 *Goetzius, Langenus, Leo* (M?) *senar. iamb.* Mil. 652 = 651 *Ritschelius, Brixius, Ussingius* (M?) *septen. troch.* Mil. 859 = 857 *Ritsch., Brix., Uss.* (M?) *senar. iamb.* Amph. 583 clausula periodi tro-

chaicae est hic dimeter: 'Sáluos dómŭm si rédieró' *Loewius Goetzius, Leo, Muellerus.*

ĭn breue cum consona proximae uocis frequens fuit. ut Stich. 577 Átque eccum tibi lúpum ĭn sermone práesens esuriéns adest *libri Muellerus Goetzius* et quae eius generis attulit CFG Muellerus pros. I 344—348; II 46 sqq.

agrŭm sequente consonanti. Plautus Trin. *652 Átque istum ego ăgrŭm tibi relinqui ob eám rem denixe éxpeto (istum-ego *A:* ego istum *ceteri;* denixe *Bergkius, Ritschelius ed. Trin.* [2], *Schoellius ed. Trin.* [3], *Muellerus pros. II p. 118:* enixe *libri, Ussingius n. 654).* cf. Trin. 848 triŭm numerum. at Aul. 325 legendum est, ut Luchsius Stud. I 58, "solet íre coctum. tún' triumlittrárum homo", non "triŭm litterarum h." ut Muellerus pros. p. 148. — [Cas. IV 4. 4, 770 *U* 'Tua uóx superet tuomque ímperium. uir té uestiat; tu uirŭm spolies'; spolies *Spengelius:* despolies *libri].* erŭm dum aliaque eiusmodi M 108 sq.

Addo haec. Attius *10 *R* clássis trahere in sálŭm *me* et uela uéntorum animae immíttere; *'me' addidit Hermannus et Ribbeckius; Grotius transposuit sic:* — — trahere ín salum Classís — — — —. — Aul. 439 *uers. Reiz.* Id úbi tibi erat negótium | ad fócŭm si adesses, *sic iure Spengelius scandit de cant. p. 298:* — negótium ád | focúm — *Goetzius et Langenus.* — Capt. 917 Cocŭm pércontabatúr, possentne sériae feruéscere. [Men. 461 = 451 *V libri* Quói tam credo dátŭm uoluisse, quám me uideo uíuere. quem locum nec Vahlenus adn. ei subiecta mihi persuasit sententia probum esse et suspectus est tertius pes proceleusmaticus pro trochaeo, etsi Vahlenus hoc quoque exemplis defendit Herm. XVII 613].

§ 3. Sunt quae cum primo ultimam produxissent, post partim ancipitia facta sunt, partim breuia exitu.

Itaque fuisē Elog. 1. 2 et 3. 2 et duenēque Comprec. 8. 6 et paelign. fortē(*s*) Elog. 26. 3 in nullis carminibus praeter haec ultimam produxisse inueniuntur. ancipitia fuerunt priscis — quamquam quaedam eorum in antiquioribus carminibus constanter producuntur — citō Sent. 28: citŏ Sent. 34; — censōr Elog. 3. 4, praetōr Naeu. 25: amŏr Sent. 34; — auspicāt Naeu. 25, macerāt Liu. 23. 1, uo-

uerāt Ded. 7. 6; ferăt Sent. 49; posidēt Elog. 5. 2, condecēt Elog. 31. 2, censēt Naeu. 27; uĕnīt Naeu. 37; uenerĭt Sent. 61. 2. ea 3 p. sg. pf. coni. terminatio inde a prima litterarum latinarum aetate, si a paucis locis discesseris, corripitur. prosĭt Comprec. 15. 2, quae cautio non antiquissima est. fuīt Elog. 2. 4, fuēt Elog. 3. 4 *saec. VI:* dedĕt Elog. 3. 6 *saec. VI,* fuĭt Elog. 22. 1 *saec. VIII;* 32 II. 1 *saec. VIII in.* — suouetaurilibūs Compr. 9. 35, capitibūs Naeu. 3. 2: imperatoribŭs Ded. 4, Tempestatebŭs Elog. 3. 6. ea ablatiui datiuique figura in uersibus graecanicis metris scriptis inde a prima litterarum latinarum aetate praeterquam paucis iisque incertis locis corripitur. tamen, ut non dicam incertiora [1]), Men. 842 "Út ego illic oculós exuram lámpadibus ardentibus" (lampadis a. *Fleckeisenus)* et Rud. 975 "Máre quidem commúne certost ómnibus. — adsentio" ut ipsa minus ualent, ita talibus locis qualis est Mostell. 1118 "— auribús oculís labris", cuius generis septem enumerat Luchsius Stud. I p. 17, quodam modo confirmantur. nam, etsi suo iure Luchsius, ut fecit CFG Mueller pros. p. 53., negat opus esse natura longam syllabam ultimam in iis haberi, tamen eo ueri similius est Plauto fuisse eam terminationem nec longam nec breuem, sed mediam, quod apud Plautum inueniuntur huius generis exempla aliquot, apud Terentium, ut obseruauit Buechelerus de declin. p. 122, nulla. cf. etiam adn. crit. ad. Naeu. 3. 2.

Sed redeo ad reliquas ultimas ambiguas. tenĕ Sent. Catonian. u. adn. ad Sent. 53 p. 8, quod a scenicis saepius corripitur. — ibĭdemque Liu. 11., sic Plautus saepius; ac dubito an numquam eam paenultimam produxerit. — formidinē mortēque [2]) Comprec. 8. 11, ordinē Naeu. 2. 2., *Iouē 16.

[1]) Ut Titinii locum com. 45 *R* "párasitos amóui lenonem aedibus abstérrui" Lucian. Mueller Non. 95. 1 suo iure ita scandit, quod ad cetera uerba attinet spretis Lachmanni aliorumque commentis, idem id uere negat posse credi -būs usquam longam fuisse Titinii témpore. et de Naeuii uersu ap. Varr. L. L. VII § 54 "Diabathra in pedibús habebat, érat amictus épicroco" dubito an uerba illa in pedibus ab interpolatore profecta sint.

[2]) Dicendum esse eo loco *mortēque,* non *mortĕque,* ex eo ipso intellegitur, quod *mortĕque* a consuetudine et priscorum et

2., patrē (?) Elog. 2. 2.: orĕ Liu. 3 [1]). — largitiŏ Sent. 10. etsi O nominatiui solemni more poetarum non ante posteriorem partem saeculi VII. corripi solita est, tamen, quia Plautus eam terminationem in anapaestis non uno loco corripuit, sermone quotidiano inde a posteriore parte saec. VI uidetur interdum ita correpta esse ut media esset inter longam et breuem.

tibī Elog. 20. 1, mihei Elog. 32 II 1: mihĭ Comprec. 8. 7, mihĕ Elog. 15. 1. ex carmine igitur lustrationis apparet ut recentiores ita antiquissimos poetas eas uoces ambiguas habuisse.

Etiam *uti* particulam mature corripi potuisse ex eo intellegitur quod ab utĭ, non ab utī, est breuior uox ut, nisi cum Bréalio existimandum est ut non recentius esse illo uti. quod quomodocumque se habet, in antiquissimis carminibus dictum est uti ultima ancipiti. utī Comprec. 8. 6, sicutī Comprec. 9. 30: utĭ Comprec. 9. 9, 17; Ded. 1. in principio coli utei iambus dedic. 4. 8. ceterum in carminibus priscis utī ultimam producere notum est. sed (sic)utĭ inuenitur his locis in primo pede

Ennius ap. Gell. III 14. 5 Sicutĭ si quis ferat uos uini dimidiatum

Id. ap. Cic. de sen. 14 Sicutĭ fortis equos spatio qui saepe supremo.

sicuti *libri plures*, sicut *unus;* hic ut *Baehrensius sine ulla necessitate.*

Lucilius ap. Non. 154. 23 Sicutĭ cum primos ficos propola recentis

Id. ap. Non. 173. 19 Sicutĭ te quem aequae speciem uitae esse putamus

Id. ap. Fest. 206 *M* Sicutĭ mechanici cum alto exsiluere petauro

---

'classicorum' alienum est. quod de classicis demonstrauit Harant *'revue de philologie' IV 1* p. 25—9; de priscis Elmer *'american journal of philology' 1887* p. 300 sqq. cf. etiam H. I. Mueller philol. XLVII 483.

[1]) Sed, quod moneo ideo ne quis quid dicam dubitet, -ē et -ĕ ablatiui non alterum ab altero natum, sed positione figuraque discreta esse existimo. cf. p. LXXXVIII adn.

quibus locis iniuria ab Lachmanno et Vahleno et Luc. Muellero expulsam uocem sicuti Baehrensius suo iure reuocauit.
Lucr. II 536 Sicuti quadripedum cum primis esse uidemus.
sicut *Bentleius Lachmannus Munro;* item Lucr. V 357 sicuti inane *libri:* sicut inane *Lachm. Munro.*
Lucr. III 816 Sicuti summarum summa est aeterna, neque extra
sicut *Lachm. Munro* coll. V 361.
Cicero Arat. 131 *Baehr.* = 375 *Muell.*
Sicutĭ cum coeptant tutos contingere portus.
sicuti *libri (DH):* sicut *uulgo.* etiam in prosa oratione Cicero non raro sicuti scribit.

Scenici usque ad aetatem Sullanam tum ut tum uti dixerunt, sed ut multo saepius, uti post Plautum raro [1]). nec in fabulis Terentii nec in fragmentis Scenicorum usquam est uti nisi ut iambum efficere aut possit aut debeat. et in fabulis Plauti, quod non satis certa est fides librorum, eo utuntur instituto editores ne scribant uti nisi iambum efficere aut possit aut debeat. uerum tamen, quod prisci ipsi ultimam saepe corripiebant in illis ubi mihi tibi sibi, non dubium est quin dicere potuerint interdum similiter utĭ ultima breui. quare non est consentaneum *ut* scribere, sicubi uti a libris traditum ultimam corripit. quod fit his locis.

---

[1]) Non igitur casu factum est ut uersus titulorum liberae reipublicae nusquam uti haberent, sed semper ut praeter CIL XL 3078 uel Ded. 4. 8 utei. qui titulus est saec. VI. illorum autem uersuum titulorum in quibus uti non iuuenitur antiquissimi sunt fere saeculo VII ineunte scripti: Saturnius in Scipionis flaminis elogio CIL I 33. 2 Mors perfecit tua ut essent omnia breuia, hexametri in dedicatione Mummii Reatina CIL I 542. 5, 6 "Cogendei dissoluendei tu ut facilia faxseis, Perficias decumam ut faciat uerae rationis," et in elogio Scipionis Hispani CIL I 38. 6 "Maiorum optenui laudem, ut sibei me esse creatum". et rursus in monumentis liberae reipublicae soluta oratio prope aequaliter uti habet, nisi ut semel est in ep. praet. ad Tib. CIL I 201. 5 'ut uos', saec. VII med., semel in miliario Popiliano CIL I 551. 2 'fecei ut de' a. u. c. DCXXII, semel in lege Iulia municipali CIL I 206. 70 'ut utei fruei' nimirum ambiguitatis uitandae causa, ut Terentius Hec. 80 "Alias ut uti possim causa hac integra".

Epid. 550 Nóuin ego te? si égo te noui ánimum inducam utĭ
nóueris
utĭ *BJFZ:* ut *CD, Goetzius.*

Pers. 259 Nám erus Eretriám me misit dómitos bus utĭ síbi
mercarer.

bus *scripsi:* boues *libri.* fortasse defendi potest proceleusmaticus bóuĕs utĭ pro trochaeo positus iis locis quos adscripsit Mueller pros. II 56 sqq. et Christius Metr.[2] § 326 et Vahlenus Herm. XVII 613 adn., sed non dubito quin bus scriptum aut dictum sit in hoc uersu pariter atque Pers. 264 Núnc amico hominí bus domitos mea éx crumina lárgiar; ubi ueram lectionem homini bus Spengelius de cant. 388 eruit latentem in librorum hominibus.

Poen. 1184 Malim ístuc aliis uídeatur quam utĭ tú te soror colláudes. uti.. *sequente lacuna A,* uti tute *CDZ,* uti tu te *F,* ut itate *B;* ut tu te *Bothius et Spengelius,* tu ita te *Schoellius,* ut ita te *Goetzius.* sententiae minus consulitur coniectura *Goetzii* quam si legas uti tu te, quod tu subiectum addi oportet ut habeamus contrarium quod opponatur illi aliis.

Pseud. 164 Vórsa sparsa térsa strata láuta structaque ómuia utĭ sint — uti *libri:* ut *Ritschelius.*

At Poen. 1025 non opus est scribere cum Camerario et Goetzio Sub crátim utĭ iubeas sése supponi átque eo.. nam ut iubeas, quod est in libris, potest retineri.

Epid. 224 Utin inpluuium índúta fuerit? — Quíd istuc tam mirábilest? *Acidalius:* ut ininpluuium *B,* utinpluuium *A.* et quae sunt eius generis a Fleckeiseno ann. LXI 45 allata.

Incerta est lectio his locis.

Stich. 518 Quándo ita rem gessístis utĭ uos uélle amicosque áddecet. — uti *libri praeter A.*

Trin. 1064 Sí bonust obnóxius sum, sín secust faciam útĭ iubes. ut moneo *A:* uti iubes *ceteri;* ut iubes *Bergkius Spengelius Hermannus.*

Merc. 179 Óbsecro hercle te ístuc utĭ tu míhi malum faciás palam. — ut *B:* uti *ceteri.*

Asin. 443 'Ego té faciam misérrumus mortális uti sis' dicere licet uel — útĭ sis uel utí sis.

§ 4. Proximum est ut commemorem syllabas ambiguas positione non produci in his uersibus

Sent. 39 Bonae méntis sórŏr paupertas

Sent. *10 Necéssitas carĕt fériis

Elog. 3. 6 Dédĕt Témpestátebus áide méretod *éx uóto.*

Soror antiquitus ultimam produxit, quae uox nondum a Plauto semper utraque syllaba correpta est, quod demonstrauit Mueller pros. p. 42 sq.

Etiam -it uel -et perfecti ultimam habuisse ambiguam, ut produci posset, ostendunt, ut exempla Plautina praeteream, ipsa elogia antiquiora Scipionum. in alia autem causa est uersus ille elog. 21, quem attuli p. CI, 'Qui sémper fuĭt dulcis sueis'; neque enim debet dubitari quin -it perfecti ultima fuerit non ancipiti, sed breuissima eo tempore quo id elogium scriptum est.

Apud scenicos est *sorŏr* si, *sorŏr* te, *sorŏr* fuimus et q. s. eius gen. M. 145. *colŏr* uerus Ter. Eun. 318 *octon. iamb.* (M). amŏr misericordia Ter. Andr. 261 *senar. iamb.* (M)., Pseud. 206 *anap.* (M). priŏr bibas Ter. Phorm. 342 *septen. troch.* similiaque M. 132 sq. morŏr seq. cons. M. 126.

Addo hunc locum. Plautus Truc. 304 Látere fit minŏr quá is hoc ad uos dámni permensúst uiam *Priscianus, Schoellius:* quaisaputuos *A:* qua isti uos *BCDL.*

carĕt sequente consonanti. cf. cluĕt uictoria *octon.* Poen. 1192, M l. q. d. 93 — Decĕt te équidem uera proloqui *iamb. quaternar.* Aul. 138: Pers. 213; 220; M 95. — dolĕt si autem *septen.* Cist. I 1. 68, 65 *U;* dolĕt dictum Ter. Eun. 430 *senar.;* M p. 101. — habĕt sollicitum *septen. anap.* Mil. 1087; M 114. — iubĕt frater Ter. Ad. 924, M 116. — licĕt laudem Asin. 718; licĕtne inforare Curc. 401, Mueller. l. q. d. — lubĕt lamentari *septen.* Bacch. 932; Cas. V 1. 16, 801 *U;* Men. 128; Most. 20 = 19 *U* aliaque M 119. — monĕt quod Pseud. 940 M 127. — pigĕt parum *octon. troch.* Trin. 661 *Schoellius.* — placĕt non Ter. Hec. 860; Stich. 47 Mueller pros. p. 131. pudĕt *sequente consonanti* Bacch. 1155; Cas. V 2. 4, 816 *U;* M p. 133. — studĕt par Ter. Ad. 73, M 147. —

tacĕt quor Ter. Ad. 639; M 148. — ualĕt púgilice Ep. 20 *septen.* M 149. — uidĕt nec Curc. 170: uidĕt me esse Ter. Enn. 260: M 151.

Incerta praetereo; haec addo: Caecilius 164 *R* Sólĕtne mulier décimo mense párere? — pol nonó quoque. Trag. inc. 21 *R* Hécuba hoc dolĕt pudét piget. — Pac. 44 *R* Dólĕt pigetque mágis magisque mé conatum hoc néquiquam ítiner. Enn. trag. 15 Audíre iubĕt uos imperator. Ter. Eun. 511 Rogĕt quís 'quid rei tibi cum illa?' — ne norám quidem. Plaut. Poen. 1198 = 1196 *U* Quid est? — Ést lepida et lauta, út sapit. — Ingénium patris habĕt quód sapit. Aul. 153, u. supra.

dedit seq. cons. M 96 sqq.

§ 5. Sequuntur ii iambi correpti quorum ultima est natura longa.

Sent. 39 Bonaĕ méntis sóror paupértas.
Comp. 13. 2 ueterí nouŏ mórbo médeor.
Ded. 4. 1 Iouei Iúnoneí Minéruai.
Elog. 24. 2 débuí morĭ máter.
Sent. 62. 1 Hibérno puluere lútŏ uerno
Comp. 9. 4 et 25 Mihi dómŏ famíliae nóstrae
Naeu. 29. *1 conférre quéănt ratém aerátam *et* quí perítе
Sent. 69. 2 ne nínculús medéri quĕăt . . . . .
[? Comp. 5. 7 (Carm. Sal.) Quōme [1]) tónăs Leucēsié (*an* . Quōme tonás L.?)]
Ded. 4. 5 quei sŏueis *astútieís* opídque Vólgáni
Sent. 70. 3. 2 inimícus síĕs comméntus néc libéns áeque
Comp. 9. 3 uti síĕs uoléns propítius
Dedic. 1. Dóque dédicóque uti síĕs uoléns propítius.
Sent. 55. 2 nón est cur uelĭs uíuere.
Comp. 11. 3 néc caput néc pedĕs hábeant.

---

[1]) **Quosme* 7 *quōme* 7 *quom*, ut **tōsme* **tōme tum* et **tasme tāme tam*; u. commentaria mea Carminis Saliaris p. 34 sq.

Naeu. 13. *1 *manŭs* súsque uórsum ad cáelum sústulít suás
rex
Elog. 4. 3 honŏs fáma uírtúsque glória átque ingénium.

bonăe Plautus Cas. II 4. 5 = 263 *U* (M). — Bacch. 1139 b *Goetzius* Stultae átque malăe uidentur (M). *nouăe* Cas. I 30 = 118 *U senar. iamb.* (M). Cist. IV 2. 49 = 548 *U erăe méăe, septen. iamb.* (M.; Truc. 800 *Sch.* = 790 *U libri* Quíd eo puero túa era fecit? — Erăe meae (mea *BCD)* extempló dedit. Terent. Eun. 654 (M).

Addo uers. Enn. ap. Ser. ad Verg. Aen. VI 686 = trag, 397 *R* ímprimitque génăe genam.

Nam illa potius crediderim esse monosyllaba: *eae* Trin. 1039; *Duae* Bacch. 1041, *deae* Most. 192.

mălŏ Plautus Pseud. 909 b 'Malus cúm malŏ stulte cáui' pluraque M. 197.

Addo Truc. 923 *Sch* = 913 *U* Nam quámquam es bella, málŏ tuo *es,* nisi núnc ego aliqui gáudeo. *es* Acidalius.

nouŏ M 205. — *domŏ* M 175.

lutŏ. cf. *cadŏ* Stich. 683 *septen. trochaic.* (M). *cibŏ* Pseud. 888 = 872 *U anap.* (M). *iocŏn* Bacch. 75 (M). Pseud. 569 *Nouŏ módŏ* primus pes senarii. *erŏ* dat. et abl. M 181. principium septenarii troch. Bach. 84 = 82 *Dátŏ libri Muellerus, Ussingius, Goetzius:* da tu *Ritschelius.* — *manŭ* M 200.

Addo hos locos. Terentius Eun. 832 Scelésta ouem lupŏ cómmisisti. díspudet. Andr. 860 *Drómŏ, Dromō* principium septenarii troch. Plautus Rud. 945 *retrŏ;* Pacuu. 333 *R retrŏ citrōque.* Plaut. Rud. 668 b = 657 *U codd. BCD* In metŭ núnc sumus ámbae, *tripodia dactylica.* — *gelŭ* Liu. Andr. trag. 16 *R,* de quo loco mox dicam. — *socrŭ* Accius 198 *R. manŭ* Incert. trag. 65 *R.* ín *sinŭ* Plautus Stich. 591, tertius pes septenarii troch.

Praetereo praesentia, ut *secŏ* Truc. 629 et *sinŏ* Pseud. 239, quod utrumque a Muellero omissum est.

Iouĭ (IOVEI) Plautus Men. *941 = 924 *Vahl.* 'Át ego te sacrám coronam súrrupuisse Ióuĭ *scio' Camerarius:* iouis *BDcFZ,* lo iouis *CDa* (M II?); u. append. Schoellii p. 188 et cf. nui 942—944. — *nouĭ* gen. sg. Truc. 383 (M) in tertio loco senarii. Naeuius praet. 8 p. 278 *R*[2] Próueniebant óratores nó-

uei stulti adolescéntuli (M?). nouei *Ribb,* noui et *Paris. Erfurt.:* noui *cett.* cf. M 612 prouéniēbánt orátorés — — *Ribbeckius et Muellerus Cic. Cat. Mai. § 20,* quam uolunt esse partem priores octonarii iambici. quod minime potuit Naeuius committere ut et pro secundo iambo et pro quarto iambo exitus uocis spondaicus poneretur. — *bouĭ* dat. sg. Inc. pall. fr. 66 *R* (M II). *breuĭ* Mil. 1020 (M). — *auĭ* ablat. sg. Pseud. 762 (M). *leuĭ* sententia Ter. Hec. 312 (M).

Addo hos locos. Plautus Most. *243 = *236 *U* Edepól si sumus Ióuĭ boues argénto *eo* sacruficássem *Buggius, Ussingius, Lorentius:* ioui bo agent o... *B,* ioui ioui argento *C.* — Pacuuius *3 *R* Breuĭ cápite, ceruice ánguina, aspectu truci *Ribbeckius:* capite breui *libri Ciceroniani de diu. II § 153.* ut metri commoditate, ne dicam necessitate, commendatur coniectura Ribbeckii, ita usui magis conuenit ordo attributi uetus. ut Sallustius Cat. 6. 6 "imperium legitimum, nomen imperii regii habebant". u. ea quae disp. Preisius 'Adiectiuum utro ordine' p. 23.

morĭ u. adn. ad Elog. 25. 1 p. 76. — *parĭ* Bacch. 1108 (M). *herĭ* M 189 *ferĭ imperatiuo modo* Cas. 386 *U* = II 6. 55 (M) *uirĭ* Mil. 1273; Stich. 29; Ter. Phorm. 787 (M); *merĭ* Mil. 1077 (M); *darei* Men. 778 (M); darei *A:* dari *cett.* Ter. Phorm. 261; Ad. 311 (M). *probrĭ* Bacch. 1167. *domĭ* M 173. *dolĭ* Pseud. 941 (M). *locĭ* Pseud. 595 (M). *modĭ* Heaut. 812; Phorm. 829 (M). *canĭ* dat. sg. Epid. 234 *Goetzius;* cf. tamen Muellerus pros. II 18. *dedĭ* M 167. *senĭ* M 212. *abĭ* M 153. *fidĕ* in dat. casum declinatum Poen. 890 (M); ablat. cas. Pers. 243; Mil. 1369 (M). *probĕ* M 208.

Addo haec. CIL I 1019. 6. Parĭ cóniugio uirtúte summa indústria. CIL I 1442 Ést equos perpulcer, sed tu uehĭ non potes istoc. CIL I 1444 Fórmidat omnes quod metuit id sequĭ satiust. *probrĭ* Naeuius trag. 6 *R,* de quo mox. patrĭ *[faui]* Plaut. Aul. 5 *Leo.* Merc. 1010 Éutyche hanc uoló prius rém agĭ quám meum intro referó pedem. *domĭ* Enn. trag. 78 *R;* Naeu. com. *93 *Ribbeckius,* in primo pede septenarii troch. (domos *N Charisii);* Plaut. Mil. 251. *modĭ* Ter. Heaut. 205. Plautus Truc. 48 Sin álter alteri ódiost, idem a fidĕ perit. *uirĭ* Accius trag. 27 *R,* de quo mox.

tonăs? cf. *bonăs* Plaut. Stich. 99. Ter. Heaut. 388 (M). *amăs* Pers. 177 (M). *forăs* M 184 sqq. *sciăs* M 211 sq. *fuăs* Pers. 51 (M). *sinăs* Aul. 431 in uersu Reiziano (M?). *negăs* M 204. *agăs* M 154.

Addo haec. Plaut. Bacch. 980 *libri* Quíd quod te misi, écquid egisti? — Rógăs? congrédere. — Gradior *(Hem.* rogas *Ritschelius)*. CIL I 1454 Qur petis pos tempus consilium? quod rogăs non est. Plaut. Aul. 137 'Tu. Túne ais? Si négăs nego', dimeter iambicus. Mil. *283 = 284 *U* sciăs (scis *libri)*. [at Merc. 402 né duās neu *Goetzius suo iure:* né duăs neue *libri;* cf. Brixii adn. ad Trin. 755]-

queănt. Plautus Curc. 362 *rogănt* septen. troch. (M). Pseud. 203 *amănt octon. troch.* (M). *queŏ* Aul. 76; 192 (M).

Addo haec. Capt. *592 Énim uero hau *queŏ* cóntineri — — *Schoellius:* iam nequeo *libri*. Trin. 288 Quod mánu non queŭnt tangére tantum fas hábĕnt, quo manŭs abstíneant *libri et Spengelius 'Reformv.' p 313:* Mánu nequitum tangi *Schoellius*. — Stich. 542 *A* Érănt minori ei ádulescenti fídicinae, tibícinae *Goetzius:* fidicinaettibicina A, f-a et t-a *BCD*. Pseud. 589 Metum ét fugam perduéllibus meís me esse ut sciănt nátum *Goetzius:* me esse ut sioant *B,* esse me ut sciant *CDFZ*. meutsciant *A*.

manŭs acc. plur. M 200. *honŏs* M II 22; huius libri p. 61, adn. Elog. 4. 3. Plautus Capt. *196 *Schoellius* labŏs (M?). Capt. 529 *Salŭs,* septen. troch.; Truc. 244 (senar. iamb.); 677 (senar. iamb.) *nouŏs* acc. plur. (M). Cas. II 3. 3 = *201 *U* Habeát. coquos equidem démiror, qui utúntur condiméntis *Ussingius:* nimis demiror *libri* (M). — *domŏs* M 175. — *dolŏs* M 173. — *uirŏs* M 220.

Addo Trin. 271 (paroemiacum) Quamquam ibi labŏs grandis cápitur. *sic A:* animos labos *ceteri libri*.

uĕlĭs Plautus Amph. 703; Capt. 343; Poen. 534 = 532 *U* Úbi bibas edás de alieno quántum uelĭs usque ád fatim. uelis *om. B*. cf. uolĕs Cist. 44; Bacch. 83; uelĭm de Poen. 1206; edĭm quídquam Poen. 1284; abĭs, mítte Cas. 213 *U* = II 3. 15 *septen. troch.;* Pers. 50 At pól ego aps te concéssero. — Iamne ábĭs, bene ambuláto. et haec quidem adscripsit Mueller p. 154.

Adde Truc. 267 = 265 *U* Núnc adeo nisi ábĭs actutum aut dicis quem quaerás cito. *sic A:* ac dicis (acdicis) quidque ras (quid queras) scito *BC*. — — dédĭsse Amph. 761; dédĭsti Men. 689 *Sch.* = 680 *Va. septen. troch.;* et quae sunt eius generis ap. Muellerum 235 sq. fuĭsti Terentius Heaut. 568; Hec. 202. alia Muellerus 240 sq.

[illegible] i. e. 'suis'. SOVEIS enim Ded. 4. 5 — quem uersum [illegible] p. CXII — non monosyllabum, sed disyllabum esse [illegible], quia sŏvo bisyllabum est CIL I 1007. 4 "Suóm maritum córde dilexít sŏvo". cf. CIL I 1009. 5 "Amór parentéis quém dedit nataé sŭae". dubium est autem CIL I 542. 3 "Visum animo suo. perfecit tua pace rogans te" et CIL I 1008. 8 *Immítis* mors erípuit sueis parentibus", utrum dicendum sit per uocem monosyllabam svo (s͡uo) svīs quod dicit Ritschelius Op. IV. 98. a. — an per pyrrhichium suŏ disyll. suĭs. sed multo probabilius est in his duobus uersibus, quos adscripsi proxime, ea esse monosyllaba. nam inde a medio septimo saeculo urbis correptio uocum iambicarum paucis uocibus definita est, nec facile ad alias pertinebat nisi eas quae etiam apud poetas "classicos", quos dicunt, erant ancipites. itaque quod Porcius Licinus ap. Suetonium de uir. inl. p. 28. 1 *Reiff.* ex coniectura Ritschelii scripsit "Suís postlatis rébus ad summam ínopiam redáctus est" id, credo, dicendum est suis -- — per monosyllabam. quod quidem etiam apud antiquiores poetas factum est. certe monosyllabum est in uersu Ennii ap. Fest. 301 *M* (cf. Paul. 300 *M.*) "Postquam lumina sis (*an* svis?) oculis bonus Ancus reliquit". et ap. Fest. 249 *M* et Paulum 248 *M* (et Non. p. 158. 20) "Poeni suos soliti dis sacrificare puellos". P. suos soliti dis sacrificare *Vahlenus, coll. Non. l. c.* diuis sacrif. p., paenisolitis uos sacrif. *cod. F teste Thewrewkio:* Dis Poeni soliti suos s. p. *Luc. Muellerus in editione, aliter de re m. p. 272 sos scripsit Baehrensius.* Idem Ennius ap. Fest. 261 *M* "Iuppiter ut muro fretus magis quamde manu sa". manu sa *Baehrensius:* manus *cod.* nec uero — ut ad poetas eos qui post Ennium fuerunt redeam — dubito quin per synizesin meo dixerit Volcacius Sedigitus ap. Gell. XV. 24 "Eum meó iudicio errórem dissoluám tibi", ut meos Cn. Matius ap. Prisc. I 274. 26 *H.* Meos hórtulos, quando hólero, stercoró plure *Baehrensius:* m. h. plus sterc. quam hol. *libri,* stercore *Upsaliensis.* quid? quod

Lucilius uoces iambicas non fere magis quam poetae posteriores corripit, per synizesin autem dicit cum alia tum fr. 254 *B* = IX. 5 *M.* "Hoc faciemus et uno e͡odemque, ut diximus, pacto". diximus *Dousa,* dicimus *codd. Scauri 18 K.* itemque 410 *B* = XX 13 *M* "Tempestate sua atque e͡odem uno tempore et horae". nec dubito quin ipse quidem dixerit monosyllabum meo in hoc uersu quem a tragoedia quadam sumpserat 478 *B* = XXVI 52 *M* "Quáenam uox ex técto resonans meó gradu remoram facit?„ ex tecto *Bergkius:* ex te *libri Paulini 276 M.* atque etiam Lucretius e͡odem ea͡edem ita dixisse si altera uocalis produceretur commemorat Lachmannus p. 192. alia affert Luc. Mueller de re m. p. 272.

At quoniam uideo poetas latinos eos qui floruerunt ante medium sacculum septimum in duplo quidem genere frequenter uoces iambicas corripuisse, in illorum poetarum uersibus multa sunt quae utrum per contractionem pronuntianda sint an per correptionem me ignorare profitear. ut in secundo uersu epigrammatis Amiternini, quod scriptum esse uidetur fere ineunte saeculo septimo uel ante tempora Gracchana, CIL I 1297 = IX 4463 "plouruma que fecit populo s͡oueis gaudia nuges", dubito utrum dicam per synizesin s͡oueis i. e. svīs [1]), an dicam, corripiens ultimam, sŏuĭs. hoc certe magis cum scriptione conuenit. neque enim ideo minus potuit ultima corripi quod per EI scripta est. quod exemplis ostendi in adnotatione ad Dedic. 4. 5. ut

CIL I 38. 5 Maiorum optenui laudem ut sibe͡i me esse creatum

„ I 542. 1 De decuma Victor tibe͡i Lucius Mu*m*ius donum

[1]) Ita uult Ritschelius Op. IV 160, et 109, itaque est mi͡eis in epitaphio Cn. Scipionis et semel apud Senecam, me͡is in Troasin u. 191, quos locos affert Luc. Mueller de r. m. 255. tis tituli cuiusdam a Ritschelio l. c. relatum.

CIL I 1009. 6 Ubei sé reliquiae cónlocarent córporis
„ I 1008. 19 Suae gnátae sibeique, uxóri hanc constituít domum.

Gnatae sibique *et* uxori *Schraderus;* sed non opus est *et* addito; nam prisci interdum in serie trium uerborum binis copulatis tertium addiderunt inconexum. Cato de agri cultura c. 52 "impleto calcatoque bene, in arbore relinquito", et quae sunt eius generis exempla Catoniana in libro Elmeri de QVE ET ATQVE p. 328. itemque Plautus Captiu. 911 "Clades calamitasque, intemperies".

Apud Plautum suis iambus est modo, modo ita positum ut dubium sit utrum contrahatur in monosyllabam uocem an corripiat ultimam. sŭīs iambus Asin. 282; Bacch. 498; 1021; Capt. 601; Curc. 291: 441; Cist. I 1. 38 = 34 *U*, Epid. 379; Most. 755; Rud. 405; Pers. 2: 12; Truc. 184. — sŭĭs aut suis Amphitr. 215; 1085; 1145; Bacch. 897; 1206; Capt. 755; 997; Epid. 214; Most. 1171; Men. 973 *Sch.;* Pseud. 870; Poen. 1339; Trin. 684. ut in nullo eorum quos proxime adscripsi uersuum alterutrum nec potest certo affirmari nec negari, ita sunt quibus adducamur Plautum non numquam dixisse ita suis ut non contraheret syllabas, sed ultimam corriperet. nam etiam SOVEIS (sŏuis) usitate dici scribique solitos esse priscos priscis exemplis titulorum demonstrauit Ritschelius l. c. quibus exemplis addi oportet SOVEIS illud CIL XI 3078 a 3. et ne apud Plautum quidem eius scriptionis memoria ita est oblitterata ut nulla dispiciantur uestigia. Amph. quidem 1140 "Suis fáctis te inmortali adficiet gloria" uulgo legitur, at *E* (Ambrosianus saec. XIII) habet si uis, quod fortasse est a souis (soueis). et Poen. 1339 "Qui súis amicis nárrat recte rés suas". pro Qui suis ceterorum librorum codex *B* habet Quis quis, quod sine dubio est a QVISQVIS pro QVISOVIS i. e. QVI SOVEIS. sŏuĭs autem propius eam scripturam est quam svīs. accedit quod sunt uersus quorum suauior fiat rhythmus, si sŭĭs (uel sŏuĭs), legeris, quam si svīs. ut Trin. 684 Núm-quam erit aliénis grauis qui súis se concinnát leuem. Captiu. 755 Usque óffrenatum súis me ductarént dolis.

Ac rursus, quoniam inde a medio septimo saeculo suis cum iis quae sunt eius generis contractionem pati posse, numquam corripuisse ultimam demonstratum est p. CXVI sq., eius contractionis initia inde a Plauti et Terentii aetate repetenda sunt. quos plura similiter contraxisse contra CFG Muellerum ego quoque contendo. fuit igitur priscis haec uarietas: et uerus iambus sovīs (sŏveis) et sŭīs (sŭeis) et uox monosyllaba svīs (an sīs?) et pyrrhichius sŏvĭs uel sŏveis (et fortasse sŭĭs).

Nam posse -is terminationem datiui et ablatiui, si est syllaba uocum iambicarum, corripi a Muellero comprobatum est exemplis. Pseud. 174 Virĭs cúm summis. Terent. Hec. 202 Virĭs ésse. — dolĭs Bacch. 1095. — eris útibiles Most. 859. — bonĭs Mueller p. 159. — forĭs aduerbium Mueller p. 187. — modĭs Enn. trag. 20 *R.*

Quibus locis addo hos anapaestos. Men. 984 et 985 *B* Metum id mihi adhibeam culpam ábstineam a me ero ut ómnibus in locĭs sím praesto Seruí qui quom culpá carĕnt metuont eí solent esse erĭs útibiles.

pedĕs Plautus Stich. 311 Somnóne operam datis? éxperiar, forĕs án cubiti ac pedĕs plús ualeant. Pers. 848 *B* Malum uóbis dabo. At tibi nós dedimus dabimúsque etiam. ei natĭs péruellit (Mueller p. 203). Truc. 655 Ouĭs ín crumina hac *hĭc,* in urbem détuli. *huc* addidit Geppertus. Bacch. 1121 b Quis hásce huc ouĭs adégit? *iambicus quaternarius catalect.* hasce *Fr. Schmidtius:* has. Bacch. 1140 b Manéte haec ouĕs uolúnt uos *iamb. quatern. catal.* Asin. *217 Áuĕs edunt, necéssest facere súmptum qui quaerít lucrum. edunt *Leo:* adsuescunt *libri.* at Aul. 234 et Pseud. 812 dubito utrum dicam per correptionem bouĕs an per contractionem boues i. e. būs, de qua uoce dixi p. CX Trin. 835 Ita jám quasi canĕs haud sécus circumstabánt nauem turbine uénti. turbine *Hermannus:* turbines *libri.* — forĕs Mueller 186 sq.

Addo haec. Ennius ap. Cic. de diu. II 13. 50 et de rep. I 18. 30, fr. trag. 201 *R.* Quód est ante pĕdĕs, nóenu spectant: cáeli scrutantúr plagas. incertum mihi uidetur Mil. Glor. 69 Molĕstáe sunt: orant ámbiunt exópsecrant, de quo Loren-

tius comm. crit. p. 257. — Terentius Andr. 945 Heus Chrémĕs quod quaeris Pásibulast. *Pásibula?* Ipsást. East. — Hec. 664 Vasmét uidete iám, Lachĕs et tu Pámphile.

sĭĕs pro pyrrhichio positi nullum certum exemplum exstat in iis qui nobis traditi sunt uersibus scenicorum. quamquam fortasse ita legendum est in Acci arm. iud. 156 *R* = Macr. Sa. VI 1. 58 "Virtúti sĭĕs par díspar fortunís patris". hoc quodam modo dispicitur in lectione codicis *Med. b.* 'uirtutis iis', cum in ceteris libris sit 'uirtutis is'. 'u. sis par dispar' uulgo editores, sono molesto ingratoque. cum autem, quod fieri solet, est in exitu uersus aut in confinio membrorum inconexorum, sies est ultima ancipiti. quare non plus duobus locis certum hunc iambum inueni. Plautus Poen. 148 Ubi díssolutus tú sĭēs, ego pendeam. Lucilius inc. 23 *M* = 783 *B* Quantum habeas tantum ipse siēs tantique habearis. sed ueri simile multis priscorum poetarum locis, quibus nunc est *sis*, olim fuisse *sĭĕs*. nam in libris Catonianis, quod docet Weisius quaest. Caton. p. 46, quater est sies, numquam sis. in inscriptionibus liberae reip., ut numquam siem, ita semel sim CIL I 1220 aetatis incertae, sed non ante medium saec. VII scriptum. sies est in antiqua formula arae narbonensis CIL XII. 4333, huius libri p. 49. sit primum in elog. Scip. 4 = CIL I 34, quod scriptum est VII. saeculo. sint primum CIL I 204 a. u. c. DLXXXIV, antea semper sient (Weisius l. c. p. 47). et quamquam Plautus et Terentius in exitu uersus uocis huius stirpis disyllabis uti maluerunt quam monosyllabis, quod demonstrarunt CFG Muellerus pros. II 83, Conradtius in Hermae uol. X 100 sqq., Spengelius ad Andr. 234, Engelbrechtius stud. Terentian. p. 51 sq., item in exeunte uersu sies Accius 310 *R*, siem Lucil. ap. Non. 353. 12, siet Lucil. ap. Non. 331. 9; tamen eo non efficitur poetas illos in medio aut uersu aut hemistichio semper usos esse sim, sis, sit monosyllabis. Luchsius quidem recte de uniuerso eo genere disputare uidetur Stud. I. p. 32, quod libertatem quan-

dem utrumuis genus uel disyllabum uel monosyllabum ponendi fuisse dicit. In Terentio quidem fortasse id discrimen magis tenendum est, quod idem plures formas uerborum plenas in exeunte uersu, imminutas ponit fere in medio. sed de Plauto magis dubito. nam quod libri Plautini ipsi id fere discrimen facere uidentur, cum non maxima est librorum in tali re fides, tum nescio an id sit profectum est puerili studio grammatici ueteris qui eandem qua grammatici quos dixi recentes rationem amplecteretur. quod suspicor Antoninorum aetate esse factum. neque enim fieri id potuisse aetate Ciceroniana intellegitur ex eo quod Cicero or. § 157 "sient", inquit, "plenum est, sint imminutum, licet utare utroque"; nec quidquam significat sibi uideri ea usu locoue distinguenda. et Lucilius siĕt pro pyrrhichio in medio uersu dixit, ap. Macr. Sa. VI. 4. 2 "sĭĕt additus"; Id. ap. Vel. Long. 63. 3 *K* "d sĭĕt an b", Id. ap. Lact. inst. IV 3. 12 "sĭĕt ac". quamobrem obscura grammatici ueteris diligentia uidetur effecisse in Plaut. Amph. 157 ut libris traderetur corruptus ille septenarii exitus "auxili siet", cum fortasse fuerit "Nec cáusam liceat dícere, neque quícquam in erŏ sĭĕt áuxili". neque enim opus est cum Lachmanno legere "sit auxili" neque cum Luchsio *mi* inserere. quo magis retinendum est quod est in libris Aul. 370 "Rapácidarum ubi tántum sĭĕt ináedibus".

Sunt igitur in tertia persona singulari uerbi substantiui in coniunctiuo modo dicti uestigia plenae uocis exigua, sed aliqua; in secunda persona paene nulla. uerumtamen, quia sis a siĕs esse oportet, ipsa lingua latinae historia docet antiquis Romanis pyrrhichium illum fuisse in usu. quod enim docet Stoltz gramm². p. 337 per falsam analogiam dicta esse *sim sis sit* quasi adsimulata illis *simus* et *sitis*, nemo erit quin rationem in sonis natura positam anteponat falsae illi analogiae, quae cum magnum obtineat locum in sermone, tamen propter incertam uagamque uim tum demum cum alia desint quasi extremum subsidium in subtiliorem disputationem adhiberi de-

bet. quaeritur igitur potueritne *sis* per contractionem dici a *siēs*. certe non a *siēs*, quod *-iē-* fit *-ē-*. nam a *quiēsco* — ut *adquiēscerent* Buecheler Anth. I. 42. 10 *quiē-cere* Enn. Trag. 138 *R quiesce* Plaut. Merc. 448, *quiescas* Sors 8 a 1 — *quiētus* dicta sunt in titulis plebis *quēsco quētus* (hodie *quieto, queto*), cf. Fleckeisenus nou. ann. 1870 p. 74 sqq., a *diēs dēs*, ab *abaliēnare* 7 *abalēnare*, a *quinquiēns* 7 *quinquēns* Mon. Ancyr. IV. 31, et quae multa eius generis adscripta habet Schuchardt *'Vokalismus d. Vulg. lateins'* II 445—451, eiusque rei mentionem fecit Gul. Meyer-Luedke in Groeberi *'Roman. Philologie'* III 362. a *siēs* igitur fieri oportuit non *sis*, sed **sēs*. at a *siēm, siēs, siēt* lege quadam sermonis latini facta sunt imminuta illa *sīm sīs sīt* (postea sĭt). ut *Cornelie* fit uocatiuo casu *Corneli*, a nominatiuo **Cornelies Cornelis*, de quo aliter disputat Brugman *'Grundriss'* II p. 116[1]. et quemadmodum terminationes illae *-ie -i, -ies -is* accentu carent, ita formae hae uerbi substantiui saepius sunt encliticae. nec dubium quin *siēs*, ut *siēt*, saepe ultimam corripuerit [1]). nam inter figuras secundae personae *-ēs* saepius quam *-as* et *-īs* corripiebatur a priscis uelut:

sciĕs Bacch. 853; Most. 434; Cas. I 27 = 115 *U;* Cist. II 1. 20 = 321 *U:* Mil. 1367. — *(sciās* Cist. I 1. 66 = 61 *U;* Merc. 155; Pers. 496; Pseud. 1176; Terent. Andr. 95). — *locĕs* Aul. 568. — *uehĕs* pol. As. 699. — *uolĕs* Cist. I 1. 48 = 44 *U* (M?); Bacch. 83: Pers. 383 Verúm uideto mé ubi uolĕs nuptúm dare; Pseud. 240. — *uidĕs* Stich. 714; Most. 811; Truc. 580; Pseud. 1297. — *habĕs* quod Pseud. 161; Aul. 187; Pers. 227; Rud. 289 Matér nostrum hábĕs opórtet *dim. iamb.* Mil. 1041 *Muellerus, Brixius. ferĕs* Pseud. 1329 anap. — *inbĕs*

[1]) In perfecto autem et futuro exacto uidetur uerbum substantiuum similitudine aliquid ualuisse ad uoces mutandas. ut **sisiem *sisies *sisiet* fortasse facta sunt **sisim *sisis *sisit* i. e. *sirim siris sirit*, ut adsimularentur illis *sim sis sit*. eodem modo **si(u)esiem *si(u)esies *si(u)esiet* 7 **si(u)esim *si(u)esis *si(u)esit* i. e. *sierim sieris sierit*. quamquam ad haec quidem imminuenda ita aliquid momenti fortasse etiam pluralis numerus habuit.

Cist. frag. V 7 *Stud.* = 248 *U* Qui equóm me ferre iúbĕs. loricam addúcere. Mil. 1314 (M?). *timĕs* Cas. V 4. 13 = 904 *U septen. troch.* — *tacĕs* Terent. Hec. 527 *libri, Dziatzko* (M?). Plaut. Pers. 641 (M?); Bacch. 627 a Nón tacĕs ínsipiéns? taceám? *Leo; aliter Muellerus pros. II 27 et Goetzius.* — *potĕs* compluribus locis M 205 sqq. — *bibe, ĕs* (ab edendo) Cas. II 3. 32 = 230 *U, troch. octon.* — *cluĕs* Truc. 615 *troch. octon.* — *dolĕs* Stich. 34 anap. et haec quidem Muellerus ipse quoque attulit.

Quibus ego haec addo exempla. *(sciŭs* Mil. *283 Gulielmus Hauptius Brixius Ussingius:* scis s.. *libri:* sci *Ritschelius)* — *agĕs* Cas. I 55 Hic quídem pol certo níhil agĕs sine med árbitro (met arbitro *B* met arbitrio *E).* — *merĕs* mérito Turpilius 85 *R.* — *habĕs* quam Truc. 627; Terent. Eun. 415. — *ferĕs* Pseud. 1329 *Goetzius* anap. — *[placĕs* sane Pseud. * 240 exitus septenarii anap. addidit Goetzius, deest in libris]. — *solĕs* Most. 892 Tace sis faber qui cúdere solĕs plúmbeos nummos *libri* (si *B),* uersus Reizianus. — *olĕs:* Truc. 131 *Schoellius* Tonstricem. mala tu fémina's! olĕs éam unde es disciplínam (oleseamundetues *A).*

Est igitur quod in uersibus italicis antiquis potius per correptionem uocis iambicae dicamus *sĭĕs,* quam per synizesin *sies* (uel *sĭes*).

Illa autem malim per synizesin dicere.

eo Liu. od. 24, *eorum* Naeu. bell. pun. 4 *a,* ut *eorum* Plautus Amph. 483, Terentius Andr. 27; *eadem* Plaut. Bacch. 521; *eos* Plautus Mil. 240 *R* = 241 *Brix* = 242 *U* 'Tám símilem quam lácte lactist ápud te eos hic deuórtier': sic nimirum potius dicendum quam ut loco trochaei ponatur proceleusmaticus.

diesque Ded. 4. 4; *diem, dies* Sent. 52, Liu. 7; *die Diespiter* Comprec. 7. 3; *diu* Sent. 75; *dius* Carm. Sal. 2. 4. *deum gen. plur.* Naeu. 9. 1. — haec quidem contrahenda sunt.: *diebus* Plautus Poen. 1208; *lien* Curc. 236, *liene* Curc. 220; *dierectus* Curc. 239; Merc. 756; *deorum* Accius trag. 327; Plautus Capt. 684; Cist. I 3. 27 = 173 *U* Ea diém suom obiit, fácta morigerást uiro. Cist. 337 *U* = II 1. 36 At ita me di deaeque, superi atque inferi et medióxumi; DO, DAE in titulis plebis i. e.: *deo, deae;* — *deorsum* Ter. Ad. 578: *deortuatus*

Plaut. Capt. 640; *exeundum* Plaut. Aul. 40 *eundum* Mil. 359. Lucilius 623 *B* dēũm rex auertat uerba obscena. non *dĕŭm* rex, neque enim iam Lucilius iambos ita corripit. quoniam igitur haec contrahenda esse uidemus, consentaneum est illa item contrahi: *die* Plaut. Aulul. 380, Pseud. 280; *diem* Merc. 218; Ter. Hec. 185; *dies* Pseud. 240, 518, Men. 156, Most. 235, Amph. 549, Mil. 743; — *diu* Naeuius com. 37 *R*, Plautinae Poen. prol. 21, Plautus Cas. 585 *U* = III 4. 16; Mil. 628; Terentius Ad. 621; *deum* gen. plur. Plautus Asin. 782, Terentius Andr. 237, Accius trag. 32 *R*.

duello per zyniz. Ded. 8. 1; *Duellona* Comprec. 8. 2. nam certe contrahi necesse est *perduellibus* Plaut. Pseud. 589; *perduelles* Pseud. 583; Cist. 199 *U* = I 3. 54. *duobus* Stich. 540. quamobrem uidentur oportere contrahi item *duelli duellatores* Capt. prol. 27, *duello* Enn. trag. 385; *duelli*que Plautus As. 559 et quae sunt eius generis.

Possessiua ambiguum nonnumquam est corripiant ultimam an syllabis colliquescant, quod licet utrumuis. uelut Sent. 6. *sŏvŏs* aut *sos (svos);* Sent. 70. 1 *sŏvăe* aut *svae,* de qua re disputaui p. CXVI sqq. Sort. autem 1 credo sic pronuntiandam: 'Mauórs telúm sŭŏm cóncutít'. cf. Lachmannus ad Lucr. III 917. at synizesis metri causa sine ulla dubitatione adhibenda est his: Liu. 3 'mea púera quíd uerbi éx tvo óre súpera fúgit' et Elog. 7. 2 'Hospés, gratúm est quod apúd meas réstitístei séedes'.

Et haec quidem breuiter dixi de synizesi, quae maxime opus esse uidebantur, ut qua quoque loco usus essem scansione, eius ratio redderetur. qua de re ut breuius egi quam pro eius difficultate — est enim profecto et lubrica et controuersa — ita diligentia et delectu in exemplis adhibito spero breuitatem quodam modo compensari.

Et hoc genus imminutionis disyllabae quod in iambicis aut uocibus aut complexionibus syllabarum uersatur ad metra pertinet omnia. neque enim ex iis quae proxime attuli ullum genus est quin non modo in anapaestis dactylisque sed

etiam in iambis ac trochaeis inueniatur. quamobrem hoc loco disputationis metra discernere non opus fuit.

§ 6. Est etiam trisyllaba imminutio et cretici, siue positus est pro dactylo, siue pro anapaesto, et anapaesti, si mensura non plus ualet quam tribrachys. ea maior licentia in graecanica romanorum poesi fere circumscripta est anapaestis et dactylis antiquissimorum scenicorum; nec tamen ab iis inuenta, namque ab incompta et rudi arte domesticorum carminum profecta est. sed eius rei exempla in uersibus italicis antiquis et rara sunt nec ulla nisi in carminibus aut antiquissimis aut rusticis.

Ac primum exponemus imminutionem critici. ea tum est in uoce tum in exitu uocis tum in uocibus duabus.

In hac igitur licentia et asperitate paullo leuius est si post trochaeum praepositio monosyllaba in positione breuis habetur.

sic in uersibus italicis antiquis:

Comprec. 4 (Carm. Arual.) 3 sirís incurrere, ĭn plēorēs.
„ 15. 2 prósit ăd quód te cólligó
Sent. 68 b 1 Quísquis ăd mé nouíssimús (quo loco conieci: 'quisque')

in anapaestis Plautinis idem usu uenire nemo ignorat. quare supersedeo locos eius geueris adscribere. quin etiam in trochaicos uersus interdum uidetur admissum esse. Plautus Stich. 331 = 332 *U* 'Réspice ăd mĕ ĕt relínque egentem párasitum, Panegyris' *Goetzius Ussingius:* Respice ad med *A:* Respice me *cett.* Stich. *696 = *700 *U* Séd amica mea et túa dum cunctat dúmque se ĕxornat, nós uolo *Ussingius:* comit dumque se ĕxornat n. u. *Camerarius Fleckeisenus Goetzius:* cenat (caenat *CD*) d. q. se exornat n. u. *libri.* sed fortasse scribendum est 'dum cunctat, dum se exornat'. cf. CFG Muelleri pros. p. 314 sq. Vidulariae fr. XXII 'iúben hunc ínsui ĭn cúlleo' Studemundus uoluit esse exitum septenarii;

sed ea scansio eo incertior est quod eius uersus pars prior periit. cognatum huic generi est id quod ex codice Ambrosiano legit Goetzius Stich. 699 Potiusne in subsellio || Cýnice hic accipimúr quam in lectis? Ímmo enĭm nimio hic dúlciust (lecticis — dulcius A). sed incerta est lectio et scansio, ut corrupta. Stich. 754 = 732 *U* Íta me di ament, núm quam enĭm fiet hódie haec quin saltét tamen *Camerarius Ritschelius Fleckeisenus Goetzius Ussingius,* dum uestigia in Vetere extantia sequuntur. at Merc. 176 nescio an praestet dicere *Tŭquĭdem ex* — quam *Tū quidem ĕx* —. dubiique sunt Stich. 716 et Capt. 791 et quidam uersus Terentiani. fortasse hoc non admisit Plautus nisi in antiquissimas fabulas.

Iam in exitu uocis creticum corripit

Sent 10 'Largítiŏ fundum non habet'.

Sed eo tempore quo hoc prouerbium, fortasse non antiquissimum, natum est, uocabula eius generis sermone quidem rustico et uulgari uidentur iam fuisse paenultima ancipiti; quod dixi p. CVIII. praeterea cf. adn. ad h. l.

In uoce autem cretica nulla uersuum antiquorum italicorum ea imminutio facta est nisi in his nominibus propriis: elog. 3. 3 Lúciom Scípióne fíliós Barbáti

„ 4. 5 qua ré lubens te ingrémiu Scípio récipit Térra.

Ac primum quaeritur utrum ea imminutio sit in ultima, ut dicendum sit Scipiŏ, Luciŏm, an in paenultima, ut Scipio Luciom, i. e. Scipjo, Lucjom. ad quod decernendum nihil ualent anapaesti, paullo plus trochaei, in quibus synizesis tollit falsum dactylum — quamquam interdum in primo uersu toleratus est, ut "Respice uero Thesprio" —; in iambo uero scriptor prologi dicere non potuit "Máccĭŭs uórtit barbare", sed aut Maccjus aut Maccis, nisi malis cum codd. et Buechelero m. rh. XLI. 12 Maccus; itemque per synizesin dicitur in exitu coli anapaestici *nuntium* Pseud. 603, in exitu Reiziani *iniuriam* Most. 899 (Spengel, *'Reformvorschl.'* p. 319). denique *Antium* et quae sunt eius generis in exitu hexametri

per synizesin efferenda esse nemo non uidet. nam quod CFG Muellerus aliique hoc genus, ut graecum, ab iis quae romana esse dicunt semouent, mihi id non persuadent; non quin negem -- quod omnes sciunt — poetas dactylicos Romanorum inde ab Ennio synizesin Homericam esse imitatos. sed primum synizesis graecanica ipso genere, quod ad soni naturam pertinet, non diuersa est ab ea quam romani antiquitus usurparunt. namque hodie, quod consentaneum est, uerius de hac praecipiunt G. Meyer gramm. graec^2. § 149 et Fr. Stolz gramm. lat. § 14 B 2. quam olim Corssen II. 747. sqq. deinde apud ipsos poetas dactylicos, ut *aureo* Verg., *Peleo* Catull. LXIV 336, *ganeonis* Prud. Ham. 322, *lanceas* Coripp. Iust. III 242 *P.*, *aheum* Coripp. Ioh. VI 488 *P.* magis est graecanici moris quam latini, ita, quod iam Luc. Mueller de re m. p. 243 et 249 obseruauit, *omnia* Lucilii et Vergilii et *insidiantes* Ennii magis sunt habenda romani moris quam graeci.

Malo igitur per synizesin Lucĭom Sc. et Scipĭo dicere in illis uersibus quam Lucĭŭm Sc. per correptam ultimam aut Scipĭŏ. itemque elog. 2. 1 "Cornéliús Lúcĭus (= Lúcjus Scípió Barbátus" [1]).

Est autem frequentissimum hoc genus imminutionis — siue contractio dicenda est siue correptio — in anapaestis Plautinis. eius rei exempla, sed nec omnia et nimirum nonnulla incerta, congesta habent Spengelius l. q. d. et CFG Muellerus pros. 404 sqq.

---

[1]) Non 'Lucius Cornelius' sed 'Cornelius Lucius, in illo uersu eam ob causam uidetur esse scriptum ut collocatione uerborum metrum ostenderetur, quod communi uerborum ordine oculos eorum qui legerent facilius fefellisset. et quamquam Lúciús Cornélius Scípió Barbátus per se non est deterior illo saturnius, tamen saturnium sine anacrusi primum eam ob rem, credo, non fecerunt, quod mos uidetur fuisse elogiorum scriptoribus ut saturnios sine anacrusi magis in postrema carminis parte quam in prima ponerent.

At nec in trochaeis nec in iambis licet, quod recentissimis magis perspectum est. nam cum Ritschelius, cuius est ea laus quod hoc discrimen animaduertit, minus agens aequabiliter, octonariis idem concessisset atque anapaestis, nunc, postquam Spengelius librum de emendanda ratione metrica edidit, satis constat octonarios scenicorum iisdem legibus quibus septenarios et senarios parere.

Saturnium numerum esse iambicum et trochaicum existimant. nec id iniuria. concedimus autem licentiam illam, de qua agitur, anapaestis permissam esse, alienam a genere duplo. quid ergo? est ulla coniunctio licentiae illius anapaestorum et eorum quae in saturniis quibusdam horridioribus eodem modo facta sunt? sane primo quasi obtutu non uidentur, si modo genera ipsa numerorum diuersa sunt, ea quae in utroque genere similiter fiunt inter se nexa esse. atqui fortasse anapaesti plautini, quod ad prosodiam attinet, non modo non omnes seiuncti sunt a saturniis, uerum etiam coniunguntur cum iis societate non intima illa quidem, sed aliqua. neque enim iambici trochaiciue subtili significatione dicendi sunt saturnii ita ut proprie ualet uis uerbi trochaei aut iambi; sed, id quod his prolegomenis exposui, saturnii sunt quodammodo medii atque interiecti inter numerum dactylicum uel anapaesticum et iambicum uel trochaicum. quare non licet in saturnios transferre omnia quae scenici usurparunt in iambis et trochaeis. uelut si quis uetat hemistichia saturnia sic scandi: "*Lúciom* (Lucjom) Scípiónem" et "*Scípio* (Scipjo), récipit Térra", quod ea scansione non facile uti liceat in uersibus trochaicis iambicisque scenicorum, eum non oportet sic scandere saturnium: "Consól *censór* aidílis", quod aeque atque illud ab iambis et trochaeis scenicorum alienum est. denique saturnii nec legibus iamborum astricti sunt nec in omnem licentiam anapaestorum prolapsi. quippe medii sunt inter ea genera. ac uersus Reiziani uel iambi lyrici, quo nomine ab Langeno ad Aul. 156 apte nominantur, hac re sunt saturniis similes. nam posterius

membrum uersus Reiziani et numeris et prosodia est quasi medium inter iambos et anapaestos. quamobrem in exitu uersus Reiziani nonnihil loci habet synizesis genus anapaestis permissum. Plautus Aul. 423 'nos tácti͡ost *(bisyll.) libri Reizius Ritsch.;* 157 nuptjás adórna; Most. 899 iniúrjam fácitis; Aul. 438 péru͡ium fácitis ('pervium' *bisyllabum*); Most. 892 soles plúmbe͡os *(bisyll.)* núммos. trochaicum autem uersum lacunosum Most. 864 malo cum Buggio legere sic: 'Fáciunt e maló peculium é bono quod fácere nequeunt' quam cum Lorentio 'Fáciunt de maló peculjum quóniam nequeunt dé bono'. — omnjum Trin. 933 et Stich. 526 in septenario suspectum est; nec probauit eam dimensionem Buechelerus de declin. p. 81. — Cist. I 1. 42 conicio legendum esse 'Ex pátribus conuentíciis. neque hánc superbiae érgo:' — superbjae cáusa' *uulgo.* — illud uero Naeuii iam perspectum est in libris Nonianis p. 124. 35 "Oderunt di hominés iniurjos — Égone an ille iniúrje facimus?", quo loco iniuros — iniure optimo iure scripsit Luc. Muellerus, ut Ribbeckius scripserat 'iniure'. etiam suspectum est Naeuii com. 17 *R* "Nam in céna uos noctúrna coepit práemjatores tóllere".

Iam quae leges in seueriore arte ualebant, eas semper tenere non potuerunt homines indocti rudesque. itaque hanc licentiam, qua nisi in anapaestis non utitur Plautus, usurparunt ii qui hos iambos scripserunt: CIL IX 2128 in Hirpinis "Iniúri͡am feci núlli officia [feci] plúribus" et Wilm. 2704 Romae "Sine áere alieno amícis fidĕm bonăm práestiti | Pecúli͡o pauper ánimo diuitíssimus. | Bene uáleat is qui hunc títulum perlegít meum". et Anthol. I 10. 2 *ed.* Buech. tit. Britt. "Immínet Leoni Vírgo caelestí situ | Spicífera iusti inuéntrix urbi͡um cónditrix". et CIL I 1306. 3 Matrém non licitum esse *únic*a gnatá fruei, | Quam nei ésset, credo, nésci͡o *qui i*nuidít deus". paulo minus offendit hexameter ille Pompeianus CIL IV 813 "Oti͡osis locus hic non est, discede mo-

rator". haec autem *iniurjam nescjo peculjo urbjum* asperitate similia sunt illis *Lucjum Lucjus Scipjo* quae sunt in elogiis Scipionum. nulli autem uersus Saturnii quidquam tale habent nisi Scipionum, omnium asperrimi [1]).

Nec uero casu factum esse uidetur ut in iis qui exstant Saturniis hoc genus synizesis non esset nisi in nominibus propriis; in quibus maior fere licentia propter metri necessitatem poetis sit concessa. quod etiam in metris graecanicis factum est. ut CIL IX 2975 "Gaius Útius Gāī fílius leto óccidit Honéstam uitam uíxsit pius et spléndidus". quod *Gaius* i. e. *Gais* — in lapide C· scriptum — uoce monosyllabum est id non mirum, nam is titulus inuentus est in Frentanis, in quorum sermone oscam uocem etiam tum octauo saeculo aliqua quasi uestigia impressa habere oportuit. in oscis quidem titulis Frentanorum est *Vibis* (latine Vibius) I· I· I· 83 et *Pa-*

[1]) Lucianus Muellerus *'der Saturnische Vers'* p. 19: "Wie bekannt zeigen die Inschriften aller Jahrhunderte des Alterthums, von der frühesten Zeit bis zur spätesten, so häufig grobe Fehler in der Metrik — — Mann muss also gerade das Umgekehrte von Ritschl's Behauptung aufstellen, dass nämlich die Inschriften mehr Freiheiten im Saturnier bieten als die Denkmähler der Litteratur. ihre Verse im allgemeinen schlechter sind als die des Liuius und Näuius". quod uero Idem l. c. p. 104 dicit illum qui elogium Scipionis filii Barbati scripsit pessimum fuisse uersificum, id profecto dici debet de illis tribus qui fecerunt tria elogia Scipionum antiquissima.

Constat autem dactylicos poetas, eosque elegantiores, id genus synizesis adhibuisse raro illos quidem, sed non omnino fugisse, uelut in principio hexametri Vergilius dixit steljo G. IV 243, in exitu Iuuenalis ludjum VI 82. et nonnulla Luc. Muellerus de r. m. p. 256 sqq. attulit exempla eius generis quod nunc quaeritur, quod positum est in I et V litteris cum uocali terminationis colliquescentibus. haec addo appellatiua, nam de nominibus propriis mox dicam. Sedulius c. Pasch. I 278 *Hold.* denarjos. Venantius C. II 2. 28; 6. 22 pretjum, *sic Leo dubitanter*. Corippus Ioh. III 504 *Petsch.* tribunicja. ceterum de synizesi in terminatione *-ium* adhibita cf. Lachm. ad Lucret. I p. 131 et 193; Ritschelius op. II 598.

kis I· I· I· 86. *Gāī* per duas syllabas dicendum est, ne uersus caesura careat, neue lex sermonis uioletur, nam — quod docet Luc. Muellerus de r. m. p. 260 — "in Gaio et Gaiano uocalem constanter seruarunt antiquiores". ergo relinquitur ut dicamus in illo senario *Utĭus* per synizesin. ambigitur is qui scripsit prologum Asinariae Plautinae ausus sitne sic scribere u. 11 "Demóphilus scripsit, Mácciŭs uortit barbare". quod si uerum est, quod putat Bergkius, primo fuit *Maccis*. atque est — quamquam raro fit — ubi apud doctos poetas et ipsos inuenias talia, sed maxime in dactylis anapaestisque. uelut in anapaestico u. Plautus Pers. 767 *Sagaristĭo* 772 *Paegnĭum* Cas. IV. 4. 9 *Olýmpĭo,* de quo uersu Leo m. rh. XL 175. sed ne in trochaicis quidem uersibus ea licentia credo omnino abstinuisse Plautum. qui quidem scripsit, si libris credimus, Capt. 558 "Hégĭo, fit *(BJ:* sit *E:* sic *FZ)* quod tíbi ego dixi — glíscit rabies: cáue tibi". sed *tibi,* quod uidit Leo, si est monosyllabum, *Hegio* erit trisyllabum. at nihil est quod uexemus uerba Porcii Licini quae tradita sunt a Suetonio uit. Ter. 28. 4 *R* = 292. 24 *Roth* "Nil Publius ‖ Scípĭo profuít nil illi Láelius, nil Fúrius"; quae uerba adscripsi ad elog. 4. 6 p. 62. itemque Plautus Bacch. 953 Ilĭo tria fuísse audiui fáta quae illi fórent exitio". — hoc igitur Plautus et Porcius non usurparunt nisi in principio uersus trochaici. Naeuius autem ap. Macrob. S. III 18. 6 = com. 21 *R* "Quis heri ápud te? 'Praenestíni et Lanŭini hóspites". ii autem poetae quorum aetas interiecta est inter antiquissimos et recentissimos nihil tale, quod sciam, ausi sunt in iambis aut trochaeis. at Ausonius scripsit epist. XII. 86 p. 242 *P* "Siluĭos Iúlis míscuít".

Iam uero dactylici poetae, cum raro uterentur eo genere, tum multo saepius ita dixerunt nomina propria quam appellatiua. quod eo magis intellegetur si in uniuersum reputaueris appellatiua longe plura et frequentiora esse propriis nominibus. in priore igitur parte hexametri Martialis I 108. 3

Vipsaníās, et fortasse IV 78. 8 *Sigeriōs;* si modo uere locum eum tradunt libri, Schneidewinus[1], Gilbertus, at *Sigeros* Scriv. Schneid[2], Friedlaenderus. in principio hexametri *Pacūi* disyllabum dixit Pompilius ex emendatione Lachmanni comm. Lucr. p. 306 (pacuuius *codd.*). in exitu hexametri Ovidius met. XV 718 *Antíum*. at Vergilium Aen. I 2 uix crediderim scripsisse *Lauiniaque* et non *Lauinaque*, praesertim cum libri discordent. ille autem exitus hexametri qui est ap. Martialem II. 29. 5 si mutandus est — quod putat Lucianus Mueller de r. m. p. 256, ego incertus sum — certe dicendum *Marcellino* potius quam *Marcellano*. ac ne forte quis dicat "Marcellano" eo comprobari quod sit apud Sidonium epist. I 10. 6. libris traditum "coniuratio marcellana", Luetjohannes et Mommsenus et scribunt Marcelliana, et quod scribunt doctissime tuentur ed. Sidon. p. 430. sed nescio an quod loco illo Martialis libris traditum est *Marcellíano* pariter sit ferendum ac *Nasidíeni* quadrisyllabum ap. Horatium S. II 8. 1 et, quod Corippus dicere solet, *Iustiníane* quadrisyllabum Ioh. I 15 aliisque locis et, quod idem dixit, *Marcíanus* Ioh. IV 505. quid? quod etiam est in iambis titulorum anthol. I. 8. 2 *ed. Buech.* "Urbánus praetor Véldumnían us Iúnius" et anth. I. 10. 9 *B* Marcús Caecilius Dónatían us mílitans". — quod autem afferri solet quasi Lucilianum *Dicaearchíum* (Lachmannus comm. Lucret. p. 193 Corssenus II 754 Luc. Muellerus l. c. 256), eum uersum sic legit Thewrewkius de Ponor Paul. p. 88. 7 "Inde Dicarchitum populos Delumque minorem".

Et haec quidem hactenus de cretico qui uoce aut parte uocis constat ita imminuta ut locum teneat uel dactyli uel spondei.

§ 7. Proximum est ut mentio fiat cretici positi pro anapaesto:

Ded. 4. 6 gondécorant sáipĭsumé comuíuiā loidósque
Elog. 2. 3 quoius fórma uírtútei párĭsumā fūit.

Sed de ded. 4. 6 et elog. 2. 3 satis dictum est adnotatione iis uersibus subiecta.

§ 8. Ergo, ut complectamur summam eorum quae nunc disputata sunt, correptio anapaesti et cretici in uersibus italicis antiquis non admodum fuit accepta. ea enīm licentia et rara fuit nec satis permissa nisi numero anapaestico — qui etiam in Saturniis aliquem locum habet —; ceteroquin inusitata praeterquam in prouerbiis rusticis et uersibus inconditis titulorum quorundam.

Multo maiorem locum habet correptio iambi, quam usitatam fuisse et communem priscis Ritschelius op. IV 405 uere dicit. quibus autem terminis definiatur breuiter dicere non erit alienum. quamquam igitur ad has quaestiones nulla adhibui exempla nisi ea quae ad dimensionem uersuum italicorum, de quibus quoque loco agebatur, confirmandam opus esse uidebantur, tamen cetera, si quae uel a CFG Muellero allata sunt uel mihi adnotata, nihil ualent ad mutanda aut eleuanda ea quae ipsis disputationibus Muelleri uel effecta sunt uel effici possunt. quae cum ad poesin saturniam transferre studeo auctorem sequor Havetum.

Natura longae syllabae corripiuntur nullae nisi ultimae. itaque non licet dicere cum Haveto "férŏcia pariat", non "tíbi ŭtier uita". atque etiam in anapaestis dubito an iniuria Muellerus et Spengelius dici uelint "amăbo" et q. s. eius g. — CIL XI 575 "Ita cándidatus fīat honoratús tuus" dicendum est, non "Ita cándidatus fīat honŏratús tuus".

Ac ne positione quidem producuntur ullae syllabae "radicales" nisi ultimae, praeterquam in particulis et pronominibus. ut 'ego ŏccludor', 'guběrnator', 'satĕllites' 'abi ătque' dici potest; "remĭtte" dici non potest. 'in ănnis' CIL VIII 646 in maesoleo Iuliorum Africano barbarismus est. nĕc uero

more prisco romano ita dici solitum est. itaque ĕst saepe corripitur, esse paenultimam non corripit.

Praesertim si media est liquida aut nasalis aut V littera — quod iam Christius docet — uoces iambicae corripiuntur, ut *honŏs (honŏr), dŏmŭ, ĕrŏ, Iŏuī*. nec tamen hoc genere ea correptio circumscribitur.

Inter partes orationis maxime breuiantur atona, siue particulae sunt siue pronomina siue copula *'ĕst'*. minus saepe corripiuntur uerba, minime saepe nomina. quamquam, id quod Muellerus et Christius docent, nominum quaedam corripiuntur saepius, terminationesque *-es -is -us* saepius si uerbales sunt corripiuntur quam si nominales. et quidem *-es* et *-is* saepius corripitur quam *-us*.

§ 9. His igitur quae hoc excursu disputauimus efficitur correptionem uocis uel complexionis syllabarum iambicae priscis carminibus Romanorum, siue graecanicis formis siue patriis pangebantur, fuisse communem.

In hac re multa obscura sunt, multa controuersa. sunt qui putent uoces iambicas a scaenicis priscis ideo correptas esse ut aliquid concederetur sermoni ususque uitae communis in scaena magis repraesentaretur. quod uanum esse iis quae nunc disputata sunt efficitur. et sunt alia quae ad eam opinionem tollendam multum ualent.

Neque enim diuerbiis ea correptio circumscripta est, sed — quod omnes sciunt — multa eadem in canticis. quae ut minimum loci habet in creticis et bacchiis, ita plurimum in iambis et trochaeis canticorum et anapaestis. cuius rei exempla hoc loco afferre non opus est. sed ne quis credat eam licentiam in anapaestis fuisse ita propriam Plauti ut non ad alios antiquissimos scriptores scaenicos pertineret, adscribo hunc uersum Naeuii com. 57 *R* "ac, méis bonĭs ómnibus égo te herém faciám". nec uero minus in dactylis id factum est quam in anapaestis. Plautus Rud. 668 *BCD* Ín metŭ núnc sumus

ambae. Trin 239 sq. *A* Blándiloquéntulus hárpagŏ méndax | Cúppes auárus [elegans] déspoliátor | Lătĕbricolárum hominúm corrúmptor [blandus inops] | Célatum índagátor. (Latebri — | Blandus *B*). Trin. 268 sq. *dactylica tetrapodia cum logaoedica tetrapodia ex discriptione Ambrosiani:* Súnt tamĕn quós miserós maleque hábeas | Quós tibi ŏbnóxiós fecísti. Trin. 276 sqq. *A* Quo íllic homó forăs sé penetráuit? [ex aedibus] Pater ádsum mi ímperă quíduis; | Néc tibi ero ín mŏră néc latebróse | Me ápstuo cónspectu óccultábo. sic *A*, quocum *B* fere consentit, nisi quod quaedam, ut fit, uersibus praelongis coniuncta habet. Trin. 291 Quín, priŭs me ád plurís penetráui Bacch. 627a Nón tacĕs ínsipiéns? "taceam?" — Capt. 506 *logaoedicus* Sýngraphúm datŭr mi ílicó. Casin. III 6. 19 sqq. *Leo m. rh. XL 199* Séd lepidé nitidéque uoló | Níl morŏr bárbaricó bliteó | Stásne etiam? ĭ sis. ego híc habitó. | Núm quid ĕst céterŭm quód morae sít? — Curc. 97 *Buechelerus m. rh. XXXIX 286* Eíus amór cupidám me huc prólicĭt pér tenebrás. Curc. 156 *Buechelerus* Št tacĕ tăcĕ. "taceo hércle equidém sentjó sonitúm.

Eiusdem generis sunt hexametri Sortium [1]). CIL I 1442 Est equos perpulcer, sed tu uehĭ uon potes istoc. I 1444 Fórmidát omnés quod mētuĭt, íd sequĭ sătĭust. I 1453 Quod fugis quod iactas? tibeĭ quom datŭr spernere noli. I 1454 Qur petis pos tempus consilium? quod rogăs non est. I 1439 Credis quod deicunt: non sunt ita. ne forĕ(s) stultu(s). FORE STVLTV in lapide i. e. fores stultus; -s finalis enim omitti potest non modo nominum, sed etiam interdum uerborum; de qua re egi adnot. ad Sent. 81. 2. 1 p. 15 et ad Sort. 5. 1 p. 22. non igitur opus est mutare NE FORE, ut scribas aut cum Ritschelio "*re* fore" aut cum Mommseno "*credere*". nam 'ne fores stultus' i. e. 'ne esses st.' i. e. 'non debuisti

[1]) **Nec tamen in sortibus neque in uersibus italicis antiquis uox cretica ponitur pro dactylo.**

esse st.' (ut temere crederes) uel 'stulte egisti, quod non debuisti'. fores est enim dictum iussiuo modo praeteriti, quoniam imperfectum coniunctiui etiam ideo ponitur ut significetur quid quem facere oportuerit. de qua re Holtze SPL II 74. Landgraf ad Rosc. Am. § 72 et ad schol. Reisig³. II 373[461]. Blase de irreali p. 2. nihil attinet hoc loco quaerere Sortes illae factae sint ante Ennium necne. potuerunt sane uel post eius aetatem ita scribi; neque enim continuo artis elegantioris praecepta ad indoctum uulgus descendere potuerunt. satis erit monuisse, quod iam Ritschelius perspexit, in iis antiquum morem sermonis carminumque seruatum esse. quantum autem ratio noua et ab Ennio instituta in genere pari — quod γένος ἴσον uocant Graeci — differat a uetere satis apparet eo quod singula prisci moris apud Ennium et Lucilium exstant exempla. Ennius ap. Cic. Cat. mai. § 10 et de off. § 84 "Non enĭm rumores ponebat ante salutem". sic libri utroque loco. "noenum" Lachmannus aliique; sed cf. Vahlen *'ueb. die Annalen d. Ennius'* B. 1886 p. 7[1]. Lucilius ap. Non. 19. 1 "Publius Pauos mihi Tuditanus quaestor Hibera | In terra fŭĭt lucifugus nebulo id genus sane". quod non possum cum Lachmanno comm. Lucr. p. 193 pronuntiare ita ut V littera in consonantem duretur. at dubito an magis uideatur quam sit huius generis uersus ille Pompeianus CIL IV 1824. 3 "Si potĕst illa mihi tenerum pertundere pectus". nam 'potest' suspicor h. l. minus diligenter scriptum esse pro illo 'pote'. mitto communia, ut mihi tibi sibi ibi ubi modo, siĕt Lucil. 342, sicutĭ, de quo p. CVIII sq.

Supra dixi nouam illam rationem ab Ennio institutam non dactylis contineri, sed pertinere ad uniuersum γένος ἴσον. quam coniecturam facio eo quod in anapaestis et ipsis inde ab Ennii aetate nihil aut non multum priscae licentiae inueni. Accius uno loco singulari modo, si uerba sunt integra, scripsit ap. Charis. p. 288 $K = 289$ R "Sed iam Ámphilochum huc uadére cerno et | Nobís datŭr bona pausá loquendi | Tem-

púsque in castra reuórti". pro "datur" G. Hermannus cj. "data", quod haud scio an sit recipiendum. Titin. autem ap. Non. 102. 3 = 76 *R* malo cum Luciano Muellero sic scandere "quam égo hodie extorrem hác domo | Fáciam pilatrícem palli púlchreque euallauero" quam cum Ribbeckio: "quam ego hodie extórrem | Hac dómŏ faciam pilátricem pallae éuallauerŏ púlchre. Afranius ap. Non. 512. 26 ex scansione et lectione Ribbeckii com. 12 "Hac háeret, at haud clamór oritur, sed spíritŭm firmiter ínflat, at Luc. Muellerus: "Hoc háeret, utut clamós oritur, sei spíritus firmiter insit" (instat *libri*). praeter hos et perpaucos et profecto ualde dubios nullus exstat Plauti aetate posterior uersus anapaesticus quin factus sit ad normam seueriorem illam, quam dactylico generi constituit Ennius.

In iambis uero et trochaeis diutius uim suam obtinuit uetustas. neque enim prisca licentia iambos corripiendi uersibus comicorum definita est; pertinuitque ad uniuersam poesin priscorum Romanorum. nam de patriis Romanorum metris iam disputatum est. restant senarii et septenarii tragicorum. a quibus correptionem iambicam non exclusam esse ostendunt fragmenta. quamquam eorum pleraque dubia sunt, quae asterisco notabo. omitto uero quaedam maxime dubia. *Naeuius Danae ap. Non. 456. 26 "Eám nunc esse inuéntam probrĭ scis cómpotem?" propris (propriis) c. scis *libri*. *Liuius Andronicus Aiace Mast. ap. Non. 207. 33 = trag. 16 *R* "Praestóst uirtuti láus, gelŭ sed multo ócius | Vernó tabescit". praestost u. l. *scripsi:* praestatur l. u. *codd.;* uerno *Buechelerus:* uenio *codd.* Naeuius in praetexta quadam ap. Cic. Cat. M. § 20 "Próueniebant óratores nŏuei, stulti, adulescéntuli;" de quo uersu egi p. CXIII sq. illi autem de Lupo uersus Naeuii ap. Fest. 370 *Th. de P.* = 270 *M* = Naeu. praet. 5 *R* cum sint ualde corrupti, quomodo scandam dubito; sed scilicet non potest, ut uult Ribbeckius, dici "rédhŏstis", de qua re disputaui p. CXXXIII. — Ennius Achille ap. Isidor. diff. 218 = trag. 10 *R* — "sum-

mam tú tibi Pró mală uita fámam extolles, pró bonă partam gloriam" *Ribbeckius:* et pro bona paratam *Isidorus.* Ennius in Achille Arist. teste prol. Poenuli 3 = trag. 15 *R* "Audíre iubĕt uos ímperator" — —. Ennius in Alcumaeone ap. Cic. de or. III § 218 = trag. 20 *R* "Múltis sum mŏdĭs círcumuentus, mórbo exilio atque ínopia". 'multimodis sum' *Bothius,* sed non opus est uerba mutari. Idem in Alexandro ap. Cic. de diu. I § 66 = trag. 48 *R* "Ádĕst adest fax óbuoluta sánguine atque incéndio". Idem in Andromacha aechm. ap. Cic. Tusc. III § 44 = 78 *R* "Cúi nec arae pátriae domĭ stant, fráctae ac disiectáe iacent". Idem in Hecuba ap. Non. 342. 31 = 175 *R* "Quáe tibi ĭn concubió uerecunde ét modice morém gerit". ('ti in' *Luc. Muellerus.*). Idem ap. Cic. de or. I § 199 = trag. 352 *R* "Ĕx ĭncértis certos cómpotesque cónsili". quod durius est. sed quod coniecit Luc. Muellerus F 405 "ex mestis" — oportuit 'maestis' —, id concinnitatem uimque antitheti tollit. Idem ap. Cic. de rep. I § 30 = trag. 201 *R* "Quod ĕst anté pedĕs nemo spectat caeli scrutantur plagas ('Quód pro pedibust' *Luc. Muellerus* coll. Minuc. 12. 7). Idem ap. Non. 297. 24 = trag. 241 *R* "Útinam né ŭmquam Méde Colchis (cordis *codd.*) cúpido corde pédem ĕxtulisses". Buechelerum auctorem secutus Luc. Muellerus 'extetulisses' pro eo quod traditum est scribens anapaestos dimetitur. Idem ap. Cic. Tusc. II 38 = 315 *R* "Petó priŭsquam oppetó malăm pestem mándatam hostilí manu". datam h. m. *Bentleius.* Idem ap. Seru. Aen. I. 4. = 391 *R* "indúta fúĭt saeua stola". Idem, si libris credimus, ap. Varr. l. l. VII 93 = 402 *R* "Eu méa puella *e* spé quidem ĭd successít tibi". *e* add. Ribb. sed nescio an iure Luc. Muellerus l. de Q. Ennio p. 238 id e comoedia Naeuiana sumptum esse iudicat. Pacuuius cum auunculo hac in re conuenit. eius enim est ap. Cic. de diu. II § 133 = *3 *R* hic uersus "Breuĭ cápite ceruice ánguina, aspectú truci". 'capite breui' *libri,* transposuit Ribbeckius cf. huius libri p. CXIV. Idem Pacuuius ap. 126. 23 = 35

R "quod égo ĭndaudiui accípite et qui sit fácto opus decérnite". 'indaudiui' *Kiesslingius:* inaudiui *codd.* Pacuu. ap. Non. 490. 13 "Dólĕt pigetque mágis magisque mé conatum hoc néquiquam itiner". (*ualde dubia est lectio Ribbeckii Pac. 54 'híăt sollicita': †hil sollicita *codd. Non. 419:* nil s. *Luc. M.*). Idem ap. Non. 160. 1 "⏑⏓ mi gnate ut uérear loquĭ porcét pudor". *e*loqui cj. *Iunius.* (incerta coniectura Ribbeckii *Pac. 183 'cuius pătĕr ueretur': cuius a te u. *libri Non.* 496. 31: cuius te u. *Vossius*). Idem ap. Non. 75. 13 "blándam hortatricem ádiugat | Volŭptátem". *Idem ap. Cic. acad. pr. II § 88 "Age ădstá mane audi; ista ítera dúm eadém mihi". itera dum eadem ista *libri, transposui;* istaec *Ribbeckius Pacuu. 202* cum hiatu. *Id. Pacuu. ap. Fest. p. 436. 10 *Theiwr. de Ponor* = 305 *M* Qua súpĕr re interfectum ésse dixisti Híppotem *Luc. Muellerus, teste Ribbeckio trag. p. 106:* H. d. *Farn. Festi.* — Pacuu. ap. Cic. de Fin. V § 63 = 365[1] *R* p. 124 "Égo sum Orestes. Ímmo enĭm uero ego sum, ínquam, Orestes". Idem ap. Fest. p. 100. *Th. de P.* = 133 *M* = 377 *R* "Ad manticulandam ástu adgreditur scít euĭm quid proméruerit".

Ultimus uero Accius poetarum latinorum in iambis et trochaeis uetustum morem retinuit, ut nec uocum neque complexionum iambicarum breuiationem magis quam antiquiores tragici uitaret. is enim — si modo dimensione usus sum uera — sic scripsit teste Nonio 257. 30 "⏑⏓⏑ melius quám uirĭ callent múlieres". Idem Accius ap. Non. 159. 26 "⏑ quámquam exanguest córpus mihi ătque annís putret". *sic libri:* mi *Ribb. Acc. 56, Luc. M.* *Accius ap. Non. 132 = Ribb. Acc. 60 "Út me depositum ínmerentem répĕntino alacrem núntio | Réddidisti adque éxcistati ex lúctu in laetitúdinem". 'rep. nunt. alacrem' *codd.,* quae uerba transposui ita ut prior uersus pariter atque alter esset septenarius; quod secus erit si legas cum Bothio: 'nuntio repéntino alacrem'. Accius 67 *R* 'néc ĭlle'; 133 *R* 'uel hĭc qui'; 299 *R* 'quid ĭstuc'; 191 *R* cauĕ; 303 *R* uidĕn.

sed ea quae sunt huius generis, cum sint frequentissima, antiquiorum exemplis non adscripsi. Accius ap. Non. 73. 28 = 81 *R* "Sed ăngústitatem inclúsam ac saxis squálidam". angustitate *Vossius.* Acc. ap. Non. 424. 2 = 104 *R* "Nec queí te adiutem inuénio, hortari púdĕt, non prodesse íd piget". 'pudet' *utroque loco libri, corr. Ald.* Acc. ap. Non. 534. 2 = 128 *R* "Éo ănte noctem hestérna *(Bergkius:* externa *codd.)* retia út praeueherem et státuerem Fórte aliquanto sólito *(Gerlachius: solitus codd.)* lembo súm progressus lóngius". Idem ap. Non. 257. 17 = 147 *R* "Quid ĕst cúr componere áusis mihi te aut mé tibi?" Idem. ap. Non. 276. 30 = 153 *R* "Maiōr erĭt luctus cúm me damnatum áudiet". Idem 198 *R* = Prisc. I 233. 9 *H* "Simul ét Pisaea práemia arrepta á socrŭ possedít suo". *Id. 275 *R* = Non. 322. 26 "Ita ĕt flétu et tenebris óbstinatus spéciem amissi (i. e. amisi) lúminis Conspíciendi insoléntia". et fletu *Scriuerius:* effletu *codd.* conspiciendi *Bothius:* conspicient i . . . *libri.* Acc. ap. Non. 238. 19 'puĕr ne', de quo loco disputaui p. CIV. Acc. ap. Non. 470. 23 = 447 *R* "Rémanet gloria ápŭd me exuuias dígnaui Atalantaé dare". *Acc. ap. Non. 308. 8 "frígĭt fricatque occúlte corpus ácula abstruso in flúmine". fricatque *uir doct. ap. Voss.*: fricantem *codd.* acula *Ribbeckius:* acuum *codd.* corp. ac. occ. *codd., transposui.* Accius ap. Prisc. I 196. 17 *H* et Macrob. Sat. VI 5. 14 = 463 *R* "Éx taurigeno sémine ortam fúĭsse an humanó *fe*ram". humano *fe*ram *Ribbeckius,* humano eam *rUBDHGLK Prisciani:* humano *R Prisc. et Macrob.* Acc. ap. Cic. Tusc. I § 105 "Ímmo enĭm uero córpus Priamo réddidi, Hectori ábstuli".

Postremo addo locos Incertorum tragicorum. Incertus ap. Quint. IX. 3. 77 = 21 *R* "Hécuba, hoc dólĕt pudét pigét". Incertus ap. Quint. IX 3. 57 = *trag. inc. 102 R* "Ioue pátre prognatus ést, ut perhibent, Tántalus, | Ex Tántalo ortus Pélŏps, ex Pelope autém satus | Atreús, qui nostrum pórro propagát genus". Trag. inc. 206 *R,* Cic. Tusc. II § 36

. . . "ápŭd Lacaenas uírgines". Trag. inc. 210 *R*, Cic. de off. I § 61 "Vós enĭm iuuenes ánimum geritis múliebrem".

Horum nullus est locus ex quo non aliquo modo corrigendo ea asperitas eximi possit, ut eximere contendunt cum alii tum Lucianus Muellerus. qui multum laboris, multumque acuminis impendit ut prisca carmina Romanorum ad seueriorem normam posteriorum exigat. sed nihil agimus tali conatu. frustra enim euellere conabimur hoc priscis illis carminibus penitus innatum insitum infixum, exstirpari tamen non poterit. quamobrem non modo non tollenda ea quae ita sunt posteritati tradita, sed etiam ueri simile est grammaticos Romanos ipsos, qui posterioribus floruerunt aetatibus, cum noua essent disciplina imbuti, antiquitatem huius quoque rei saepe sustulisse.

Eadem qua Accius aetate fuit Lucilius. tamen non modo non in hexametris, sed uix in septenariis senariisque eius ullam inuenias correptam uocem aut complexionem uere iambicam, sed solum syllabas ambiguas, quas etiam posteriores corripiebant, ut "módŏ sursum, modō deorsum tamquam collus cernui" (532 *B*). (a correptis ultimis nimirum distinguenda ea quae synizesin passa sunt: meo͡ Lucil. 478 *B*; mei͡ 551 *B* eo͡ 568 *B*; cui͡us 749 *B* et q. s. eius g.)

Apud scaenicos ipsos qui post Lucilium fuerunt ea correptio uocis et complexionis uere iambicae cito obsoleuit; ut uideatur mos ab eo institutus celeriter a iunioribus receptus esse. nam etsi Sullana aetate nondum omnis illa uetustas abolita est, tamen non multum loci retinuit. paucissimaque et ea leuissima eius correptionis indicia in illius aetatis reliquiis exstant. ut praeter tritissima illa et uulgatissima ab ĭllo Afran. tog. 25 R; quod ĭlle Pompon. atell. 1 *R* cur ĭstuc Non. atell. 52 *R*; sed ĕccos Afran. 235 *R* (de quo disputaui p. 64 huis editionis); abĭ Afran. 137 *R*, manĕ *imperatiuo* Afran. 95 *R*, manĕn Non. 92 *R:* praeter haec inueni paucissima. Atta 10 *R* apŭd mensam; 1

Pătĕr uílicatur. Afranius 5 *R* Simŭl límen; 356 *R* Volŭptátem; uolŭptátibus Pomp. 78 [1]).

Titulorum senarii et septenarii ii qui liberae reipublicae temporibus scripti sunt, cum sint omnes fere Lucilii aetate posteriores, generatim illius qua scripti aetatis morem declarant. nam quoniam genus hoc populare ad seuerae artis praecepta non semper potest reuocari, consentaneum fuit correptiones uocum iambicarum eas quas poetae docti diligentesque fugiebant, interdum in titulis fieri. sed raro tamen factae sunt. hos locos notaui. CIL I 632 = III 582 "Memór qui fŭĭt deorum". sed fŭĭt ita corripuit Lucilius ipse, u. p. CIII. — CIL I 1194. 2. fuĭ párens. de illis sĭtŭst, sĭtăst mentionem fęci l. q. d. CIL I 1019. 6" Parĭ cóniugio uirtúte summa indústria. CIL I 1027. 1 Hospés resiste et hóc ăd grumum ád laeuam áspice. ad *deleuit Ritschelius.* sunt igitur haec eius aetatis cum mos ultimas tales corripiendi et obsolescere coepit necdum plane abolitus est. itemque quod est Anthol. epigr. I 24. 3 *Buech.* "Qui béne cognorunt cógnitam bene ĕxístumant" eius fuisse antiquius exemplum iure suspicatur Buechelerus. quod idem dici oportet de Anthol. ep. I 44. 2 *B* "Fidés amŏr sensus púdor et sánctitas". "fidés amór sensús pudōr" Buechelerus numero incomposito. quamquam scribebantur etiam im-

[1]) Pomponius 81 *R* uocát | reuórtit *Luc. Muellerus Non. 476 (aliter Ribb.).* Pomp. 97 *R* "Néque ĭnterim" *Ribbeckius non probabiliter; cf. Luc. Muellerus Non. 36. 8.* Pomp. 113 *R non* "senĕx intestato" — *sic Ribbeckius* —, *sed* 'seneca int.' *iure Luc. Muellerus Non. 323. 28 collato Pompon. 131 R = Non. 17. 21.* Non. 30 *R* comést quod *Buechelerus:* comĕst quidquid *codd.* Laberius mim. 1 *R* Quid iúsiurandum *fortasse:* quid ĕst iúsiurandum *codd. Gell. XVI 7. 14; ceterum baccheos Flekeisenus.* Lab. 48 *R* Vérum tu hunc *Luc. Muellerus Non. 208 19:* †Virum tu hunc *codd.* Laber. 87 *R uidetur esse septenarius iambicus:* Tollét bona fidé uos Orcus núdas in catómum. *Corruptum est illud Laberii ap. Gell.* III. 18. 9 †Caput sine lingua pedani. (sine lingua căpŭt pedarii *Ribbeckius Laber. 88 non probabiliter).*

peratoria aetate in titulis rusticanis interdum aliqua eadem licentia. ut Anth. ep. I. 10. 1. *B* "Immínĕt Leoni uirgo" scriptum ab homine magis sueto gladio quam stilo tractando.

Mitto ea quae scripta sunt ab hominibus indoctis infima aetate, postquam discrimina quantitatum uox latina turbabat, ut multi tituli et Precatio Terrae *A Ries.* 5. ea ab hac disputatione aliena sunt.

Nec uero iis quae nunc disputata sunt repugnant editi in hoc libro tituli qui nec ante tempora Sullana facti sint et correptionem illam habeant, elog. 19. 3; 21. 1: 22; 25. 2; 27. 2; 32 II. 1. nam quod 22 est fŭĭt insequente consonanti, idem factum esse ab Lucilio in hexametro et in titulis illius aetatis graecanicis uidimus pp. CIII et CXLII. sed et huic et illis quae sunt elog. 19. 3 ut mé ăd te — licet tamen sic quoque ut me ád te — et elog. 25. 2 morĭ et 27. 2 sităst, his igitur omnibus antiquiora sine dubio fuerunt exempla. illa autem 21. 1 'cogită' et 32 II. 1 'ŭxor' imputanda sunt inscitiae licentiaeque agresti, cuius similia exempla a graecanicis titulorum sumpta attuli ad elog. 21. 1.

PARS II.

VINDICIAE POESIS PATRIAE ET POPULARIS ET ANTIQUAE ROMANORUM.

Iam quoniam parte priore exposuimus quale esset id quod quaerimus, proximum est ut qui ei rei termini constituendi sint uideamus, quaque ratione domestica a graecanicis distinxerimus explicemus. sed mitto uersus Saturnios, quod metrum quin sit domesticum aut certe antiquius Liuio Andronico non facile quisquam dubitabit; et quaecumque de eo exstant testimonia antiquorum ea diligenter conquisita sunt cum ab aliis tum a Santenio Lennepio Lerschio Duentzero Haveto Luciano Muellero. restat ergo ut ambigua explicemus, quae quidem multa sunt et recondita. nam, quia laeto prouentu artis eius quam Graecia in agreste Latium intulit domesticus fetus omnis repressus et tamquam obsitus est, reliquiae paucae illae uersuum italicorum neque in medio positae sunt neque semper facile est distinguere numeros italicos a similibus graecanicis. quemadmodum enim ii qui stratis superioribus summotis monumenta antiquitatis sub terra condita eruunt inque lucem proferunt, quamuis magna utantur diligentia atque eruditione, tamen saepe non sine aliqua dubitatione discernunt cuius sit quaeque res aetatis, ita uetustae illae reliquiae poesis domesticae et popularis uersantur in magna obscuritate.

Cum autem non omnium generum domesticorum, quibus prisci casci illi usi sunt, exstent reliquiae [1]), cumque eorum

[1]) Et quae de clarorum uirorum laudibus cantitata erant ab antiquissimis carmina, ea iam aetate Ciceroniana ex omni homi-

quae exstant sint quaedam non ambigua, hae quaestiones non uagabuntur per totum illum campum poesis domesticae, sed definientur prouerbiis et elogiis et carminibus sacris. quorum numerus probatur quinque rebus: testimoniis genere elocutione aetate exemplis.

---

num memoria atque cognitione exciderant. Cic. Brut. § 75 de quibus uerius Cicerone Varro ap. Non. p. 77 s. u. assa uoce, cf. Teuffel-Schwabe [5] § 82. 3.

CAPVT VIII.

De sententiis.

Graeci a graecis grammaticis congesti exstant thesauri prouerbiorum, latini a latinis nulli [1]). qua re memoria latinorum est prae graecis exilis, praesertim cum elegantissimus quisque scriptorum romanorum — si a comicis discesseris, quorum prouerbia ad id quod quaerimus nulli fere sunt usui — ab usurpandis prouerbiis rusticis maxime abhorruerit. itaque perraro ea inuenias in historiis praeter Ammianum Marcellinum, perraro in orationibus. paulo plura in libris Varronis et Ciceronis et Quintiliani et maxime Senecae. uberrimam uero copiam prouerbiorum et eorum optimorum posteritati prodidit Petronius imprimis in ea operis parte qua Trimalchionem et municipes quosdam eius facit conuiuantes atque confabulantes. poetae cum alii tum comici haud pauca habent prouerbia, sed ea incertum est saepius utrum integra sint an metri causa mutata. sed ut reconditae fere sunt copiae latinae prouerbiorum, ita quoniam non per grammaticorum riuulos sed ab ipsis fontibus scriptorum eorum cognitionem petimus, ea inde percipitur utilitas, quod ipsi si non semper, at saepe tamen magis cernimus primum quae sint uera prouerbia, deinde, si

[1]) Nam quantam copiam conquisiuerit Sinnius Capito, qui maxime commentariis Plautinis uidetur usus esse nescimus. certe exigua et sparsa sub eius nomine sunt apud Festum. de eo u. Teuffel-Schwabe 260. 3; Reitzenstein *'Verrianische Forschungen'* p. 23, 88. nihil uero utilitatis posteritati redundauit in hoc genus ex studiis Apulei.

qua pluribus modis sententia dicitur, quo modo quaeque dicta sit ab antiquioribus. quod secus est in studiis paroemiographorum. ab iis enim et mixta sunt apophthegmata prouerbia glossae nec omnia prouerbia ita tradita ut ferebantur sermonibus uulgi, sed multa a poetis sumpta, quorum magna pars metri causa sine dubio mutata est.

Sed redeo ad latina. quod igitur quoque loco esse uisum est prouerbium, id probatur primum testimoniis antiquorum, deinde elocutione, nam est prouerbiorum propria breuitas pressa atque arguta, tum rhythmo, qui saepe sed non semper coniunctus est cum consonantia uel alliterationis uel — quod rarius fit — homoeoteleuti. etiam ex eo quod a pluribus iteratur sententia communis intellegitur esse prouerbialis. quod si uariatur uerbis, nihilo minus sententia usu trita habenda est prouerbialis. magna erat enim scriptoribus prouerbia mutandi licentia, ut uideantur nonnumquam elegantiores homines id egisse consulto ut non tam ipsum prouerbium aliquod uulgi quam sententiam ei subiectam redderent. et, quoniam magna pars prouerbiorum antiquiorum, siue in populi sermonibus nata sunt siue sumpta a libris poetarum, rhythmo est atque etiam metro quodam, — et quidem maxime antiquissima quaeque — eam ob rem, si quod prouerbium pluribus modis dicitur, si etiam ita ut numerose cadat, is modus habendus est antiquior atque uerior qui numerum seruat. ut Sent. 4. sic antiquitus dictam esse 'Longé fugit qui suós fugit', ut est apud Varronem, potius existimandum est quam 'Longe fugit quisquis suos fugit', ut Petronius. in eadem causa sunt Sent. 16 et 29.

Et locutiones et sententias prouerbiales consuetudo grammaticorum prouerbiorum nomine complecti solet. *locutiones* eas dico quae orationi currenti intexuntur ad rem argute significandam. ut Graeci αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις, Latini 'etiam mures migrarunt', 'lupus in fabula', quod a graeco ductum est, 'in scirpo nodum quaeris', 'auribus teneo lupum', quod ipsum est a graeco fonte profectum, 'habet haec res panem', 'uenit

cena comesa', 'anser inter olores' 'non carus auro contra', 'incurrit in columnas', 'cras credo, hodie nihil', 'hac lupus, hac canis', 'mel huius, fel meum', 'par pari respondet', quod etiam graecum est, 'noui ego nostros', 'tam perit quam extrema faba', 'et oleum et operam perdidi', 'haeret haec res', 'perii, plaustrum perculi', 'pallas inter pecus', 'ad rastros res redit', 'abistis dulces caricae', 'prius antidotum quam uenenum' (*scil.* adhibes), 'uerba sine penu et pecunia', 'aut piscem olet aut florem'. — hoc genus, quas locutiones prouerbiales nomino, semper pertinet ad id significandum quod *quodam tempore* factum esse aut fieri aut futurum esse dicatur. haec rhythmum non habent nisi fortuito. alterum autem genus est sententiarum. eae significant aut *quid fieri soleat* aut *quid fieri oporteat*, ut 'Ubi amici, ibi opes', 'Manus manum lauat', 'Rem tene, uerba sequentur' [1]). eorum praeceptorum multa sunt quasi breuissima carmina, quorum rhythmus sine dubio quaesitus est, quo et facilius tenerentur mentibus et animos grauius mouerent et suauitate numeri commendarentur auribus. et quoniam rhythmi est proprium et principio esse et exitu distinctum, numero magis idoneum altero est hoc genus, quippe quod communem uim habeat et magis absolute dicatur [2]). quamobrem cum omnibus fere gentibus tum Romanis fuerunt sententiae prouer-

[1]) Quo magis quid inter locutionem et sententiam prouerbialem intersit illustretur, hoc affero exemplum. graeca est locutio prouerbialis Πρὸς κέντρα λακτίζειν p V 70, latine 'Aduorsum stimulum calces' *(scil.* iactare) Ter. Phorm. 77, Diomed. 462 *K* ('Contra s. c.' Charis. I 276 *K).* ex ea quidam ap. Prisc. II 356 *H* apologum fecit cum hac sententia: Ἵππος ὄνῳ *(Buechelerus m. rh. XXXIV 341:* ΙΠΠΟΣΟΝΩΙ *libri)* ⟨ὁ βοῦς δὲ⟩ *(suppl. Buech.)* πρὸς τὰ κέντρα μὴ λακτιζέτω.

[2]) Nec tamen ea genera semper satis distinguuntur. sunt enim sententiae prouerbiales quaedam ridiculae et locutionibus simillimae. ut 'Salua res, saltat senex', i. e. 'si saltat senex' uel 'nam saltat senex'; quod ridicule dicitur quasi usu compertum. eiusdem generis est illud 'In alio pediculum uides, in te ricinum non uides'.

biales aliae oratione plane soluta, aliae oratione numerosa, aliae denique conclusae metro quodam, sed saepe, ut inter homines indoctos, nam horum in sermonibus maxime usurpabantur, horrido atque incompto.

Metricorum autem prouerbiorum partim sunt metris graecanicis usitatissimis; ut, quam puerorum fuisse cantilenam tradit Porphyrio ad Hor. ep. I 1. 62 'Réx erit qui récte faciet, quí non faciet nón erit'; et uersus ille quem factum esse in Etruscos haruspices male consulentis et cantatum a pueris tota urbe tradit Gellius IV. 5. 5 'Malúm consilium cónsultori péssimum est'; et illud 'Amíci mores nóueris, non óderis' Porphyrio ad Hor. Sat. I 3. 29, Ribbeckius CRF ² p. 380; partim sunt ea quae ut in reliquiis poesis domesticae ederem me impulerunt causae grauissime. sed hoc disserendum accuratius.

Nec debet dubitari quin ea quae hoc in libro edidi prouerbia composita sint numerose. nullum est enim eorum cuius numerus non percipiatur facile auribus; nec potuit numerus ille fugere sensum hominum qui quidem incorrupta ea usurparent. facilius enim, si qui uersus currente oratione excidit, eius numerus aures fallit; at necesse erat percipi numeros prouerbiorum dictorum presse concinneque, quae et iterarentur saepius et aliqua intentione pronuntiarentur. nec uero possunt numeri communes tot prouerbiorum esse fortuiti.

Hi autem numeri omnibus rebus conueniunt atque congruunt cum sortibus et formulis precationum dedicationumque, denique cum poesi Romanorum sacra et domestica. uelut Sent. 3 *Quod hódie non est crás erit* et 9 *Porta ítineri longíssimast* numero sunt eodem fere quo Sort. 1. 1 *Mauórs telúm suom cóncutit* et Sort. 3. 1 *Permúltis prosum, ubei prófui* et Sort. 4. 1 *Iubeo óeti, sei si fécerit* et Comprec. 3. 2 *labém nebulam ímpetiginem* et Comprec. 5. 1 (Carm. Sal.) *O Zául adoriese ómnia* et Comprec. 14. 3 *Hanc péstem hanc pestiléntiam* et Ded. 3. 2 *enom dvéno(m) ine(m) med manó stătod* et 6. 1.

Sent. 19 *Nescís quid uesper sérus uehat* et Sent. 62. 1

Hibérno puluere lútŏ uerno metro conueniunt cum Comprec. 4. 3 (Carm. Aru.) *siris incurrere in plēores.*

Sent. 22 *Cólubra restem nón parit* et 23 *Séquitur uara uíbiam* metro sunt eodem quo Sort. 5. 2 *quód curuomst factúm redet* et Comprec. 5. 7 (Carm. Sal. *Quóme tonas Leucésie* et Comprec. 13. 1 *Vétus nouom uinúm bibo* et Comprec. 15 *Térram teneo, herbám lego.* | *Prósit ăd quod te cólligo* et Comprec. *14. 9 *éduco excanto éuoco* et Ded. 5. 9 *Imperator dédicat.*

Sent. 46 *Fulménta léctum scandunt* et 45 *Malo émere quám rogare* et 70. 2 (Appii Claudii) *Quis ánimi cómpote ésse* | *ne quíd fraudís stupríque* | *ferócia páriat* metro eodem factae sunt atque Sors 6 *Laetús lubéns petitó quod* | *dabitúr gaudébis sémper;* Comprec. 1; 2; 3. 1; 4. 1, 2, 5, 8; 5. 3, 5, 6, 8—10; 6. 1—3, 5; 7. 2, 4, 6; 8. 6, 7, 9—12; 9. 3, 4, 23, 25—29; 14. 5, 10; 16. 4; 17. 1, 2, 4; Ded. 7. 3, 1—6.

Sent. 40 *Cocta numerábimus éxta* et 44 *Nihil ínuitá Minérua* et quae sunt eius generis paroemiaci sunt partim anapaestici partim logaoedici. item in numero uersuum antiquorum et sacrorum paroemiaci sunt utriusque generis. Comprec. 4. 9 *triúmpe triúmpe triúmpe;* Ded. 4. 1 *Iouei Iúnonei Minéruai;* Ded. 3. 1 *Duenos méd fekēd en mánom;* Comprec. 13. 1; 9. 2 *Mars pátĕr te précŏr quaesóque;* Comprec. 11. 1 *Reséda, morbĭs* (aut *morbus*) *reséda;* Compr. 16. 3.

Sententiis 52 *Ségetem né defruges* et 53 *Cánis canínam nón est* metrum est idem atque Sorti 5. 2 *Córrigí(s) uix tándem;* Comprec. 4. 6, 7 *Sémunís altérnes* | *áduocá pite cónctos;* Comprec. 5. 12, 13 *Mánuríe Vetúrie.* || *Lúcia Volúmna;* Comprec. 6. 8 *Vósque inférni audíte;* Compr. 8. 8 *úim uictóriámque;* Comprec. 9. 5—10, 15—21, 31—35; 12. 1—3; 14. 6—8; 16. 2; 17. 3; Ded. 7. 2, 8.

Sententiae 51 *Ómnia témpus reuélat* metro similis est Comprec. 11. 3 *néc capŭt néc pedĕs hábeat.*

Si coniunxeris catalectica illa cola ambo (*a* et *b*), quorum exempla proxime rettuli, fit Saturnius. Saturnii et inueniuntur

inter prouerbia — sunt autem 64—68 huius editionis — et inter reliquias carminum sacrorum, Comprec. 5. 2, 4, 14; 6. 6, 7; 7. 1, 3, 5; 8. 1—5; 9. 30, 32, 35; 10. 1—4; 11. 2; 14. 1, 2; 18; Ded. 1; 2; 4. 2, 3—8; 5. 1—6; 8; 9.

Domestici igitur et italici habendi sunt hi numeri prouerbiorum, si modo populares sunt ac non sumpti ex libris poetarum eorum qui graecanicis metris usi sunt.

Hoc loco deducti sumus ad quaestionem lubricam, sed necessariam.

Et, quoniam propter rei obscuritatem nihil fere proficimus quaerendo ex quibus sumi potuerint poetis, haec quidem et possunt quaeri et debent, primum, inde a quo tempore prouerbia sumere potuerint Romani a uersibus graecanicis poetarum, deinde a quibus uersuum generibus.

Qua igitur aetate coepta esse potuerint prouerbia a poematis ad graeca exempla factis in usum communem populi Romani transferri facile apparet. nam medium fere saeculum uerbis sextum initia Romanis prouerbia petendi a scaenicis — ceteri enim poetae qui graecis usi sunt metris fuerunt posteriores — non multum excesserunt [1]).

Ergo italici, non graecanici sunt numeri Sententiarum 41 *Sociórum olla male feruet* et 40 *Cocta numerábimus éxta.* quae nata esse ante medium saec. VI A nominatiui et accusatiui post longam paenultimam productum ostendit. de qua re egi pp. LXXVI—LXXXVII.

Iam uero, si quaerimus ex quibus generibus uersuum graecanicorum prouerbia in usum uulgarem priscorum Roma-

[1]) Non multum pertinet ad uniuersam hanc quaestionem, si unum alterumue prouerbium a fabulis antiquioribus Liuii et Naeuii Romani fortasse sunt mutuati. ut senarium illum ap. Sen. dial. X 17. 4 *Quod fórtuitod óbuenit instábile est* non ultimam producens obuenit, sed fortuito*d* ostendit esse perantiquum. sed *Sero sapiunt Phryges* Fest 343 *M,* 510 *Th,* Cic. fam. VII 16 ex equo Troiano Incerti, non Liuii, cum Ribbeckio puto sumptum esse.

norum transferri potuerint, poetae ii lyrici qui liberae reipublicae temporibus floruerunt quia ferme non erant ita noti aequalibus ut uersus eorum usu uulgi tererentur, hoc loco eorum rationem habere non debemus. restant igitur et poetae scaenici et ex iis qui poemata condiderunt hexametris imprimis Ennius et Lucilius. horum igitur poetarum uersus uulgo uel audiebantur uel lectitabantur. uerum tamen, quod ad uersus scaenicorum attinet, a numero eorum uersuum unde prouerbia potuerunt sumi segregandi sunt uersus canticorum. nam, quod animaduertit Schneiderus de prouerbiis Plautinis Terentianisque Berol. 1878 p. 47 et peruestigando fabulas comperi, in canticis generales sententiae sunt aliquae, uera prouerbia nulla. in diuerbiisque locum habent prouerbia, i. e. in senariis et septenariis. excluduntur igitur ab hac quaestione octonarii uersusque lyrici scaenicorum.

Ex his igitur quae iam disputata sunt efficitur, si qua prouerbiorum in uersibus italicis antiquis a me editorum sumpta sunt a uersibus poetarum qui graecanicis usi sunt metris, ea prouerbia frusta esse aut hexametrorum aut senariorum septenariorumue.

Itaque quicumque numeri prouerbiorum anapaestici dactylici logaoedici non possunt esse frusta hexametri, ii domestici putandi sunt, non graecanici. eius generis est Sent. Catoniana illa *Rém tenĕ, uérba sequéntur;* Sent. 20 *Non sémper Saturnália erunt;* 21 *Qui asinum non potest stratum caedit;* 18 *Unam úua uidendo uaria fit;* 39 *Bonae méntis sórŏr paupertas;* 37 *Quántum habebis tántus eris;* 62 *Hibérno puluere lútŏ uerno | grándia farra, camille, metes;* 58. 2 *séra numquam quín mala sit.*

Sunt periodi iambicae et trochaicae prouerbiales quae compositione membrorum differant a uersibus scaenicorum: Sent. 54 *Níhil* (Nil) *cum fidibus graculost | níhil* (nil) *cum amaracino sui;* 56 *In álio pediculúm uides | ín te ricinum nón uides;* 57 *Corcíllumst quod hominés facit | cétera quisquilia óm-*

nia; 58 *Matúra saepe décipit | séra numquam quín mala sit;* 63 *Réligentem esse opórtet | réligiosus né fuas;* puerorum uenia. 61 *Quísquis ăd* (Quisque ad *scripsi*) *me noüssimus | uénerit hábeat scábiem.* itemque 60. has periodos domesticae artis esse nec inueniri tales apud scaenicos ostendi Proleg. Cap. V § 3. quodsi Sent. 54 feceris scandendo octonarium iambicum: *Nihíl — gráculost | nihíl — sui,* tamen nihilo magis erit sumpta ex comoedia aut orta imitatione uersus scaenici; quod octonariis fabularum, ut dixi, prouerbia contineri non solent. praeterea u. adnot. crit. ad Sent. 54.

Quodsi qua prouerbia sunt frusta senariorum aut septenariorum, debent carere iis proprietatibus uersuum italicorum quibus abstinuerunt Plautus Ennius ceterique poetae Romani quicunque metra graeca latinis uersibus imitati sunt. tales proprietates generis italici esse indicant Sent. 42 *Maló nodó malus cúneus* et Sent. 70 2 [2] *Ne quíd fraudís stupríque,* u. Proleg. cap. IV § 3, et 8 *Largítiŏ fundum nón habet.* nam, ne hoc prouerbium, a Cicerone usurpatum, putes esse frustum hexametri, nemo poeta dactylicus libera republica dixit *largitiŏ,* ut O ultimam nominis quod efficit creticum corriperet, quod commemorauit Buechelerus de declin. § 28 p. 14; quod tamen uidelicet admittere potuit licentia sermonis cotidiani. u. Proleg. p. CXXVI.

Sunt autem uersus prouerbiales ambigui, qui quominus inuenti factique esse potuerint a scaenicis poetis nec numerus nec sententia obstet: Sent. 2 *Minóris quam muscae sumus;* 3 *Quod hódie non est, crás erit;* 11 *Tardúmst differre quód placet;* 12 *Non túrpe est quod dominús iubet;* 17 *Malum núllum est sine aliquó bono;* 24 et 25 *Fórtes fortuna ádiuuat; Dí facientes ádiuuant;* 34 *Cíto fit quod diuí uolunt;* 59 *Unús pecudis scábies | tótum commaculát gregem.* — ex hexametro sumptum esse potest 38 *Románus sedendo víncit* et 14 *Aér aqua terra industria.* illum uero uersiculum me nunc prope

paenitet in numerum uersuum italicorum recepisse, 27 *Plénis uelis mórs uenit,* quod fortasse est non prouerbium populare, sed sententia docti uiri et sumpta ex litteris. cetera autem eorum quae proxime enumerauí esse prouerbia antiqui uel confirmant testimoniis uel eo declarant quod usurpantes ea faciunt eos qui non tam imbuti sint litteris quam madeant uernacula sapientia, ut Petroniana. illa autem prouerbia tam dubia sumpta esse ex carminibus poetarum nec negare licet nec demonstrari, desunt enim indicia certa paene omnia. quamobrem de ea re in alterutram partem disputare est umbram captantis. sed, ut plane dicam quid sentiam non tam de his quae proxime dixi prouerbiis quam de re uniuersa, rationem probabilitatis reputanti mihi id uidetur esse credibilius prouerbia usu populi trita et talia qualia illa *Fórtes fortuna ádiuuat, Dí facientes ádiuuant* non ex litterarum copiis uulgo indocto fere reconditis aut ex eruditorum umbraculis petita esse, sed in sermonibus usuque uitae communi ab ore hominum prudentium profecta. non dico hoc loco dicta doctorum doctis cognita aut locos poetarum qui eruditorum hominum sermonibus usurpantur, dico prouerbia usu populi trita. eorum in hoc ipso genere multorum origo obscura; sed, quantum de incertis coniecturam facere licet, propius ad uerum accedet is qui pleraque eorum ἀποφθέγματα hominum prudentium uiua uoce tradita existimabit quam qui ortum eorum fere ducet a lectione librorum aut a fabulis in theatris auditis. an credibile est Romanos antiquos, praesertim quorum plerique essent rustici, plura prouerbia in theatris didicisse ab histrionibus quam uulgus has per ciuitates aetate nostra? atqui quantilla pars prouerbiorum communium quae hodie usurpantur a scaena sumpta est! hodie tamen theatra hieme quidem cottidie patentia omnium ordinum frequentia saepius celebrantur; Romanis antiquis libera republica non plus duodequinquagiens fere in anno copia erat fabulas spectandi, nec tam

saepe iis qui longius ab urbe aut ab oppidis maioribus ruri habitabant.

Iam uero elocutione et sententia complures uersus prouerbiales tales sunt, ut inde eluceat origo eorum popularis.

Ac primum nomino Sent. 1 *Quot hómines, tot senténtiae.* cuius si ipsam originem spectes, id initio fuisse dictum populare, non frustum poetae uel ex eo apparet quod factum est ad eandem formam atque illud *Quot serui tot hostes* Fest. 261 *M,* Sen. 47. 5 [1]).

---

[1]) Hoc igitur nec a Terentio nec ab eius auctore inuentum esse uidetur, ut fortasse locutio illa prouerbialis *Hinc illae lacrimae* Andr. 126, qua utitur Cicero pro Cael. § 61. quamquam haud scio an ne id quidem magis inuentum sit a Terentio quam illud *Lupus in fabula,* quam locutionem usurpauerat Plautus Stich. 577, quaque utitur Cic. ep. ad Att. XIII 33. 4. eam autem esse origine graecam testis est Theocritus apud quem est edyll. XIV 22 οὐ φθέγξῃ; λύκος εἶδέ σε; u. Tribukaitius de prouerb. bucol. p. 26.

Iam uero Ciceronem illud *'Quot homines tot sententiae'* non a Terentio sumpsisse ex eo coniecturam facio, quod Cicero fin. I § 15 id usurpans Terentium non nominat. solet autem Cicero cum sententiis Terentii utitur nominare aut poetam ipsum aut fabulam aut personam, ut ad Att. VII 3. 10, XII 6. 3; or. § 157; de inuent. § 27: § 33: Lael. § 89; § 98; § 93; ep. fam. XII 25. 5; I 9. 19; de off. I § 30: § 150; Tusc. III § 30; § 65; de fin. V § 28; I § 3; de legg. I § 33; de nat. deor. II § 60; III § 72; § 73; pro Caec. § 27: pro Cael. § 37. de or. II § 326 de poeta ipsa ita ut de noto disputat; quo loco Terentium, non Menandrum dici Kubikius de Ciceronis studd. poett. latt. p. 323 contra Longium ostendit. de or. II § 172 rhetorum more egit. ut Quintilianus Dionysius Pseudo-Longinus exempla notissima sic breuiter afferunt quomodo quid dici debeat. quid commemorem ep. ad. Att. II 19. 1; ad fam. IX 7. 1; VII 10. 4 Ciceronem cum scriberet ad Atticum Varronem Trebatium, homines familiarissimos et eos doctissimos, non curasse Terentii nomen uerbis adscribere? ergo restant duo loci ubi Cicero praeter morem egit quod Terentii nomen non adscripsit, Tusc. IV § 76 et II § 14.

Deinceps commemoro *Summúm ius, summa iniúria,* cuius rhythmum Terentius quo faceret molliorem includeretque aptius senario uerbis paulum mutatis dixit Heaut. IV 5. 47 = 795 "Verum illúd, Chremes, Dicúnt: *ius summum sáepe summast málitia*". ac ne quis credat Ciceronem de off. I 10. 33 cum dicat *Summum ius summa iniuria* factum esse iam usu tritum prouerbium, uoluisse uerba Terentii, quasi ea paulum mutaret, afferre et non prouerbium commune, ex loco illo Terentii intellegitur ne Terentium quidem fuisse eius sententiae inuentorem, sed usurpasse id quod in prouerbium uenisset. eadem igitur sententia prouerbialis est dicta aliter a Terentio, aliter a Cicerone. nec tamen apud Terentium, sed apud Ciceronem habet eam speciem ueri prouerbii quae et in uerbis ipsis et in collocatione uerborum eluceat. qualis igitur est apud Ciceronem, talem eam sermonibus hominum ferri solitam esse existimandum est. quod quo magis perspiciatur quam facile in errorem inducatur siquis prouerbiorum formas principales aut usitatas potissimum repetendas esse censeat a uersibus poetarum, addo huic exemplo alterum [1]). Plautus Truc. 885 *Sch.* prouerbium metri causa leuiter mutauit: "Verumst", inquit, "uerbum quód memoratur: *'Úbi amiceis ibidem ésse*

[1]) Hoc loco non erit alienum quaerere quid significet illud *uetus dictum* uel *uetus uerbum* uel *uetus* uel quae eius generis a scriptoribus ita appellantur. quae appellationes non est dubium quin et aptissimae sint iis dictis quorum fons sit uetustate in obliuionem adductus nec satis aptae aliis. itaque quod Plautus prouerbia referens saepius adscripsit 'uetus dictum', 'uetus', 'uetus quod memoratur' et quae sunt eius generis, quibus prouerbiis talia adscripsit, ea sine dubio sumpsit non ex uersibus scaenicorum Romanorum, sed aliunde. uixdum enim ullae comoediae aut tragoediae latinae fuerunt illa aetate tam uetustae, ut memoria eorum obliuione oblitteraretur. ex comoedia autem sumptum dictum se afferre Plautus diserte dixit Truc. V 39 = 931 *Sch.* "Vénitne in mentem tibi quod uerbum in cauea dixit histrio? 'Ómnes homines ad suom quaestum calefiunt fastidiunt'".

opes' " [1]). cuius prouerbii uera forma est apud Quintilianum inst. V 11. 41 *Ubi amici ibi opes.* ergo neque Cicero illud neque Quintilianus hoc ita dixit ut a poetis erant metri causa mutata, sed ita ut usitate dicebantur in uita communi. nec facile potuit forma prouerbii a poeta metri aut aliqua causa mutata pellere usu hominum prouerbii formam ueram et diuturno usu mentibus infixam. non igitur maximam uim attulerunt ad formam prouerbiorum uulgarem studia poetarum. habueruntque Romani, ut alii populi, sua prouerbia soluta, habuerunt rhythmica. et rhythmi prouerbiorum, qui quidem et fuerint in usu communi et italici generis haberi possint, plerumque principales putandi sunt et populares et nati cum sententiis ipsis. hoc cur tot uerbis ostendam causa est quod grammatici quidam recentes iique grauissimi prouerbia Romanorum rhythmica uolunt aut inuenta esse a poetis cum aliis tum scaenicis aut retractatione poetarum conuersa in metrum. Lucianus quidem Muellerus ed. Nonianae comm. crit. ad. p. 115. 19 docet prouerbium illud *Mutuum muli scabunt* et alia multa Romanorum prouerbia, non modo ea quae uersus senarios efficiant aut septenarios — quod nemo negat — sed etiam ea quae quasi frusta esse uideantur, ex comoediis esse petita. Idem ed. Non. tom. II p. 394 dicit prouerbia graeca uel latina, quae certum sit aut ueri simile metri contineri forma, petita esse ex comoediis. item l. c. p. 414. qui uereor ne confundat diuersa. ut enim *Sero sapiunt Phryges* frustum esse tragoediae, etiamsi testimonia deessent, res ipsa argueret, ita exempli causa *Colubra restem non parit* quin populare sit prouerbium non modo usu, sed etiam origine, quis dubitat? illud uero absurdum quod uidentur opinari, si quis poeta quod prouerbium mutasset, quo aptius uersui intexeretur, eam ita mutatam formam prouerbii continuo adscitam esse a populo, id-

[1]) Sic Fleckeisenus ann. CI 852; amicibildem *B,* amici Ibidem *CDLZ,* amici ibi dem*um Schoellius.*

que tam auide ut forma prouerbii uetusta atque usitata prae illa sperneretur obsolesceret obruereturque obliuione.

Sed transeo ad reliqua.

Catoniana igitur illa *Rem tene, uerba sequentur* et *Sat cito si sat bene* domestici generis esse ipsum Catonis nomen ostendit.

Etiam rustica praecepta, Sent. 26; 32; 52; 58; 62, non studia poetarum, sed rus et Mineruam agrestem quandam redolent.

Pleraque uero eorum prouerbiorum quae inter uersus italicos a me edita sunt tanquam impressa quaedam habent signa, quibus appareat ea esse non a doctis poetis elucubrata, sed ex uita communi rerumque usu orta. non uno profecto tempore effusa est haec copia; per saecula prisca hominum tradita sunt quasi hereditate ea quae dicta esse uidebantur grauissime ab hominibus sapientissimis et prudentissimis et qui summa florerent auctoritate [1]). effluxerunt autem mentibus hominum paulatim longiora et quae non satis commendarentur suauitate uerborum. ut quaeque autem dicta erant argutissime et breuissime, ita maxime seruata sunt hominum memoria atque recordatione, praesertim si rhythmo et concinnitate aliqua ornabantur. talia enim mentibus hominum se insinuant facilius. quare est omnium prouerbiorum popularium quae aetatem tulerunt propria arguta breuitas, ut maior uis uerbis sit subiecta quam quantum ipsa per se ualent; est etiam in iis simplicitas modo faceta modo grauis, eademque ingenua et candida. ac sucum habent et sanguinem uique uigent naturali, quae deest plerumque iis sententiis quae elaboratae

[1]) In eo genere imprimis inter Romanos laudibus posteritatis celebratus est Cato Censorius, cuius aliquot dicta feruntur tam diuina tamque popularia ut sint instar prouerbiorum. et suspicor equidem Catoni, id quod in tali re fieri solet, ut auctori locupleti, tributa esse dicta nonnulla auctoris incerti.

sunt in scriptorum umbraculis. quamobrem poetae comici, quo magis uitam moresque hominum imitarenter, frequentur admiscuerunt prouerbia. et quidem saepius prouerbia sumpserunt uera [1]); interdum ipsi dicta iis similia inuenerunt. sed ut similes saepe sint poetarum sententiae prouerbiis, tamen interest inter uera prouerbia et sententias comicorum aliquid. quod discrimen quantum sit cernitur, si cum prouerbiis ueris et popularibus contuleris sententias uel graecas quae sub Menandri nomine feruntur uel latinas Publilii. multa enim in utrisque collectionibus sunt dicta argute, multa grauiter, multa subtiliter, multa eleganter; sed res uniuersa fere dicitur generatim atque exiliter. at genus populare ludendo docet et per ambages cauillatur et rem generalem ostendit argumento singulari, sed insigni. ergo in sententiis poetarum raro cernitur uis illa paruis dicendi magna humiliterque grauia, deest denique lepos ille peculiaris prouerbiorum popularium [2]). quibus quasi non ostenditur res omnis, sed tecte significatur et quodammodo uelatur inuolucro simplicitatis.

Quamobrem sententiarum illud genus scaenicarum interdum fortasse, sed non multum receptum est in sermones multitudinis. at in litteris nonnihil ualuit usu, quod scriptores scriptorum scite dicta exscribebant. uelut illud Terentii *'ueritas odium parit'* apud scriptores et in libris prouerbiali usu frequentatum est. multaque eius generis quasi communia circumferebantur. itemque eruditorum sermonibus dicta poetarum et philosophorum circumlata esse eo ipso perspicitur quod in litteris Ciceronis et Plinii, quarum pleraeque imagi-

---

[1]) Velut *Vapula Papiria,* quod prouerbium fuisse in Feneratrice "Plautina" auctor est Sinnius Capito ap. Festum p. 568 *Thewr.* = 372 *M,* et in prouerbiis fuisse antiquis nec inuentum ab eo qui Feneratricem scripsit et Sinnius docet et ex loco Feneratricis ap. Festum adscripto elucet.

[2]) Hoc illud est quod Cicero de or. II § 258 negat prouerbia uerbis mutatis retinere posse eandem uenustatem.

nem, sed perpolitam arteque exornatam, reddunt sermonis eruditi atque urbani, nonnihil inest eius generis.

Sunt igitur duo genera prouerbiorum, unum eruditum, alterum populare [1]). illud haustum ex litterarum studiis; hoc ex sermonibus populi. quae distingui alterum ab altero quoniam plurimum interest ad id quod quaerimus, nunc quae utriusque propria sint generis explicabimus singillatim.

Popularis igitur generis sunt alia prouerbia metrica alia numeris soluta, alia concepta oratione numerosa. quae genera nunc tractabo coniunctim; neque enim id nunc agimus ut uersus prouerbiales a reliquis distinguamus, sed ut popularia prouerbia discernamus ab iis quae petita sunt ex libris

---

[1]) G. Groeber, *'Grundriss der romanischen Philologie'* I p. 199 sqq. genus populare uniuersum describit optime his uerbis "Sie sind ausflüsse der Lebungserfahrung, entspringen dem Gemütsleben, dem Spieltrieb, der Geselligkeit, sind Würze bei der Arbeit; sie quellen hervor aus den Volk und Volksgemeinschaften erschütternden und ihnen denkwürdigen Ereignissen; sie knüpfen an an auffällige, absonderlische Erlebnisse, an Wendungen von Schicksal und Lebenslage Einzelner. Sie stellen die verschiedensten Auffassungen von der Welt und den Dingen dar und drücken die mannigfaltigsten Stimmungen aus. Sie unterscheiden sich, und zu ihrem Vorteil von den gleichartigen Erzeugnissen der höheren Litteratur darin, dass ihnen immer etwas Thatsächlisches zu Grunde liegt, ein Erfahrenes, ein Ereigniss, ein Erlebniss. und dass in ihnen die neue Erinnerung, das ergriffene Gemüt, der zu klarer Erkenntniss und ohne die Absicht Wirkungen hervorzurufen, reden, in plastischer Anschaulichkeit, mit unenstellter Empfindung, in unverfälschter Logik. Sie sind nicht gemacht geworden, nicht ersonnen, sondern dem Schaffenden abgerungen, unendlich positiv, Spiegel der Seele derjenigen, in den sie erstanden, Echo des Geistes derer, in denen sie wiederhallten".

Quae cum de uniuersa poesi populari dixit Groeber, tum dici debent de prouerbiis, quae sunt quasi carmina minuta breuissimaque.

poetarum. proinde quae omnis popularis generis sint propria nunc uideamus.

Est, ut dixi, prouerbiorum popularium communis breuitas pressa atque arguta. cum ea breuitate solet esse coniuncta concinnitas quaedam. ea autem concinnitas saepe est membris concisa. uelut Sent. 13 *Summum ius, summa iniuria;* 1 *Quot homines, tot sententiae;* 37 *Quantum habebis, tantus eris;* 35 *Salua rest: saltat senex;* 54 *Nihil cum fidibus graculost, nihil cum amaracino sui;* 56 *In alio pediculum uides, in tete ricĭnum non uides; Non nostrum onus: bos clitellas,* de quo p. 12 sq.; 42 *Malo nodo malus cuneus;* 28 *Sat citō, si sat bene; Rem tene, uerba sequentur,* de quo p. 8; 63 *Religentem esse oportet, religiosus ne fuas.*

Ubi amici, ibi opes Quintil. inst. V 11. 41; *Magnae curae magna merces* Pseudo-Sall. ad Caes. ep. I. 7. 1; *Magna cura cibi, magna uirtutis incuria* Cato ap. Amm. Marc. XVI 5. 2; *Mala mens, malus animus* Ter. Andr. 164; *Vultur est, cadauer exspectat* Erasmus 1714; *Tace, lingua, dabo panem* Petron. c. 69. *Cras credo, hodie nihil* tit. saturae Varronianae Non. p. 112; 139. *Quot serui, tot hostes* Festus 261 M, Senec. ep. 47. 5.

Homoeoteleuto ea concinnitas distinguitur atque ornatur. 4 *Longe fugit qui suos fugit;* 58 *Matura saepe decipit, sera numquam quin mala sit;* 36 *Serua me, seruabo te;* 43 *assem habeas, assem ualeas;* 15 *Multis eget qui multa habet.* 50 *Vitiumst quod ubique nimiumst.*

Nobiliorem mobiliorem Cato ap. Cic. de Or. II § 256, mem. 66 *Iord.; Utilius erubescere quam pallescere* Cat. ap. Plut. Cat. mai. 9. Sent. 19 Iord. Caecil. Balbus cod. P. 43 *Woelffl.,* Sent. Burleii Haupt. op. I. 204. 23; *Tanto fortior, tanto felicior* Sen. dial. IX 16. 3; *Omnia praeclara rara* Cic. Lael. § 79; *Idem Atti quod Tetti* nomen Sat. Varron. ap. Gell. III 16. 14 et Non. 40. 1 *M,* cf. M Hertzius Woelffl. Arch. IV 137; *Ubi uber, ibi tuber* Apul. Flor. n. 18 (85); *Innocen-*

tia eloquentia Stat. Caecil. ap. Apul. de mag. Cap. V; cf. Tac. dial. de or. c. 11; *Frange lunam et fac fortunam* Augustinus de disc. Christ. 8, 9, Otto W. Arch. VI 49 [1]); *Praesentia domini prouectus est agri* Pallad. I 6. 1; *Dum anima est, spes est* Cic. ad Att. IX 10. 3. — Cic. Paradox. § 26 fortasse subest sententia: *Breuiora leuiora,* sed ea coniectura incerta est. Epicurei autem Romani cum dicebant. teste Cicerone de fin.

[1]) Medio aeuo, cum uis homoeoteleuti multo maior facta esset ad uerba uincienda, magna prouenit copia talium prouerbiorum. uelut *Omen atque nomen* Walahfried Strabo poet. carol. II 257 D; *Qualis rex, talis grex; Nouus fructus, nouus luctus; Plenus uenter non studet libenter; Si tibi deficit aes miser es et pinguia non es.* item innumerabiles hexametri Leonini, ut *Dum mea bursa sonat, hospes mihi fercula donat.* itemque aliae consonantiae, ut *Vir uideas quid tu iubeas dum magis haberis: et metuas ne forte ruas dum stare uideris: conspicias ne despicias dum edere queris: dat uarias fortuna uices. non ergo mireris.* Carm. med. aeui ed Florent. 1883 p. 44 VII.

Item Graeci ueteres prouerbiorum concinnitatem nonnumquam distinguebant homoeoteleuto. Ζεῖ γύτρα ζῇ φιλία p IV 12 d IV 96 b 461 Suid. Κακὰ μὲν θρῖπες, κακὰ δ'ἵππες b 576 d V 78. Ἰσότης φιλότης Suid. coisl. 276. Ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δ'ἀμήσουσι d II 62. Εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ p III 51. Ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν b 416 d IV 49. Χαλεπὰ τὰ καλά p VI 38, quod Solonis dictum esse ferunt. Μικρὸν κακὸν μέγ'ἀγαθόν b 668. Ἢν μὴ καθάρῃς κἀλέσῃς οὐ μὴ φάγῃς d V 18. Ἐν καρδίᾳ νήφοντος, ἐπὶ γλώσσῃς μεθύοντος d VIII 43 b 913. Τἄλλα φιλώμεθα, τἄλλ'ἀγαπώμεθα d VIII 50. — Homoeoteleuti uim paulo minus circumscribo quam Woelfflinus 'Archiv' I 350 sqq. propiusque accedo ad illam sententiam cuius auctores exstiterunt et antiqui, ut Quintilianus inst. IX 3. 77—80 et recentes. ut nuperrime Otto Dingeldein. 'Gleichklang u. Reim' Budingae 1888 p. 9.

Sunt quaedam quasi constricta consonantia primarum syllabarum. Ἄμ'ἔπος ἄμ'ἔργον p I 77 d [2] I 36. Ἐν λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη p IV 89. Πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται p V 66. Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον b 659 d VI 54. Ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι Herm.-Bluemner GPA 244 [5]).

Allitterationem habent etiam nonnulla latina, ut *Malae mense Maio nubunt, Mendacem memorem esse oportet.* sed hoc suam requirit disputationem, quam alio fortasse libro dabo.

II 22, *Dolor si grauis breuis, si longus leuis,* consonantia latina graecum imitabantur Epicuri ap. Diog. Laert. X 133 dicentis Τὸ δὲ κακὸν ἢ χρόνους ἢ πόνους ἔχει βραχεῖς. u. adn. Maduici fin. I § 40. — *Ante est spei rudimentum quam rei experimentum* Apul. Flor. n. 3. 11 non uidetur esse prouerbium, sed dictum Apulei.

Iam multis exemplis uidimus etiam latinas sententias prouerbiales, quae quidem prouerbia proprie nominarentur, coartatas esse et adductas in summam breuitatem. quod non una causa factum est. primum enim, quod supra commemoraui, uix alia dicta acute lepide festiue potuerunt prouerbiali usu per saecula hominum tradita manere, nisi breuissima illa, quae facillime memoria tenerentur, quaeque ipsa breuitate plus haberent grauitatis. in hoc igitur uis selectionis naturalis quam hodie dicunt cernitur. deinde usu teruntur paulatim prouerbia multa sicut nummi, nihil ut relinquatur quod abesse possit. ac minuuntur interdum ad ambiguitatem, ut illa quorum mentionem feci p. 12 et *Fortuna fortis* (*scil.* adiuuat) Cic. de fin. III § 16; *Mutua muli* (*scil.* scabunt) Varr. l. l. VII § 28; u. adn. crit. ad Sent. 29. sed longum est haec enumerare, praesertim cum ad hanc quaestionem satis sit rem commemorasse.

Proximum est ut breuiter explicem quomodo communia et uniuersa illa, quae uerbis subiecta sunt, genere hoc populari significentur.

Dicuntur igitur res uel proprie uel translatiue.

Nam ne huic quidem generi populari desunt quae proprie dicantur.

Tales sunt α) uersus italici antiqui:

Malo emere quam rogare; Segetem ne defruges; Tamdiu discendum est quamdiu uiuis; Diues aut iniquus aut iniqui heres; Quot homines tot sententiae; Qui semel scurra nunquam paterfamilias; Longe fugit qui suos fugit; Serua me, seruabo

te; Quantum habebis tantus eris; Sat cito, si sat bene; Mature fi senex, si diu uelis senex esse; Religentem esse oportet, religiosus ne fuas; Quod hodie non est cras erit; Fortes fortuna adiuuat; Hiberno puluere luto uerno grandia farra, camille, metes; Cito fit quod diui uolunt; Romanus sedendo uincit; Iucundi acti labores; Vitiumst quod ubique nimiumst. sed, id quod dixi, sunt quae dubitem utrum sint dicta popularia an frusta poetarum.

β) prouerbia soluta oratione:

Conscientia mille testes Quint. inst. V 11. 41. *Actum ne agas* Ter, Phorm. 419 (Wyss de prouerb. com. p. 49) Cic. ad Att. IX 18. 3. *Dies leuat luctum* Cic. ad Att. III 15. 2; cf. Cic. ad fam. V 16. 5, Ter. Heaut. 422; Publil. 422 *Ribb. Mey.* (658); Ov. Trist. IV 6. 16. *Redde quod debes* Seneca ben. III 14. 3. *Serere ne dubites* praeceptum rusticum, Columell. XI 1. 29; u. Erasmus ed. Bas. MDXX p. 62 et Otto WA VI 13. *Semel unum singulum est* Varro 345, 414 *B* = p. 177. 7, 197. 4 *R.* *Pecunia sine peculio fragilis est* Pandect. l. XXXII tit. de leg. et fid. comm. cap. si chor. Erasmus 4502. *Dum anima est spes est* Cic. ad. Att. IX. 10. 3, Otto WA VI 340. *Age modo* tit. sat. Varronianae p. 164 *B* = p. 97 sq. *R.* *Fac si quid facis* Sen. ben. II 5. 2. *Mendacem memorem esse oportet* Quint. inst. IV 2. 91, Apul. de mag. cap. 69. *Fallacia alia aliam trudit* "Donatus" ad Ter. Andr. IV. 4. 39.

Translatio autem saepius est adhibita, idque ita ut sensum feriat id quod translatum est. "Diogenianus" περὶ παροιμιῶν *ex cod. paris. 1773 (a),* I 178 *Gott.* Ἔνιοι δέ φασι προσηγορεῦσθαι τὰς παροιμίας ἀπὸ τοῦ ὅμοιόν τι ἐφ' οἷς λέγονται δηλοῦν παρομοίας τινὰς οὔσας *(sic memini quendam scribere:* παροιμίας τυγχανούσας *codex et edd. Gott.).*

Cum aliis dictis tum prouerbiis modo sententia modo uerbum transfertur.

Quodsi ex unius uerbi translatione argutum illud ducitur, breuitas ea translatione conficitur; saepe enim, ut ait Cicero, res breuius propriis uerbis exponi non potuit quam est uno significata translato. commemorabo, ut soleo, primum uersiculos prouerbiorum italicos, deinde prouerbia soluta.

α) *Amor antiquus cancer est. Minoris quam muscae sumus. Utres inflati amblamus. Largitio fundum non habet. Nescis quid Vesper serus uehat. Non semper Saturnalia erunt. Di laneos pedes habent. Seritur sacculo hordeum. Bonae mentis soror paupertas. Assem habeas, assem ualeas. Nihil inuita Minerua* [1]. *Corcillumst quod homines facit, cetera quisquilia omnia.*

β) *Est homo bulla* Varro r. r. I 1. 1. *Mala mulier merx est* Plautus Mil. 894, u. adn. Brixii et Wyss l. c. 57. *Sera parsimonia in fundo est,* graecum Δεινὴ δ'ἐν πυθμένι φειδώ, Sen. ep. 1. 5, Otto Woelffl. Arch. VI 54. *Aut regem aut fatuum nasci oportet* Sen. lud. I 1. *Nec mulieri nec gremio credi oportet* Fest. p. 164 *Thewr. Est modus matulae* tit. sat. Varronianae p. 174 *B* = 123 *R. Idem Atti quod Tetti* tit. Sat. Varron. p. 184 et 219 *B* = 229. 3 *R,* cf. hor. prol. p. CLXI. *Caue canem* tit. Sat. Varron. p. 170 *B* = 113 *R. Dolium aut seria* tit. Sat. Varr. p. 172 *B* = p. 117 *R. Pransus paratus* (scil. esto) tit. Sat. Varr. p. 206 et 180 (n. 175) *B* = p. 199 *R* et p. 139 VI *R. Fertilissimus in agro oculus domini* Plin. h. n. XVIII 6. 43, graecum. *Ultroneae putent merces* Hieron. ep. 26. 5, Otto Woelffl. Arch. VI 50. *Malae mense Maio nubunt* Ou. Fast. V 490. *Di nos quasi pilas habent* Plaut. Capt. prol. 22. *Fortuna est caeca* Stat. Silu. II 6. 8. Cic. Lael. § 54. Apul. met. VII. c. 2. (cf. Apul. Met. XI c. 15; Dion. Cat. IV 3.) *Habet fortuna longas manus* Sen. ep. 82. 5, Otto WA VI 321. *Idem omnes et tauri et uituli optant* Sen. ben. III 27. 1.

[1]) Incertum utrum prouerbium sit an dictum Petronii illud *Piscis natare oportet,* quod Trimalchionem dicentem facit c. 39

Cognatae his sunt translationes continuae. quod genus ex pluribus uerbis continuatis et sententia coniunctis conectitur. in hoc genere non uerbum a propria sede in aliam ducitur; sententia uniuersa transfertur. haec ipsa translatio uel ad sensus admouetur uel ad alias res definitas uulgoque cognitas. nam simile sumi solet et insigne ad notandum et notum ad agnoscendum. transferuntur ita sententiae prouerbiales tribus modis; primum ab iis quae sunt in rerum natura, deinde a operibus uitae humanae, postremo a fabellis.

I. Ab iis quae sunt in rerum natura et a corpore humano et ab naturis animalium.

α) *Ubique medius caelus est. Uuam uua uidendo uaria fit.*

β) *Flos cinis* Augustinus adu. Petiliani litt. II c. 66. Erasmus 4612. *Gutta cauat lapidem* Otto Woelffl. Arch. IV 23. (*Nondum omnium dierum sol occidit* Liu. XXXIX 26. 9, uerbum Philippi, Romanisne et ipsis usitatum fuerit ignoro).

α) *Frons occipitio prior.*

β) *Manus manum lauat* Sen. Apoc. 9. 6, graecum, Epich. 118 *Ahr.* Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει. *Omni pede standumst* Quintil. inst. XII 9. 18.

α) *Qui asinum non potest stratum caedit. Colubra restem non parit. Canis caninam non est. Nihil cum fidibus graculost, nihil cum amaracino sui.*

β) *Agas asellum* Cic. de or. II § 258, graecum Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυν' ὄνον, Genthe de prou. p. 9. *Suo indicio perit sorex* Ter. Eun. 1024 et Donat. ad eum loc. Erasmus p. 97 ed. Bas. n. 1365. *Gallus in suo sterquilinio plurimum potest* Sen. lud. 7. 3. *Noli equi dentes inspicere donati* Erasmus 4424. *Tace, lingua, dabo panem* (dictum quasi cani latranti) Petron. 69. *Alienae capellae distentius* (uel *grandius*)

uber Porphyr. ad Hor. sat. I 1. 110. Ou. a. a. I 349, Otto WA VI 15.

Fuit etiam rerum turpicularum et deformium satis bella materies ad argutias prouerbiorum. ut

α) *In alio pediculum uides, in tete rĭcĭnum non uides. Mutuum muli scabunt. Unius pecudis scabies totum commaculat gregem.*

β) *In molli carne uermes nascuntur* Petron. c. 57. *Vultur est, cadauer exspectat* Sen. ep. 95. 43. Erasmus 1714. *Malum sibi auis cacat* Isid. orig. XII 7. 11. Plaut. ap. Seru. in Aen. VI 205. *Ubi uber ibi tuber* Apul. Flor. 18.

Sed transeo ad ea quae ab operibus et artificiis et muneribus uitae humanae ducta sunt.

α) *Porta itineri longissimast. Fulmenta lectum scandunt. Strabones holera spectant, laridum tollunt. Sequitur uara uibiam. Cocta numerabimus exta. Sociorum olla male feruet. Malo nodo malus cuneus.*

β) *Nouom cribrum nouo paxillo pendeat* Varro Sat. Men. ap. Non. p. 153 *bis. Sine pennis uolare hau facilest* Wyss de prou. p. 91. *Manum et mentum* Fest. 132 *Theuer.* = 149 *M*, graecum. *Inter os et offam multa interuenire possunt* Cato ap. Gell. XIII. 18. 1. (*Patellae dignum operculum* Otto Woelffl. Arch. V 14, graecum; sed ea fortasse non sententia, sed locutio.) *Anus rursum ad armillum* Lucil. 579 *B*, de quo Buecheler m. rh. XLIII 292. *Sibi quisque ruri metit* Plaut. Most. III 2. 112. *Ut sementem feceris ita metes* Cic. de or. II 261.

Non possum togam praetextam sperare, cum exordium pullum uideam Quintil. V 10. 71. quod prouerbium a Quintiliano dictum est et uerbosius et minus concinne quam par est. fortasse primo fuerunt paroemiaci: *Non spéro tógam praetéxtam | cum exórdium púllum úideam.* — *Qui in pergula natus est aedes non somniatur* Petr. 74. — *Tranquillo quilibet guberna-*

tor Sen. ep. 85. 34. cf. Liu. XXIV 8. 12 sq. Erasmus 4496. — *Non ex omni ligno debet Mercurius exsculpi* Apul. de mag. c. 43, graecum. Iamblich. u. Pyth. c. 24. Erasmus 2447. cf. Hor. sat. I 8. 2. Sen. ep. 85. 40. "Zenobius" paris. IV 7. Suid. coisl. 168 *Gaisf.* Ἐκ παντὸς ξύλου κλῶος γένοιτ' ἂν καὶ θεός.

Iam uero ex fabellis uel gentium ciuitatum hominum uel animalium animantiumque uel denique omnium quae inducta sunt tamquam animantia sumuntur prouerbia, cum quae fabella ad communem uitam hominum translata est. ea prouerbia continent narrationem aut fictam aut ueram, cuius memoria quasi paucis uerbis resedit [1]).

α) *Sabini quod uolunt somniant. Saluast res: saltat senex. Tollat te qui non nouit. Vapula Papiria. Multi Mani Ariciae. Romanus sedendo uincit,* fortasse sumptum uel ex memoria Q. Fabii Maximi Cunctatoris uel ex obsidione Veiorum.

β) *Ipsa olera olla legit* Catull. 94. 2, quocum ab Erasmo confertur uerbum Epicharmi Χύτρα δὲ φακέας ἥψετο *(Ahrens fr. 17: ἥψατο Erasm.).* hoc uidetur esse petitum ex fabella quadam compluribus gentibus nota. item illud nescio an sit ex fabella *Romae mures molas lingunt* Sen. Apoc. 8. 3. *Asinus ad lyram* Phaedrus VI. 12 = AR 811, graecum, Genthe de prou. p. 10. *Sus Mineruam* Genthe p. 9. *Rusticus exspec-*

[1]) Fabellae tales graece appellantur αἶνοι, quibus ita cognatas esse παροιμίας ut ab illis distinguendae sint docet Lucillus (Λούκιος *Amm.)* Tarrhaeus ap. Ammon. p. 6 *Valck.* et "Diogenianus" περὶ παροιμιῶν I p. 178 *Gott.* = *Gaisf. praef. p. V.* fabella enim ipsa, uel αἶνος, si in summam adducta est breuitatem, ut sententiae sit loco, nominatur adagio uel prouerbium uel παροιμία. cf. Quintil. inst. V 11. 21. nec αἶνος modo a bestiis aut ab iis quae gignuntur in terra ducitur, sed etiam ab hominibus gentibusque. huiusque generis est Καρικὸς αἶνος, Συβαριτικός, Κύπριος, Λιβυκός, de quibus agit "Diogenianus" l. c. p. 179 sq.

tat dum defluat amnis Hor. ep. I 2. 42, fortasse ex fabella graeca. *Optat ephippia bos, optat arare caballus* Hor. ep. I. 14. 43.

Quod diximus memoriam fabellae uerbis paucis et iis sententiae aptissimis in hoc genere contineri, id nonnumquam ita fit ut commemorato eo quod quis dixisse fertur narratio aut ficta aut uera eademque quasi contracta in angustum significet rem, qua quale sit id quod dicamus reperiatur.

α) *Non nostrum onus: bos clitellas,* de quo u. p. 12 sq.

β) *Rideo, inquit Galba canterio* Fest. 282 *M,* 394 *Thewr. Modo sic, modo sic, inquit rusticus, uarium porcum perdiderat* Petron. 45. *Equos respondit, oreas mihi inde, tibi cape flagellum* Cato orig. fr. 3. 5 *Iord. Hoc aliud longe est, inquit qui cepe serebat* Lucil. 16. 9 *M.* = 379 *B.* et haec attulerunt Hauptius op. II 395 sq. et "P" WA III p. 62. eiusdem generis est *Hercle hoc plus negoti est, inquit coctio, sex aediles uiderat* Laber. ap. Gell. XVI 7. 12, fr. 63 *R,* quod usurpauit nimirum Laberius, non fecit. nec dubium quin illud *Cras credo, hodie nihil* [1]) tit. sat. Varron. 77 *B* p. 113 sq. *Riese* tale dictum sit ex fabella petitum. eius generis fabellam cum dicto narrat Liuius XXIII 47. 6 "Dicto prope citius equum in uiam Claudius deiecit. *Taurea,* uerbis ferocior quam re, *'Minime, sis', inquit, 'cantherium in fossam'*, quae uox in rusticum inde prouerbium prodita est". — *Satis est equitem mihi plaudere, explosa Arbuscula dixit* Hor. Sat. I. 10. 76, 77. u. adn. Fritzschii ad h. l.

Et haec quidem prouerbia sapientiam sapiunt non elaboratam docti poetae aut philosophi, sed uernaculam uulgi, eorum-

[1]) Fortasse primo: *Crás credo hódie níhilum.* 'nihilum' i. e. 'nīlum', u. Lachm. comm. Lucret. p. 28. hanc uocem plenam poni solere in exitu uersus docet Reichardtius n. ann. CXXXIX p. 82 et ii quos affert auctores.

que pleraque talia sunt ut a Minerua rustica et crassa profecta esse uideantur. Quae igitur essent popularis generis proprietates, easdemque cerni in prouerbiis rhythmicis quas in solutis satis magna exemplorum copia demonstrasse uideor.

Proximum est ut genus eruditum quale sit uideamus. eius origo triplex. primum enim prouerbia popularia fiunt uersus poetarum, deinde rursus uersus poetarum fiunt prouerbia, tum sunt dicta multa sapientium hominum atque doctorum non tam populi usu cognita quam prodita libris et sermonibus hominum eruditorum.

Cum igitur prouerbia popularia fiunt uersus poetarum, nimirum plerumque numerus mutatur aliquid. ceterum origo popularis facile agnoscitur. uelut illud ap. Lucilium, cuius supra mentionem feci, fortasse sic dicebatur usitate: *Hoc longe aliud est, inquit qui cepe serebat:* mutato ordine *aliud longe* Lucilius. item illud *Non nostrum: onus bos clitellas* a poeta quodam comico sic dicitur: *Clítellae boui súnt impositae: pláne non est nóstrum onus.* alia exempla dedi p. CLVI. *Lupus est homo homini, non homo, quom qualis sit non nouit* Plaut. Asin. 495, graecum. — Ap. Claudii sententiam illam 70. 1 *Suae quisque faber fortunae* poeta ignotus ap. Non. 526. 25 et Nep. Att. 11. 6 reddit his uerbis *Sui cúique mores fíngunt fortunam hóminibus,* idem prosa oratione Seneca ep. 47. 15 *Sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat.* — Prouerbium illud *Fortes fortuna adiuuat* Vergilius Aen. X 284 metri causa mutatum sic dixit *Audentes fortuna iuuat,* Ouidius autem met. X 586 *Audentes deus ipse iuuat,* ante eos Ennius in septimo annali, 262 *V,* 247 *M, Fortibus est fortuna uiris data.* poetae autem comici uersus uidetur esse ap. Fest. 322 *M,* 472 *Thewr. Sardí uenales, [álius alio néqui]or* [1]), prouerbium ipsum fuit

[1]) Deest editioni scaenicorum Ribbeckianae.

Sardi uenales tit. sat. Men. 449 *B* p. 206 *Ries.*, quo nomine compellabantur, ut uiles. — Ex Catoniano illo *Sát citō, si sát bene* senarium fecit poeta ignotus ap. Suet. Octau. 25 fr. pall. inc. inc. 89 *Ribb.*[2] *Sat céleriter fit quídquid fiet sátis bene.* — *Utquomque in alto uentus est, exim uelum uortitur* Plaut. Epid. 49: *Utquomquest uentus, exim uelum uortitur* Idem Poen. 754. sed longum est enumerare omnia.

Sequitur alterum genus uel uersus poetarum prouerbiorum loco usurpati. etiam partes uersuum scilicet ita ponebantur, ut *Veritas odium parit* Ter. Andr. 68, Otto WA V 383 sq.; *Omnia uincit amor* Verg. buc. X 69; *Sic itur ad astra* Verg. Aen. IX 641, Sen. ep. 48. 11, 73. 15; *Sero sapiunt Phryges* Otto WA III 375; *Patriast ubicunque est bene* Cic. Tusc. V § 108, uox Teucri Pacuuiani; *Senectus ipsa morbus est,* de quo Buechelerus m. rh. XLIII 295; *Oderint dum metuant* Accii fr. 203 R[2], Suet. Cal. 30 (et Tib. 59), etiam Cicero et Seneca, u. adn. Ribbeckii; *Quod uolumus sanctum est* Augustinus contra Crescon. c. 4, fortasse uerba poetae, namque est penthemimeris. — Illa ex graecis: Q. Cic. pet. cons. 10. 39 *Nerui atque artus sunt sapientiae non temere credere,* Ἐπιχάρμειον 119 Ahr. Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν. — *Veritatis oratio simplex est* Sen. 49. 12; Amm. Marc. XIV 10. 13; XVII 5. 4, Euripideum Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. — Quod quoniam longum est singillatim persequi, tantum eos afferam uersus, quos aut esse aut primo fuisse uersus grammaticos fere fugit.

Quam autem corrumpi usu tales soliti sint uersus qui prouerbiorum locum obtinebant, cum neglegenter referebantur ab iis qui magis sententiam quam uerba spectabant, certis potest demonstrari exemplis. uelut eandem sententiam Publilii sic scripsit M. Seneca controu. 7. 3 p. 302 *M Desúnt luxuriae múlta, auaritiae ómnia,* L. autem Seneca ep. 108. 9 *Desúnt inopiae múlta, auaritiae ómnia.* — Cicero de fin. II

§ 41 Ennii uersum sic scripsit *Nimium bonist cui nihil est mali*, cui metrum restituit Hermannus ad Eur. Hec. 621 *Nimiúm bonist (profécto) cui nihil ést mali. Laus alit artes* "uetus poeta" ap. Sen. ep. 102. 16: *Honos alit artes* Cic. Tusc. I § 4; aut igitur utrumque aut alterutrum corruptum est. *Auarumst mulierum genus* Cic. de inuent. I 50. 94: *Mulier quae mulier miluinum genus* Petron. c. 42; si modo haec indidem petita sunt, utrumque scilicet corruptum, sed Petronii uerba uidentur a uero abesse propius; primoque fortasse uersus ille fuit *Muliér quae mulier (ómnis) miluinúm genus* [1]). Versus ille *Sui cuíque mores fíngunt fortunam hominibus* sic est relatus a Cicerone parad. 5. 35 *suis ea* (fortuna) *cuique fingitur moribus.* et quae popularis fuisse dicitur sententia *Malúm consilium cónsultori péssimumst* Varr. r. r. III 2. 1 et Gell. IV 5. 5 eam mutauit Sallustius hist. I 48 (51) 1 *Praua incepta consultoribus noxae sunt.* cf. Sen. ep. 81. 19 et Tac. ann. VI 10. 5.

Quod cum ita sit, ne aliis quidem locis est quod dubitemus uel uerbis leuiter mutatis uel addito supplemento metrum restituere. ut uox illa Tiberii ap. Sueton. Tib. 32 est uetus septenarius, si modo licet sic legere: *Bóni pastoris ést tondere pécuda, non deglúbere* [1]) (pecus *libri Suet.*, cf. Georges *'lex. d. Wortf.'* s. u. pecus). — *Bos lássus (ferme) fórtius figít pedem* [1]) Hieron. ep. 101. 2; 110. 4; Augustin. ep. 68. 2. *ferme* addidi: *aiunt* addidit uir doctus Woelffl. arch. III 61. — Cic. off. I § 76. ⏑ – ⏑ *parui sínt foris arma, nísi (si) est consiliúm domi* [1]). *si* addidi: *nisi sit* Woelfflinus act. philos.-philol. Monac. 1888 p. 204. — Hieronymus ep. 58. 2 *Agit plénus uenter fácile de ieiúniis* [1]). sic scripsi: *p. u. f. de. iei. docet* Hieronymus. — Macrob. sat. VII 5. 2 *'Tamquam cornix cornici oculos confodiat'* uidetur esse detortum de senario, qui fortasse dictus est fere in hunc modum: *Numquám cornici*

[1]) Deest editioni fragmentorum scaenicorum Ribbeckianae.

córnix oculos cónfodit [1]). uir doctus in WA III 66 affert Greg. Tur. hist. Fr. V 18 "prouerbium quod coruus oculum corui non eruit". — *Gladiátor (ipsa) in aréna consiliúm capit* [1]) Seneca ep. 22. 1. *ipsa* addidi. — Petron. 31 *Vinúm dominicum ministratoris gratiast* [1]). — pars hexametri est *Immunem ciues odere sui* ⏑ ⏑ — — Isidor. orig. X 141. — ex tragoedia autem tam potuit ductum esse quam ex comoedia Sen. dial. X 17. 4 *Quod fórtuitod obuenīt instabile est* [1]). fortuito*d* scripsi: *fortuito* Seneca, u. p. CLI adn. — *Intácta inuidia média sunt: ad súmma ferme téndit* [1]) Liu. XLV 35. 5, septenarius iambicus. — Cic. nat. deor. III § 88 *Fórtuna a deó petenda, a sé(se) ipso sapiéntia* [1]). *sese* scripsi: *se* libri. "omnium mortalium iudicium" id appellat Cicero; sumpsit igitur aliunde. — Liuius XXII 39. 22 "Omnia non properanti clara certaque erunt, festinatio improuida est et caeca", ea uerba leuiter mutata efficiunt senarios duo: *Nihíl properanti cúncta clara et cérta sunt,* | *impróuidast et caeca festinátio* [1]). — Valerius Maximus IV 4 prooem. ⏑ ⏓ *dominium rérum conlabí solet* [1]), fortasse ex tragoedia petitum. — Plinius h. n. XXIV 1. 1 *Natúra nusquam nón remedia homini dedit* [1]). *disposuit h.* Plin. — Plinius n. h. VII. 32 *Comes áeris alieni átque litis míseriast* [1]). *est miseria* Plinius. quem fuisse uersum eo magis suspicor quod quis eo uidetur poetarum more minus subtiliter illud Ἐγγὺς πάρα δ'ἄτα reddidisse ita ut non tam uerba quum sententiam respiceret. — maxime in Senecae libris philosophi passim latent numeri scaenicorum. iis quos retuli uersus addo hos. Seneca nat. quaest. 6. 5. 3 *Sempér longe a perfécto principiúm fuit* [1]). *l. a. p. fuere principia* Seneca. cf. 'Citra perfectionem omne est principium' "Sent. Varron." quae dic. 138 *Ries.* Apul. flor. n. 3. 11. Macrob. sat. VII 16. 3 sqq. (Cic. Brut. § 71). — Sen. ep. 95. 13 *Ubi pródierunt dócti (tot) desúnt boni* [1]). *postquam d. p. b. des.* Sen. — Sen. ep. 81 *Malítia plurimum ípsa*

[1]) Deest editioni fragmentorum scaenicorum Ribbeckianae.

uenení bibit [1]). *m. i. maximam partem u. sui b.* Sen. — Sen. ben. I 12. 2 *Apúd (per)paucos póst rem (re)manet grátia* [1]). — Sen. ep. 72. 7 *Nihil dát fortuna máncipio (hominibús boni)* [1]). — Sen. ep. 8. 9 *Non ést tuum fortúna quod fecít tuum* [1]). — Sen. ep. 40. 2 *Nihil órdinatumst quód praecipitatúr (nimis)* [1]). — Sen. de ira I 5. 3 *Benefíciis uita cónstat et concórdia* [1]). — *humana uita* Sen. — [⏑ ⏓ ⏑ *uincit pértinax bonitás malos* [1]). Sen. ben. VII. 31. 1 *u. m. p. b.* Sen.]. Sen. ep. 99. 8 *Cui-(cúnque) nasci cóntigit restát mori* [1]). *cui nasci c. m. r.* Sen. cf. Publil. sent. 296 *R*, L 5 *Meyer*. — *Probat ígnis aurum, míseriae fórtés uiros* [1]) Sen. dial. I 5. 8. *i. a. p., miseria f. u.* Seneca.

Tertium genus prouerbiorum doctorum diximus esse eorum quae cum dicta uel scripta essent prosa oratione ab hominibus eruditis non tam uulgi usu trita sunt quam in libris et sermonibus eruditorum iterata. non enumeraturus sum omnia, sed paucis exemplis rem monstraturus. uelut *Sapiens est rex* pluresque Stoicorum sententiae. et delphica illa *Nosce te ipsum* Sen. ep. 94. 43 et *Ut uiuit quisque etiam dicit* Quint. inst. XI 1. 30, graecum, cf. Sen. ep. 114. 1 "quod apud Graecos in prouerbium cessit: *talis hominibus fuit oratio qualis uita*". *Audaedi sunt qui citharoedi fieri non potuerunt* Cic. pro Mur. § 29. — Sallustianum illud *Concordia paruae res crescunt, discordia maximae dilabuntur*, Iug. 10. 6, dicere solitum esse M. Agrippam memoriae prodidit Seneca ep. 94. 46. — *Nulla res carius constat quam quae precibus empta est* Sen. ben. II 1. 4. — *Tempori parce* Sen. ep. 88. 39; 94. 28. — Sall. Cat. 20. 4 *Idem uelle atque idem nolle* ea demum firma est amicitia. Sen. ep. 109. 16 "Praeterea illud dulcissimum et honestissimum *'idem uelle atque idem nolle'* sapiens sapienti praestabit: egregium opus pari iugo ducet. Idem alio trans-

[1]) Deest editioni fragmentorum scaenicorum Ribbeckianae.

tulit ep. 20. 5 "Quid est sapientia? semper *'idem uelle atque idem nolle'*". — Sen. ep. 94. 27 affert Catoniana: *Emas non quod opus est, sed quod necesse est. Quod non opus est, asse carumst.* ea tamen populari generi sunt propiora. — *Principiis obsta* Ouid. rem. am. 91. Sen. ep. 72. 1. cf. Cic. phil. V 11. 31 "Omne malum nascens facile opprimitur, inueteratum fit plerumque robustius". Sen. ben. VI 31; ep. 14. — *Consuetudo quasi altera natura* Cic. fin. V § 74, Ἔθος ἄλλη φύσις. — *Noxiae poena par esto* Cic. de leg. III § 46 *CFG Muell.* — *Medicina soror philosophiae* Tert. de an. 2. *Facit fastidium copia* Liu. III 1. 7: cf. Hor. C. III 29. 9 *"Fastidiosam desere copiam"*. — *Homines frugi omnia recte faciunt* Cic. Tusc. IV § 36, Erasmus 2162. — *Optimum aliena insania frui* Plin. h. n. XVIII c. 5 § 31 praeceptum agricolarum, "ut uulgo dixere" Plinius. Erasmus 2239. fortasse sumptum est ex libro. — Cic. Lael. § 67 "Verumque illud est quod dicitur, *'multos modios salis simul edendos esse ut amicitiae munus expletum sit'*", graecum. — Quintil. inst. V 14. 31 "ut Graeci dicere solent, *'quem mater amictum dedit, sollicite custodientibus'*". — *Posteriores cogitationes sapientiores solent esse* Cic. Phil. XII § 5, graecum autem Δευτέρων ἀμεινόνων ex lusu ductum esse dicit Erasmus ed. Bas. p. 90, ex enarratione autem paroemiographi potius coniectandum est a sacris id dictum esse. — *Aliena uitia in oculis, nostra sunt a tergo* Sen. de ira II 28. 6, cf. Catull. 22. 21; Hor. sat. II 3. 299, ductum ab apologo Aesopico, u. Otto Woelffl. *'Arch'*. VI 312. *Ignem ne gladio fodias* Hieron. adn. Ruf. III 99 p. 485, Pythagoreum Πῦρ μαχαῖρα μὴ σκαλεύειν. — *Vita mimus*, dictum Bionis Μῖμος ὁ βίος, Lasaulx de mortis dominatu p. 36.

Sed haec hactenus. satis iam magnam copiam ex iis quae ad rem conquisiueram attulisse uideor. qua in re et ab editione et ab hac disputatione segregaui ferme eas sententias quae non in libris prosa oratione scriptis, sed solum apud poetas exstant. quibus, ut forma incertis, uti non fere potui, cui

non modo sententia ipsa ostendenda erat, sed etiam forma sententiae.

Etiam segregandum est quodcunque dictum in prouerbium uenisse nec demonstrari poterit nec cum ulla probabilitate conici. neque enim prouerbium habendum quidquid dictum est prouerbiali figura. dubia sunt igitur 'Incendia puniunt luxum' Plin. h. n. XXXVI 15. 110; 'Esse oportet ut uiuas, non uiuere ut edas' Corn. ad Her. IV 28. 39; 'Copia ignauiam adfert' Plin. n. h. XI 14. 35; 'Non desiderant manifesta monitores' Sen. ep. 94. 10; 'Suum cuique pulcrum est' Cic. Tusc. V § 63; 'Frons est animi ianua' Q. Cic. de pet. cons. 11. 44; 'Nullum scelus rationem habet' Liu. XXVIII 28; 'Nemo saltat sobrius' Cic. Mur. § 13. 'Tria mala aeque nocent: Sterilitas morbus uicinus' Pallad. I 6. 6; 'Nil nouit qui aeque omnia' Sent. "Varron." ed. Riese 84 p. 269; 'Nemini nihil satis est' Petron. c. 76; 'Di essemus ni moreremur' Sent. "Varron." p. 265 *R;* 'Vana est sine uiribus ira' Liu. I 10. 4; 'Nemo omnia potest scire' Varro r. r. II 1. 2; 'Et post malam segetem serendum est' Sen. ep. 81. 1; 'Diem nox premit, dies noctem' Sen. ep. 24. 26; cf. Hor. epod. 17. 2 (Carm. II 18. 15); 'Nil contemnit esuriens' Sen. ep. 119. 4; 'Patrem familias uendacem, non emacem esse oportet' Cat. de a. c. cap. 2. 7; 'Bellumst sua uitia nosse' Cic. ad Att. II 17. 2; 'Res plus ualet quam uerba' Sall. hist. fr. II 96 (III 1). 6. cf. Cic. quae fertur in Sall. controu. 4. 12 extr.; 'Pauperis est numerare pecus' Sen. ep. 33. 4, penthemimeris; 'Longum iter est per praecepta, breue et efficiax per exempla' Sen. ep. 6. 5.

Itemque separanda sunt ea quae non exstant nisi tam corrupta aut tam uariis modiis dicta ut qua quodque prouerbium principali fuerit forma non iam possit certo discerni. corrumpi enim saepe prouerbia uetustate multis uidimus exemplis. ut prouerbium illud *Mutuum muli scabunt* ab Ausonio 158. 11 *Peip.* sic scriptum est: *Mutuum muli scalpunt;* et Porph. ad Hor. C. III 2. 32 cum dicit *Deos iratos pedes lanatos habere*,

'iratos' illud eum prouerbio addidisse et res ipsa ostendit et efficitur collatis Macrob. I 8. 5 et Petron. c. 44. — Sent. 60 secundum Liu. XL 46. 12 sic scripsi: *Amicitiae immortales, (mortales) sint inimicitiae.* eandem contractam habet Quintil. decl. 257 'Non oportet esse immortales inimicitias' et Sen. controu. V 2 'Mortales esse inimicitiae debent'. et haec certiora. sunt autem corrupta quae quomodo ad integritatem restituantur incertum sit. ut Hieronymi illud ap. Erasm. 1977 'Balbus balbum rectius intellegit' uideo esse interpolatum, quae fuerit principalis eius prouerbii forma nescio, fortasse *Balbus balbum intellegit.* iam uero magis corrupta alia. ut grauius prouerbium mutauit Columella cum scriberet XII c. 2 "Nam uetus est prouerbium, paupertatem certissimam esse cum alicuius indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi proiectum sit quod desideretur". itaque nonnulla alii aliter scripserunt, ut sententiam fere retinerent, ualde uariarent uerbis. eius generis aliqua ita afferam, ut primum scribam eam formam quam principalem fuisse incerta coniectura suspicer, deinde adscribam locos quam breuissime. *Nemo nostrum non peccat.* Petron. c. 75. Publil. 484 *Ribb. Meyer.* Ouid. trist. II 33. Plin. ep. VIII 22. 3. Fronto ad L. Ver. Aug. V. 11. Sen. controu. II 4. Hor. Sat. I 3. 68. — *Páritur páx duéllo.* Nepos Epam. 5. 4. Cic. de off. I 23. 80. Statius Theb. VII 554. Augustinus de ciu. dei XIX 12. quos locos retulit Woelfflinus act. philos.-philol. Monacens. a. 1888 p. 201. — *Orta omnia intereunt.* "Sall." ad Caes. I 5. Iug. 2. 3. Stat. silu. II 1. 218. Sen. consol. ad Polyb. 20. — *Aliud alium decet.* Quintil. XI 3. 29. Cic. Rosc. Am. § 122. — *In malis maius fuge, leuius opta.* Cic. ad Octau. 1. 8. Plaut. Stich. 120. — *Euentus stultorum magister.* Liu. XXII 39. 10. Cic. Rabir. Post. 1. 1, graece Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. — *Usús magister óptumus.* Cic. Rab. Post. 4. 9. Caesar. de b. ciu. II 8. 3. Plin. ep. I 20. 12; VI 29. 4. — graecum illud Καιρῷ

δουλεύειν uariis modis dictum est latine: *Tempori cedendum, t. parendum, t. seruiendum,* locos attulit Otto in Woelffl. 'arch.' V 42. *Nihil lacrima citius arescit,* cuius prouerbii uarietates commemorat Otto, WA VI 321.

'Amicus certus in re incerta cernitur' Enn. ap. Cic. Lael. § 64. 'In angustiis amici apparent' Petron. 61. — "Male aratur aruom quod satis frugibus occandum est". Plin. h. n. XVIII § 179 *Detl.* Columella II 4. 2 "Veteres Romani dixerunt male subactum agrum qui satis frugibus occandus sit". — *Similia similibus gaudent.* Augustin. de sp. et an. 14. Isid. synon. II 49. Cic. Cat. Mai. 3. 9. Amm. Marc. XXVIII 1. 53, graece Ἴλιξ ἴλικα τέρπει, sed a Graecis ipsis uarie dictum est, u. Otto WA V 385, Tribukaitius de prou. bucol. p. 8. — 'A te mutuum sumes' Cato ap. Sen. ep. 119. 2. 'Quod tibi derit a te ipso mutuare' Id. ap. Sen. ben. V 7. 5. — *Sua cúique res carissimast.* Petron. 15. Plautus capt 400. Cic. Tusc. V 22. 63. Plin. n. h. XIV 6. 71. Publil. 556. (437). — *Rerúm principia párua sunt.* Publil. 548 (417). Cic. de fin. V § 58. Liu. XXXV 17. 7; VII 2. 4 "parua *haec* quoque, ut ferme principia omnia" Eussner Philol. vol. XLVII 635. Sed ne plura. ex his elucet quam lubricum saepe quamque sit difficile prouerbiorum ueram formam restituere. quod saepe consulto trita fugientes scriptores nouitatis uarietatisque causa mutarunt dicta uetera. quamobrem suspicor in multis quas libris intexuerunt sententiis scriptores latini latere prouerbia uetusta et popularia quae non iam possint restitui. et adhibendum est nobis quicunque hoc quaerimus cum maxima cautione nonnihil audaciae, dum audaciæ moderetur ratio certa.

Peruenimus tandem ad finem huius quaestionis. quam uidimus magnis impediri difficultatibus et formam principalem prouerbiorum inueniendi et inuestigandi origines. nam formam prouerbiorum ii qui ea orationi inseruerunt non semper retulerunt talem qualem acceperant. qui tum neglegentia, quod

uerba posthabebant sententiae, tum consilio, quod trita fugientes studebant nouitati, prouerbia multa mutabant modo grauius modo leuius. accedit quod prouerbia saepe proinde usurparunt scriptores romani quasi essent sua uerba, ut non significarent ea esse prouerbia. quae et aliis et mihi, dum de hoc genere quaerimus more grammaticorum, non semel exstitit causa erroris atque dubitationis.

Iam de origine quaerenti summa illa occurrit difficultas, quod origines prouerbiorum plurimorum magna inuolutae sunt obscuritate, et quidem eo grauiore et incommodiore quod cognitio originum multum pertinet ad hanc quam de rhythmo instituimus quaestionem. neque enim possunt, quod ad rhythmum attinet, alia prouerbia domestici generis haberi nec in uersibus italicis antiquis numerari nisi ea quae non sumpta sunt ex diuerbiis aut hexametris poetarum. aut enim ab hoc aut ab illo genere poetarum sumpta esse temporibus liberae quidem reipublicae quaecunque prouerbia ex libris poetarum sumpta sunt, p. CLI sq. demonstraui. ceteri igitur uersus prouerbiales, qui quidem non sint nouicii, habendi sunt generis domestici.

Ergo multa in hac quaestione incerta et sunt et erunt, ut probabilitatem sequentem in plerisque fortasse aliquid ad rem cognoscendam proficere liceat, nemini ad manifesta certaque peruenire liceat.

Ac repperimus profecto quaedam eaque grauia unde proficisceretur quibusque regeretur coniectura ea probabilitatem sequentis. qua in re non modo singula per se spectanda, uerum etiam coniunctim similia. itaque et congregantur cognata et in partes discedunt; eaque uniuersa diuiduntur in genera duo; unum p o p u l a r e, quod natum est in uitae usu communi, alterum d o c t u m, quod ductum est fere ex studiis litterarum [1]).

[1]) Etsi sunt cum alia ex libris sumpta tum Catoniana popularibus simillima, tamen iis exceptionibus non tollitur regula, gene-

Quod enim inter ea genera interesse p. CLVIII sq. diximus, id quale sit magna ea exemplorum copia quae pp. CLXI—IX et pp. CLXX—V scripta est, satis illustratur. mitto dubia, praetereo ambigua. tamen generatim quid utriusque sit generis existimare nunc possumus. et quidem comparanti mihi praestare non uno nomine uidentur doctis popularia. uera enim prouerbia et popularia, siue rhythmica sunt siue numeris soluta, praeter docta pleraque excellunt significantia, breuitate, concinnitate, grauitate, uenustate, argutiis, denique festiuitate natiua ac lepore naturali, non fucato. namque etsi sunt aliqua ex docto quoque genere breuia concinna arguta, tamen eadem in genere populari insunt alio quodam modo, quod facilius est in ipsis cernere quam uerbis explanare. in plerisque autem eorum uersuum prouerbialium quos inter uersus italicos antiquos edidi ea satis elucet generis popularis indoles. nec tamen satis expressa est in Sent. 12; 17; 39; 48; 50; 51; 55; 60; 63; 66; 68. sed metrum ipsum ostendit uersus italicos antiquos esse Sent. 39; 50; 55; 60; 63; 66; 68; quae sententiae nec ex diuerbiis fabularum petitae esse possunt nec ex hexametris poetarum. restant igitur ambigui atque incerti uersus quattuor 12; 17; 48; 51. cui numero accedet fortasse unus et alter reliquorum; u. p. CLIII sq.

---

ratimque res ita se habet ut dixi. itemque graeca prouerbia non modo docti generis sunt sed sunt quaedam citra studia litterarum Italiae illata commercio sermonis, quod antiquitus fuit populis Italiae indigenis cum Graecis antiquissimum et frequentissimum. et in Graecis ipsis prouerbia popularia saepius discernuntur a doctis, quod prouerbia ea ipsa quoque quae a Graecis sumpserat uulgus, domesticae aptabat consuetudini, ut essent similia domesticis uel allitteratione uel concinnitate uel numero uel forma denique sententiae et uerborum. quamobrem cum sint duo genera uocabulorum quae a lingua graeca in latinam linguam sunt translata, unum populare, alterum eruditum, iis generibus aequaliter respondent duo genera prouerbiorum, quae a Romanis usurpabantur, graecanicorum.

Pro **appendice** huic quaestioni non alienum erit ita addere uersus quosdam prouerbiales Graecorum, ut in breui conspectu ponam quae fuerint in eodem genere Graecis formae numerorum.

Est enim *generalis* quaedam hac quoque in re Romanorum et Graecorum similitudo. quicunque enim latinorum prouerbiorum proprii sunt simplices numeri, iidem fere inueniuntur in. graecis. sed magnum tamen intercedit discrimen. nam in monocolo genere uersuum prouerbialium, de quo nunc agitur, *multo frequentiores sunt uersus anapaestici Graecis, Romanis iambici et trochaici.* illud minoris momenti est quod uersiculi illi prouerbiorum qui ultimam thesin non supprimunt, quos maiusculis litteris A et B signare soleo, Graecis pro portione pauciores erant quam Romanis.

Quamobrem quae gentium earum prouerbiis est similitudo numerorum, eam non ab altera alteri illatam, fortasse ab antiquissima societate cognationeque ductam illam quidem, sed probabiliter per se sponte in utraque gente natam esse existimo. proxime enim ad orationem sermonemque accedunt numeri illi breuiculi uel iambico-anapaestici uel trochaico-dactylici. quid? quemadmodum in nostra gente illud *Mórgonstúnd har gúld i múnd* (i. e. Mane manu aurum affert) et quae sunt eius generis antiquitus dicta sunt rhythmo simplicissimo, nonne item Latini sponte inuenire et per se talia componere quale illud *Mútuúm mulí scabúnt* pariter potuerunt ac Graeci Εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ? quod quo magis perspiciatur nunc in breui conspectu ponam prouerbia, quotquot apud paroemiographos inueni, quae quidem antiqua esse uideantur, rhythmica Graecorum. mitto ob eam causam quam dixi p. CXLVIII locutiones prouerbiales quae longe maximum locum tenent in collectionibus paroemiographorum; afferam ea prouerbia quae graece γνῶμαι, latine sententiae dicuntur. mitto etiam partes uersuum a poetis sumptas. neque enim latina neque graeca ulla prouerbia id quod quaerimus possunt illustrare nisi sen-

tentiae populares eae quae a libris poetarum non uidentur primam originem duxisse.

Ergo, quoniam ad hanc rem prouerbia et antiqua et uera et certa conquirenda sunt, si nullos adissem fontes nisi eos quos aperuisset industria Erasmi Schottii Gaisfordii Schneidewinii Leutschii, negotio suscepto non potuissem satisfacere, praesertim cum cognitio paroemiographorum hoc tempore posita esset in nouo fundamento. uerum tamen non modo codices primae classis sed etiam uulgatos ad eam rem adhiberi et necesse est et fructuosum. sunt enim, quod iure monet Iungblutius quaest. de Zenobio p. 12, prouerbia permulta et antiqua et bona, quae soli codices interpolati seruent.

Siglis plerisque utor iisdem atque Otto Crusius in libro de prou. Alexandrin. qui Lipsiis 1887 editus est.

I. *Codices primarii.*

A = Athous. eius collationem primus ed. Millerus in miscellaneis graecis Parisiis 1868 p. 349—384. alteram ed. Cohnius nou. ann. CXXXIII 840 sqq.

L = Laurentianus LXXX 13. eius partes II, IV. V, III edidit Jungblutius m. rh. XXXVIII 402—420. partis autem I:ae post Gronouianam tandem habemus collationem nouam, quam ed. Fr. Schoellius in *'Festschrift zu Begr. d. XXXVI Phil. vers.'* Frib. Brisig. 1882.

$\mathbf{L}^2$ = Laurentianus LVIII 24. prouerbia eius ed. Cohnius Comment. phil. Vratisl. II 2 1887 p. 27—44. — **P** = Palatinus; de quo u. Treuius phil. uol. XLVII p. 193 sq. et OCrusius ibid. 202 sq. Codicum AL collectiones hac cognatione coniunctae sunt. A I = L IV = archetypi I; A II = L V = arch. II; A III, cui collectioni in Laurentiano Plutarchi nomen falso subscriptum est, = L I = archet. III. et hae quidem tres collectiones continent Zenobii ualde truncatam epitomen τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν. cui in archetypo accedebat collectio quarta prouerbiorum Alexandrinorum, quod uidit Crusius ediditque prouerbia quartae collectionis sub Plutarchi nomine L. 1887. quinta denique archetypi collectio, cuius frustula supersunt, uidetur post Luciani aetatem ab aliquo sophista conflata esse: *ath.*^{4} = A IV; 1 = L III; 1^2 = L^2V; quas collectiones minusculis litteris ideo signaui quod quarta Athoi,

tertia codicis L, quinta codicis L^2 collectio secundaria est. nec tamen nullius pretii habendae sunt.

II. Codices uulgati, uel ii quorum archetypum copiis Zenobianis et Alexandrinis, quae ipsae ibi erant multo pleniores, addita habuit multa prouerbia et λέξεις maxime a lexico quodam sumpta, ii profecti sunt a tribus recensionibus: **P**(arisina) et **B**(odleiana) et **D** (Pseudodiogenianea).

1. **P.** **p** = codex Parisinus 3070b. ed. Th. Gaisford in Paroemiographis Graecis Oxonii 1836.

2. **B.** **b** = Bodleianus ed. Gaisf. **u** = Vaticanus Schotti excerpta ap. Gaisf. **a** = cod. Parisinus 1773. u. Cohnius l. c. comm. Vratisl. 49 sqq. **s** = cod. Par. supplem. graec. 676. excerpta edidit Cohnius l. c. p. 57—84.

3. **D.** **d** = codices recensionis Pseudodiogenianeae ii quos adhibuit Gaisfordius. $\mathbf{d}^2$ = "Diogenianus" Vindobonensis, cuius prouerbia edidit EL a Leutsch in Paroemiographis Gottingensium alteris p. 1—52 Gottingae 1851. — Suidam recensionis Diogenianeae exemplo usum esse Brachmannus demonstrauit. ad Suidam pertinet cod. Coislinianus 177 **(Coisl.)**, cuius prouerbia a Bastio excerpta edidit Gaisfordius. etiam Gregorius Cyprius et Macarius et Apostolius, quod demonstrauit Brachmannus, a recensione Pseudodiogenianea pendent. sed eum fontem cum non esset integer fecerunt lutulentiorem Gregorius et Apostolius, quod multa neglegenter tractarunt et addiderunt cum alia aliunde petita tum αὐτοσχεδιάσματα non maximi pretii. eos adhibere numquam fere mihi opus fuit, quod operam dabam non ut collectionem graecorum prouerbiorum ederem, sed ut exempla in meum usum conquirerem.

Praeterea de fontibus et de codicibus paroemiographorum u. O. Crusius Analect. critic. ad paroemiographos graecos L. 1883 (Crus. an.). Idem in actis philologorum Dessauiensibus L. 1885 p. 216—228. Jungblutius quaest. de par. I de Zenobio Hal. 1882. Cohnius in commentatione illa Vratislauiensi p. 1 sqq. Millerus in miscellaneis illis *('Mélanges')* p. 341—348. M. Schmidtius, Verisimilium c. I Ienae 1851. F. Schoellius l. q. d. p. 39—52. Warnkrossius de paroemiographis Gryphiswaldiae 1881. F. Brachmannus in quaest. Pseudodiogenianeis n. ann. suppl. XIV 341 sqq. maxime uero ad recte aestimandos codices recensionis D pertinent ea quae disseruit p. 382—396; quibuscum cf. Cohnius comm. Vrat. p. 20 sqq.

I. Versus ultima thesi non suppressa.

A. Iambici et anapaestici et dactylici.

1. Tetrapodiae iambicae acatalectae.

Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω b 175 d II 54 l III 20 [1]).
Ἀνεῳγμέναι Μουσῶν θύραι p I 89 b 117 d I 77 Suid.
Ἄκουε τἀπὸ καρδίας b 184 d II 59 [2]).
Ἄκουε δὴ κακοῦ λόγου b 185 [3]).
*Γαλῆ κροκωτὸς οὐ πρέπει p II 93 b 277 Suid: coisl. 64 [4]).
Ἀπέδυ κροκωτὸν ἡ γαλῆ Suid. coisl. 64 (τόν κ. *cod.*).
*Κίνδυνος ἐν πρώρᾳ σελίς p IV 55 b 543 d V 55 [5]).
Δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν p III 12 b 322 [6]).
Μῦς ἄρτι πίττης γεύεται d VI 41 [7]).

2. Tetrapodiae dactylicae catalecticae.

Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλῇ b 512 Suid. [8]).
*Γλῶσσα γὰρ οἰκεῖ ὁποῦ κουρεύς b 294 u I 49. ὁ κ. *libri.*

---

[1]) Usurpatum esse hoc prouerbium ab Atheniensibus propter clades a Macedonibus illatas narrat paroemiographus.

[2]) Fortasse ex scholiis Lucianeis sumpta est huius prouerbii notitia. Lucianus enim id usurpat in Ioue tragoedo c. 19 (additque "φασίν") et inc. ap. Plutarch. in discr. ad. et am. p. 63 A, quos locos adscripsit Schottius.

[3]) Hoc prouerbium uidetur natum esse imitatione prouerbii illius Ἄκουε δὴ καλοῦ λόγου· "ἀπὸ τῶν τοὺς μύθους διηγουμένων", quod esse in codice s docet Cohnius comm. vrat. p. 65. quod usurpabatur in exordio ab iis qui fabellas narrabant. ita Plato Gorg. 523 a; cf. Schol. ad Plat. Tim. 20 D.

[4]) Οὐ πρ. γ. κ. *libri* (κροκωτόν *p*); cf. p II 93 d III 82 γαλῆ χιτώνιον *scil.* οὐ πρέπει. γαλῆ χιτών Coisl. l. c. apologus a Strattide traditus dicitur in *p;* etiam est in aesopicis Planudeis.

[5]) ἡ ἐν πρ. *libri.*

[6]) "Τοῦτο λέγειν εἰώθασιν οἱ ὑπό τινων ἐπιβουλευόμενοι· παρ'ὅσον ἀλεξιφάρμακον ἡ δάφνη".

[7]) Ἄρτι μῦς π. γεύεται b 636 d II 64. u. enarrr. Bodl. et Suid. coisl. 344 et edd. Gott. I p. 206 adn. 64.

[8]) Fortasse primo fuit hemistichium hexametri. ut illud Hesiodi Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει prouerbii usu tritum fuit.

3. Quaternarii anapaestici acatalecti.

Ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει d V 31 Suid. coisl. 273 [1]).

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει d VIII 59 p VI 20 s *Cohn. p. 81* Suid. Phot. — καθεύδει p [2]).

Σπαρτὰν ἔλαχες, σπαρτὰν κόσμει Schol. Theocr. V 61 [3]).

4. Tetrapodiae logaoedicae uel Glyconei.

Μί' ἡμέρα σοφὸν οὐ ποιεῖ Suid. coisl. 341 [4]).

Ἔνεστι κἀν μύρμηκι χολή p III 70 b 412 d IV 48 Suid.

Τὸν Λιθίοπ' ἐκ τῆς ὄψεως d VI 16 (scil. γινώσκω).

---

[1]) Usurpat idem Horatius ep. I 17. 20 et Acro ad eum l. — macedonicum esse id prouerbium ostendit enarratio in D, si modo fides ei habenda est. nec uero dubito quin sit Zenobianum: praesertim cum ei sint uicina in codd. d aliquot Zenobiana. cur non exstet nisi in D causa est quod fuit in extrema I litterae serie.

[2]) Hoc prouerbium usurpatum est a Praxilla et a Sophocle et ab Aristophane. u. loci illi quos affert Blaydesius ad Aristoph. thesm. 529.

[3]) Σπάρταν ἔλαχες, κείναν κόσμει d VIII 16. σπάρταν altero loco scripsi per σ litteram minusculam quod suspicor lusum subesse uerborum in ambiguitate positum, quia et dicebatur Σπάρτη urbs et σπάρτη ager dimensus atque assignatus, de quo etymol. m. 740. 45. de hoc prouerbio egit copiose Benseler in lexico nominum propriorum s. u. Σπάρτη. sed origo eius incerta. certe sapit oraculum, ut eam partem hexametri primo fuisse coniectare liceat. Ἣν ἔλαχες Σπάρταν κόσμει d VIII 46. Κόσμει ἂν ἔλαχες Σπάρταν Suid.

Ἀετοῦ γῆρας κορύδου νεότης p II 38 b 36 d I 56 dimeter erit anapaesticus si licebit more dorico ᾱε contrahere, ut ἀετὸς sit disyllabum.

[4]) In p V 12 hoc prouerbium omissum est, seruata interpretatio: "Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι μία ἡμέρα οὐκ ἐᾷ εἰς γνῶσιν ἐμβαλεῖν, ἢ εἰς ἀμαθίαν". — ποιεῖ iambus: u. G. Meyer gramm. gr.[2] § 155 pp. 165 et 166. Westphalius metr.[3] p. 132.

B. Trochaici uersus et trochaei mixti dactylis.

1. Trochaici uersus dimetri catalectici.

Πράγματ' ἐξ ἀπραξίας (scil. ἐγένετο). b 788 d VII 59 d^2 III 64 Suid. [1]).

Αὖθις αὖ Πυθῶδ' ὁδός d III 34 [2]).

*Καπνὸς ἐκ παντὸς ξύλου *Suid. coisl.* 168 (ἐκ π. ξ. κ.) [3]).

Ὀστράκων περιστροφή *(scil.* ἐστι) d VI 95 Suid. coisl. 380 [4]).

[Τὸν ξύοντ' ἀντιξυεῖν d VIII 48 [5]). δ'ἀντ. *libri].*

Γλῶττα χωρὶς τέμνεται Schol. ad Ar. Pac. 1058 [6]).

Ἄφθονοι Μουσῶν θῦραι d III 23.

Βοῦς ἐν αὐλίῳ γέρων b 261 d III 70 s *p. 29 Cohn.* Hes. γέρων *om. s.*

Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθῃ l 77 a p. 384 *Mill.* Suid. coisl. 56.

Εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ p III 51 b 388 d^2 II 52 Suid. [7]).

Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων l^2 c 28 d VI 60 Macarius (= d^2) V 97. s *Cohn. p. 78.*

---

[1]) Πράγματα i. e. κακά, quod intellegitur ex eo quod in b et d paroemiographus docet id prouerbium dici "ἐπὶ τῶν παρὰ δόξαν καὶ ἐλπίδα συμβαινόντων". cf. d I 75 Ἀνδρὶ Λυδῷ (i. e. Croeso) πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐλθὼν ἐπρίατο: "ἐπὶ τῶν κακὰ ἑαυτοῖς ἐπισπωμένων".

[2]) Πυθῶδ' ὁδός Hes. p. 1304 *Schm. ed. min.* originem huius prouerbii attici ostenderunt editores Gottingenses I p. 220 [34]).

[3]) Itemque illa Ἐκ παντὸς ξύλου κύφων γένοιτ' ἄν p IV 7 b 372 et Ἐκ παντὸς ξύλου κλῶς γένοιτ' ἂν καὶ θεός coisl. l. ☙ sic restituenda sunt: κύφων (κακοῦ) γένοιτ' ἂν ἐκ παντὸς ξύλου et κλῶς γένοιτ' ἂν καὶ θεὸς ἐκ παντὸς ξύλου.

[4]) u. enarr. Pseudo-Diog. l. c. et schol. ad Plat. Phaedr. 241 b et ed. Gott. I 285 adn. 95.

[5]) Plures auctores adscripserunt edd. Gott. l. c. fuit fortasse primo septenarius (Ἀντιδάκνειν τὸν δάκνοντα) τὸν ξύοντ' ἀντιξύειν.

[6]) Prouerbium deriuatum ab Homeri γ 332, 341. u. ed. Gott. I p. 415 adn. 1.

[7]) Plurium auctorum nomina afferunt edd. Gott. I p. 69 adn. 51.

Μὴ πρὸς ἐμὲ τὰ ποικίλα l^2 a 151 d VI 70 Mac. (= d^2) V 96. τί πρὸς Mac. VIII 32.

Μόχθος οἱ τηλοῦ φίλοι Suid. coisl. 343; u. edd. Gotting. I 435 adn. 99.

Ὄνος ἄγει μυστήρια l^2 a 160 b 706 d VI 98 [1]).

Πρὸς δύ' οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς A I 5 L IV 3 L^2I 3 P I 19. ὁ *om. AL* [2]).

Σχῆμα καὶ τριώβολον l^2 c 41 Eust. 951. 50 [Apost. XV 85 c] Cohn. comm. Vrat. p. 23 sq. [3]).

Δευτέρων ἀμεινόνων L IV 62 p III 15 b 324 d IV 15 [4]).

Ἐκκεκόφθ' ἡ μουσική A III 65 L I 38 b 445 [5]).

Ἁρπαγὰ Κοτυττίοις A III 112 L I 78 [6]).

Οὐκ ἄνευ γε Θησέως A I 21 L IV 12 p V 33 [7]).

Ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὁρᾶν Suid. coisl. 195 [8]).

[*Καὶ κυνῶν Ἐριννύες Suid. Coisl. 139 [9]).]

---

[1]) Χλευαστικῶς dicitur asinus, dum sarcinis oppressus agmen sequitur mystarum, interesse mysteriis. usurpatum ab Aristophane ran. 159. u. adn. Gott. ad d VI 98.

[2]) Οὐδὲ Ἡ. πρὸς δ. p V 49 b 713 d VII 2. Οὐδὲν Ἡ. πρὸς δύο d^2 III 44.

[3]) Prouerbium uetustum, si recte Eustathius l. c. inde a Phrynichi tragici aetate originem eius repetit. — Forma prouerbii huius eadem est atque illius Οἶνος καὶ ἀλήθεια d VII 28 d^2 III 29.

[4]) *scil.* ἱερῶν πολλάκις τις τὴν θυσίαν ἔθυσε. id intellegitur ex ea quae exstant in cod. p enarratione.

[5]) ἐκκέκοφ' ἡ μ. AL, ἐκπεκόφθω μ. b; u. enarrationem Zenobii.

[6]) Prouerbium uidetur esse in Siculis natum, in comoediaque Siculorum id usurpatum esse suo iure suspicatur Crusius an. p. 86.

[7]) u. enarrationem Zenobii.

[8]) ὁρᾶν pro ὅρα: infinitiuus iussiuus est. edd. Gott. apte conferunt Verg. Aen. II 65 et Ter. Phorm. 265.

[9]) Εἰσὶ καὶ *cod.*, sed id uerbum in hoc prouerbiorum genere saepius omittitur.

Ἔστι καὶ δούλων πόλις Suid. coisl. 214 — fortasse dictum poetae comici — uidetur inuersum esse atque detortum ab illo Οὐκ ἔστι δούλων πόλις A III 25 L I 22.

2. Glyconei sine anacrusi.

Μία μέλισσα μέλ' οὐ ποιεῖ Suid. Coisl. 340.

*Κέρκος ἀλώπεκι μαρτυρεῖ b 486 u II 10 d² II 15. ἡ κ. τῇ ἀ. libri.

II. Versus ultima thesi suppressa.

a. Iambici et anapaestici.

1. Quaternarii iambici catalectici.

Ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ A III 17 L I 15 s *p. 73 C.* d II 2 Suid. coisl.

Ἔξω βελῶν καθῆσθαι p III 89 b 436 d IV 71 Suid. [1]).

Ἅπας ἐχῖνος τραχύς s bis *p. 73 Cohn.* d II 87 d² I 81 Suid. [2]).

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες b 327 d IV 18 d² II 31 Suid. scholl. Iuuenal. XIII 33 Auson. protr. ad nep. praef. p. 261 *Peip.* Incerti encom. comae 32. 24 *Mill.* Aristoph. nub. 1417 [3]).

Poetarum uerba uidentur esse haec quoque: Ἀλλ' ἔπου χώρας τρόποις Suid. p. 183 d; cf. b 190 p I 24; Μισῶ μνήμονα συμπότην [μνάμονα (μνήμ.) συμπόταν *all.*] fr. ἀδέσπ. 141 *Bergk.* a p. 381 *Mill.*, quod a scholiis Lucianeis sumptum est, u. Crus. anal. 67 ², ed. Gott. ad Apost. XI 71 c. — Ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα A I 50 sunt uerba Cratetis comici ap. Athen. III p. 117 c, d. — Ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι dicens Pherecrates ap. Zenobium A II 29 L V 16 prouerbium usu tritum mutauerit necne nescio; certe Iones Ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς οἶναι dixisse memorat Zenobius l. c. τρεῖς ἓξ L V 16; κύβοι *om.* l² 118. et Sophocles cum O. C. 44 *D* ἄλλα δ'ἀλλαχοῦ καλά diceret fortasse nonni hilmutauit id prouerbium, de quo Schol. ad eum l. et Suidas s. u. Εὐμενίδες. — Σικελὸς ὀμφακίζεται A III 133 L I 95 p V 84 utrum inuenerit Epicharmus. an, quod dicit Zenobius, usurpauerit, ignoro. Ὀβολὸν εὗρε Ἁρπύτης b 753 pars est uersus comici. Ἅμα δίδου καὶ λάμβανε d 77; item Epicharmus δός τι καί τι λάμβανε; quod utrum inuenerit, an usurpauerit ignoro. ex comoedia fortasse illud quoque Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ A III 141 L I 103 d VI 18.

[1]) Praeceptum hoc est infinitiuusque παραινετικός. quod elucet ex enarratione, ut in Bodleiano: "Ἔξω βελῶν καθῆσθαι: Παραινεῖ ἔξω τῶν κακῶν γίνεσθαι".

[2]) Οὐ λεῖος ὁ ἐχῖνος altero loco cod. s.

[3]) Δὶς παῖς γέρων Cratinus fr. 24 *K.* u. ed. Gott. II p. 22 adn. 31.

Ἐκ γεύματος γιγνώσκω s *p. 47 Cohn.* d IV 92. Suid.

Ἔπεσθε μητρὶ χοίροι schol. ad Ar. Plut. 314. Suid. coisl. 206 [1]).

Εὕδοντι κύρτος αἴρεῖ b 429 d IV 65 Suid. coisl. 218 Hes. 1496. cf. p IV 8 [2]).

Ἔγνω δὲ θὴρ θῆρα Aristoteles rhet. p. 1371 b [3]).

Μηδὲν κατὰ βοὸς εὔξῃ b 660 d VI 55 d[2] III 24 [4]).

*Νέμεσις παρὰ πόδα βαίνει b 688 d VI 80 Suid. [5]).

*Λυδὸς θυρὰν ἔπλεψεν p IV 98 b 611 Hesych. τὴν θ. *pb.* ἔκλεψεν *scripsi,* dicitur enim ἐπὶ τῶν μωροκλεπτῶν: ἔκλεισεν *libri.*

---

[1]) Usurpat Aristophanes Plut. 315. Schol. ad h. l. τοῦτο δὲ παροιμιώδες εἶναί φασιν· οἱ γὰρ παῖδες τοῦτο εἰώθασι λέγειν, ἔπεσθε μητρὶ χοίροι· παροιμιακὸν οὖν ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων φασὶ λέγεσθαι.

[2]) Cratini aetate id prouerbium usu tritum esse intellegitur ex eo quod in Bodleiano narratur eum id in ridiculum conuersum ita dixisse: Εὕδοντι πρωκτὸς αἴρεῖ. et in Timotheum Cononis filium prouerbium illud uulgatum usurpasse inimicos auctor est Plutarchus, cuius locos adscripsit Erasmus 1582 ceterique deinceps editores.

[3]) Per catalexin interiorem etiam tertia thesis suppressa est.

[4]) Μὴ πάντα κατὰ βοὸς ἕξεις *Suidas;* μηδὲν κ. β. εὔχου *Erasmus.* — De soluta arsi in illo κατὰ βοός u. Christii metr.[2] § 74 adn. 2.

Si licentia his uersibus popularibus concessa est, ut est, maior quam elegantioribus poetarum, ne in hoc quidem prouerbio similem quendam rhythmum agnoscere dubito: Ξυγγνώμη πρωτοπείρῳ d VI 93 Suid. Similia Meinekius ed. Theocr. p. 467 sq.

Illud autem Γέρανοι λίθους φέρουσιν· "ἐπὶ τῶν προνοητικῶς τι ποιούντων Suid. coisl. 73 uix crediderim uerum esse prouerbium et non fictum ex schol. Arist. au. 1136 (1137 *Bl.*)

Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον (scil. ἀναλαβοῦ) p III 59 b 356 Cratinus fr. 16 *K* et Philemo fr. 18 *K* utrum ita protulerint ut uulgo ferebatur inter sermones hominum an aliquid mutauerint ignoro. certe aliter cod. Pal. I 20 et Plato Lach. 187 b Ἐν τῷ Καρὶ ὁ κίνδυνος et Euthyd. 285 c Ἐν Καρὶ ὁ κ. (aliud illud I 378 ἐν κἄρὸς αἴσῃ). praeterea u. ed. Gott. I 70 adn. 59 et Kockius com. att. fr. I p. 17 et m. rh. XLIII 34.

[5]) πόδα *scripsi:* πόδας *libri.*

Πρὸς κέντρα (μὴ) λακτίζειν p V 70 [1]).

Γάδε Μῆδος οὐ φυλάξει A III 64 L I 37. [2]).

Λεί τις ἐν Κύδωνος A III 41, 173 L I 129 p II 42 b 39 [3]).

*Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖσι b 172 (et 206). ὀφθαλμοῖς b [4]).

Νῦν ὀσπρίων ἄμητος b 696 u II 98 d VI 87.

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ A I 84 p V 31 b 742 [5]).

Ὑς ὑπέροπλον ὁραμεῖται b 920 u IV 30.

2. Quaternarii anapaestici catalectici uel paroemiaci.

Χαλεπὸς βίος ἴσφνι' ἄγοντος s. *Cohn. p. 82.*

Τὸ δέ τοι κλέος ἐσσομένοιο A I 77 L IV 60. ἐσομένοιο *L.*

Ἔφυγον κακὸν εὗρον ἄμεινον A III 18 L I 16 L^2 III 6 s *(C. p. 61)* p III 98 [6]).

Δέχεται καὶ βῶλον Ἀλήτης A III 76 L I 48 d IV 27 d^2 II 38 Crus. an. p. 84.

Δῶρον δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαινεῖ A III 83 L I 53 [7]).

Ἀλιεὺς πλήγεὶς νοῦν οἴσει A III 21 p II 14. οἴσω L^2 III 7 et 1^2a 63.

Σκαμβὸν ξύλον οὐδέποτ' ὀρθόν A III 20 L I 18. τὸ σκ. *AL* [8]).

---

[1]) Infinitiuus pro coniunctiuo aoristi est h. l. μὴ addidi coll. Priscian. II 356 *H* πρὸς τὰ κέντρα μὴ λακτιζέτω. Liban. ep. 1190 τὸ δὲ, μὴ πρὸς κέντρα, καὶ μάλα ἴσασι. Amm. Marc. XVIII 5. 1 "ne contra acumina calcitraret". Ter. Phorm. 77 "inscitiast aduorsum stimulum calces", *scil.* iactare.

[2]) Hoc prouerbium natum esse sub id bellum quod Xerxes Graeciae inferret Dicaearchus auctor fuit Zenobio.

[3]) "ἐπὶ τῶν φιλοξένων καὶ πρὸς ὑποδοχὴν ἑτοίμων· παρ'ὅσον ὁ Κορίνθιος Κύδων φιλοξενώτατος ἐγένετο" bp. l. c.

[4]) ἀ. ἐν ὀ. ἔστω b 206, fortasse ἐστι.

[5]) Enarrauit Zenobius l. c.

[6]) Versum eum in nuptiarum caerimoniis solemnem fuisse Atheniensibus memoriae prodidit Zenobius. Lobeckius Aglaoph. p. 648. καιρὸν *L:* κακὸν καιρὸν *Gronouius falso.* u. Schoellius p. 53. κακὸν

[7]) ἐπαινεῖ *ex collatione Cohnii:* ἐπαίνει *Millerus.*

[8]) Ξύλον ἄγκυλον οὐδέποτ' ὀρθόν s *(Cohnius p. 79)* d VI 92.

῾Ακρον λαβὲ καὶ μέσον ἕξεις l²a 37 l 17 p I 57 b 87 d² I 27.

᾽Αποτίσεις χοῖρε γίγαρτα l 68 d III 32 Suid.

Μανία δ᾽οὐ πᾶσιν ὁμοία A I 86 L IV 67. δέ *om.* L² I 37 et b 646 [1]).

῞Οθι περ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς A I 77. ῞Ινα δ. d V 30 [῞Ινα γὰρ δ. Apost. IX 6].

῾Ελθοι ξένος ὅστις ὀνήσει A II 81 L V 51 p V 26 bis (Ξ. ὲ. *altero l.).*

᾽Επιχώριοι οὖρον ἴασι b 450 d IV 80. ἴασι *b.*

Χαλεπὸν χορίων κύνα γεύειν b 950 d² III 94 Suid. χορίου d².

᾽Ελέφας μὺν οὐκ ἀλεγίζει l²a 101 uat. k. (Greg. Apost.) *Cohn. p. 24* [2]).

*Κακὰ μὲν θρῖπες κακὰ δ᾽ἴπες b 576 d V 78. θρίπες, ἴπες *libri: corr. Meinekius.*

*Σὺν ᾽Αθήνᾳ καὶ χέρα κίνει M I 36 L IV 27 L² IV 9 P I 26 p V 93 Prou. Al. 36 *Crus.* [3]).

Τὸ κυνὸς κακὸν ὃς ἀπέτισιν l²b 18 uat. k. IV 59.

῾Αλλο γλαῦξ ἄλλο κορώνη p I 69 b 97 d II 16 Suid.

῾Αλλοι κάμον ἄλλοι ὄναντο p I 65 b 97 d II 13 d² I 30 Suid. [4]).

*Καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοισιν Heph. VIII p. 46. 19; p IV 57 b 548 [5]).

Κἂν αἶξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν d V 87. Κἂν μῦς AP IX 379 *Iac.* (Κ. ὃς *cod.).*

Οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος L II 11 b 750 prou. Alex. 11 *Crus.*

Πολλαὶ κυνὸς ἄρσενος εὐναί b 810 d VII 79 d² III 67.

᾽Αγαθὴ καὶ μᾶζα μετ᾽ ἄρτον p I 12 d I 4 d² I 4.

᾽Αγαθοὶ δ᾽ἀριδάκρυες ἄνδρες p I 14 d² I 9.

---

[1]) Μανίαι οὐ πᾶσιν ὅμοιαι d VI 47. Chrysippi eam esse imitationem uulgaris loquelae suspicatur Crusius an. p. 80.

[2]) οὐχ᾽ἁλίσκει d 45 d² II 66. μυός Gregor. Cypr. Mosq. III 21 et *Meinekius.*

[3]) χέρα *Bergkius: χεῖρα codd.*

[4]) ὄναντο *Bergkius: ὤναντο libri.*

[5]) καὶ *om.* d V 36. simul auditur ἐστί. — λαχάνοις *pb.*

Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός d² I 83 d II 97. δέ τοι *om. d.* [1]).

Ἀγναμπτότατος βάτος αὐος p I 16 b 17.

Βοὺς ἐφ' ἑαυτῷ κονιεῖται p II 70 b 220.

*Γόνυ κνήμης ἔγγιόν (ἐστι) p III 2 b 273 d III 78 Suid. coisl. 86.

*Λισχύνης κέρδος ἄμεινον A III 127 L I 89 p IV 67 d V 42 [2]).

*Σφάκελοι ποιοῦσ' ἀτέλειαν p IV 76 b 568 Hesych. Suid. καὶ σφ. *libri* (σφάκελλοι *b.*).

*Νόος οὐ παρὰ Κενταύροισιν b 679. 694 u III 10 d VI 84 [3]).

Πόλεμος δὲ Κόνωνι μελήσει b 805 u III 57 d VII 75.

[Τετράδι μὲν γέγονας τοίχου b 867.]

Ἄλλος βίος ἄλλη δίαιτα p I 22 b 24 d I 20 [4]).

3. Paroemiaci logaoedici. eorum tres formae: ∪ — ∪ ∪ — ∪ ∪ — — et ∪ ∪ — ∪ — ∪ ∪ — — et ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — —. tum enim in prima sede iambus est, tum in secunda, tum in tertia.

Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν A I 43 L IV 37 L² I 20.

Ἄλευ' ἀπὸ μείζονος ἀνδρός b 179 d II 56 Suid. coisl. 8.

Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων p III 69 b 411 d IV 47 d² II 68 Hes. 1173.

Κριὸς τροφεῖ' ἀπέτισεν p IV 63 b 556 d V 62.

---

[1]) Quis fuerit huius prouerbii auctor inde ab antiquis temporibus ambigitur. quem falso Hesiodum a quibusdam nominari probabiliter dicunt edd. Gotting. I p. 213 et II p. 13 adn. 83.

Nonnulli horum paroemiacorum fortasse sumpti sunt ab hexametris poetarum. ut ab Homeri P 32 Υ 198 Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω b 826 et idem ab Hesiodi op. 218 Παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω a *p. 378 Mill.* sed dubito an poeta illis locis Homericis — nam de Hesiodo non dubium est — eam sententiam non ipse inuenerit. uidetur enim uetustus paroemiacus esse uerbis Homeri insertus, quod idem censet Usenerus.

[2]) κ. αἰ, ἄμ. *libri*, quod ita transpositum prouerbium usurpauit Callias com.: Κέρδος αἰσχ. ἄμ.· ἔλκε μοιχὸν εἰς μυχόν p l. c.

[3]) νόος *scripsi*: νοῦς libri; Κενταύροισιν b 694: Κενταύροις b 679 et d. cf. Aristoph. ran. 38.

[4]) δἰαιτα disyllabum, u. G. Meyer gr. gr.² § 146 p. 158 sq.

Μηδὲ μέλι μηδὲ μέλισσα d VI 58 d^2 III 25. μελίσσας b 663.
Ἐγένοντο καὶ φίλοι ἐχθροί Suid coisl. 122.
Καθ' αὑτοῦ Βελλεροφόντης L II 14 L^2 IV 16 Prou. Alex. 16 *ed. Crus.* [1]).
Βαλὼν φεύξεσθαι ὅιει *(Bergk.: οἴει codd.)* b 225 p II 71.
Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη d III 29 d^2 I 91. Plato rep. II 362 d.
[Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ b 319 d IV 13] [2]).
Μέγα στόμα τοῦνιαυτοῦ d VI 48 b 649 τό στ. *b*.
[Ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζει b 803 d VII 74] [2]).
Ἄπαγε μόθων' ἀπὸ κώπης d III 27 Suid.
*Λύκος ἀμφὶ φρέαρ χορεύει p IV 100 b 615 d VI 21, V 66 [3]).
*Κενοὶ κενὰ βουλεύονται. d V 100. κενὰ κενοὶ *d;* κενοὶ κενὰ λογίζονται Suid. coisl. 291.
Ἡ Θρᾶττα ἐπὶ τῷ ταρίχει Suid. coisl. 241.
[⟨Ἐγὼ⟩ μαυτῷ βαλανεύσω] p. III 58 [4]). [2]).
Το νόμισμα παραχάραξον uat. 482 app. I 81, I p. 391. 15 *Gott.* [5]).

Iambicum colon cum logaoedico iunctum habet:

*Ἐν καρδίᾳ νήφοντος,
*ἐπὶ γλώσσης μεθύοντος d VIII 43 b 913 [6]).

---

[1]) Adde tacite τὰ γράμματα κομίζων ἔλυσεν Plutarch. de curios. 9. Crusius nou. ann. CXXXIII 249. cf. cod. p II 87.
Ἐβὰ καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν Theocritus XIV 43 et II 512 metro aptauerit uerbis mutatis an ita uulgo dici solitum sit, ignoro.

[2]) Non tam sententia quam locutio.

[3]) ἀμφὶ *scripsi:* περὶ *libri.*

[4]) Ἐγώ addidi coll. Ar. pac. 1103 κἀγὼ μαυτῷ βαλανεύσω. Καγὼ μαυτῷ βαλανίζω Mein. epim. Theocr. p. 454. 25.

[5]) Sic paroemiographus "Γνῶθι σαυτὸν καὶ Τὸ νόμισμα παραχάραξον: παραγγέλματα Πυθικά". in uestibulo igitur fuit templi Delphici.

[6]) Τὸ ἐν τῇ κ. τοῦ ν., ἐπὶ τῆς γλ. τοῦ μ. *libri.* induxi articulos.

Et hos paroemiacos sententiarum inueni in collectionibus paroemiographorum. exstant autem in litteris graecis plures. nam centum et uiginti fere conquisiti sunt a Meinekio ed. Theocriteae p. 454 sqq. et ab Augusto Nauckio in miscellaneis graecis et romanis tertiis p. 151 sqq. et ab Hauptio in op. III 544 et ab Usenero in libro quem inscripsit *'altgriech. Versbau'*, qui illos nominat p. 45. sed pars eorum quae a doctis uiris illis afferuntur non sunt sententiae, ut proprie sententiae prouerbiales dicuntur, sed locutiones prouerbiales, quae partem sententiae efficere possunt, per se ita dici non possunt ut sententia sit integra. id autem genus consulto omitto. accedit quod nec in aliis generibus fere nec in paroemiacis ulla affero prouerbia nisi ea quae continentur collectionibus paroemiographorum, quo magis ad rationem numerorum perspiciatur quam quodque genus fuerit aut frequens aut infrequens, si modo numeri exemplorum frequentiae usus pro portione respondent aequaliter.

b. Paroemiaci sine anacrusi.

1. Paroemiaci sine anacrusi dactylici.

Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ p I 67 b 95 d II 15 Suid. [1]).

Ἢ κρίνον ἢ κολόκυνθον A I 52 p IV 18 b 476 d V 10. Bergk, op. II 395 [2]).

Ἥλιξ ἥλικα τέρπει L II 14 d V 17. Prou. Alex. p. 15 *ed. Crus.* [3]).

---

[1]) Hoc prouerbium senario reddidit poeta quidam comicus Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ, quem locum huc retulit Finckhius in phil. uol. XXX 428.

[2]) Ἦ τοι κρίνον ἢ κολοκύνθη Suid. coisl. 264.

[3]) Leutschius paroem. II p. 33 et Crusius nou. ann. CXXXIII p. 249 "plenam" quam uolunt esse "formam" afferunt petitam a scholiasta Platonis p. 314 *B* et Suid. coisl. 250 ἥλιξ ἥλικα τέρπει γέρων δέ τε τέρπει *(sic!)* γέροντα. sed etiamsi et ipsa ab Aristophane grammatico tradita sit, tamen id non obstat quominus hoc longius prouerbium secundarium sit et adsuto additamento

2. Paroemiaci sine anacrusi logaoedici uel Pherecratei.

Ἐγγύα, πάρα δ'ἄτα Suid. coisl. 121 manus secunda et Schol. ad Plat. Charm. 165 A (p. 324 *B)* [1]).

Μέγα τοι ἄγγελος ἐσθλός b 654 u II 75 [2]).

Παρθένος τὰ πατρῷα d VII 88. π. τὰ πρῶτα l. Erasmi, ut uid.

*Ἐξ ὀνύχων λέοντα l^2a 147 d V 16 *Gaisf.* (15 *Gott.)* Suid. coisl. 197 [3]).

Γὸψ κόρακ' ἐγγυᾶται b 318 u I 57 d^2 II 26.

Duobus paroemiacis, uno dactylico altero anapaestico constat

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα,

ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον p III 36 b 332 d^2 II 34 [4]).

---

recenti pariter auctum atque illud ap. Const. Man. I 35, quod offert Tribukaitius l. de prouerbiis buc. p. 14, "ἥλιξ ἥλικα, φασι, τέρπει καὶ κόρη κόρην καὶ γραῦς τρικόρωνος τὴν γραῦν. καὶ πέμπελον ὁ γέρων". uetusta enim forma eius prouerbii est illa breuior eaque multo ante aetatem Aristophanis grammatici nata. quam usurpat Plato Phaedr. 240 c "Ἥλικα γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα et Aristot. rhet. p. 1371 b.

Illud quod Solon Croeso dixisse narratur uarie redditur: Τέρμα δ' ὁρᾶν βιότοιο AP IX 366. 6; Τέλος ὅρα μακροῦ βίου d VIII 51 *Cod. Pant.* (μακροβίου *cod.)*, Τέλος ὅρα βίου *alii.*

[1]) Εγγύη — cod. Coisl. m. pr.: Ἐγγύη — Plato Charm. p. 165 a *ed. Schanz.* Eam sententiam in uestibulo templi Delphici inscriptam fuisse indicat Plato l. c. et Cratinus minor in scholio q. d., quo loco Chilonis sententia esse dicitur. et fuit qui Thaleti eam tribueret, Demetrius autem Phalereus Pittaco, u. edd. Gott. II p. 70 et I p. 394.

[2]) Μέγα τοι tribrachyn facit insequente uocali, de qua re u. Christius metr.^{2} § 322 p. 277 sq. G. Meyer gramm. gr.^{2} § 154.

[3]) ἐξ ὀ. τὸν λ. *coisl.*, λ. ἐξ ὀ. l^2, ἐκ τῶν ὀ. τὸν λ. *d*, ἐξ ὄνυχος τὸν λ. Alcaeus ap. Plut. de def. or. 3, ἐκ τοῦ ὀ. τὸν λ. Sophron ap.Demetr. de el. § 156.

[4]) Hexametrum hiantem ex his uerbis dimetitur Bergkius op. II 396, nec id sine aliqua dubitatione. qua dimensione confunduntur antiquior mos, quo colis hexametri uel singulis uel inconexis uel conexis uti licuit, et posterior qui perpetuo conexuit. cf. Usenerus *'altgriech. Versbau'* p. 51 all. q. locc.

3. Trochaici ternarii.

Ἱερὸν ἡ συμβουλή p IV 40 b 505 Suid. coisl. 268 Hes. scholl. plat. p. 383 *B* [1]).

Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν ἀνορθώσασα,
*πόλιν ἀναστρέψουσα p II 99 b 315 u I 49 d IV 9 Suid. coisl. 74 [2]).

[Αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ d III 16 Suid.]

Μὴ κίνει Καμάριναν A II 25 L V 14 p V 18 (καμάριναν et καμάρινας *A teste Cohnio)* pars est hexametri, quod ex interpretatione Zenobii quam sumpsit a Demone — u. Crusius anal. p. 142 — elucet.

Non tam sententia quam locutio prouerbialis est Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε A I 17 Prou. Alex. †40 *Cr.*

Quod Bergkius op. II 395 adn. illud Macarii V 5 Καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ βοηθεῖ sic legit dimetiturque ut βοηθεῖ sit disyllabum: Καὶ χερὶ καί ποδὶ βοηθεῖ, id dubium est.

[1]) Ἱ. ἡ σ. ἐστιν *pb.* Σ. ἱ. χρῆμα Plato Theag. 122 b (similia colleg. Tribukaitius de prou. buc. p. 10). Ἱ. ἡ συμβουλία sent. quae dicitur Menandri 256, Ἱερὰ ἡ σ. ἐστιν d[2] II 92. similiter Xenophon an. V 6. 4.

[2]) ἀναστρέψουσα *d:* καταστρέψουσα *bp Suid. coisl.* — [καὶ] πόλιν ἀναστρ. *libri,* induxi καὶ.

Illa est locutio: Ἄλας ἄγων καθεύδεις p I 23 b 25 d 21.

Diog. VI 72 Μὴ μάχαιραν αἶρε θῆλυ, quaternarius trochaicus, fortasse principio fuit hemistichium septenarii. illud autem constat duobus dactylicis Τἄλλα φιλώμεθα, τἄλλ' ἀγαπώμεθα d VIII 50.

CAPVT IX.

De elogiis.

Versus esse eos quos edidi elogiorum, non prosa oratione conceptos, et numeri ipsi ostendunt et numerus. neque enim sunt singulares uersus inscriptionum repudiandi, si exstant in pluribus inscriptionibus rhythmo pares.

Accedunt indicia plura.

Neque enim modo ad Saturnios sed ad omnes singulares uersus titulorum pertinet id quod docet Buechelerus ind. aest. Bonn. a. 1876 p. 10 sq. "Singulares", inquit, "discernere uersus periculosa res est et, nisi aetas tituli externaque indicia aut elocutio impulerint carmen ut ponamus, plane temeraria". sane paullo incertiora sunt — quod est perincommodum — aetatis indicia; namque etiam imperatoria aetate, ut haec editio ostendit, memoria quaedam non tam artis Saturniae quam uersuum Saturniorum domesticorumque resedit. quod ne Buechelerum quidem fugit. "diu autem", inquit, "plebis siue notitia penitus insita siue rudi assuetudine uetustae poesis resedisse memoriam monumento docemur Eurysacis". sed sequenda esse quaedam indicia cum aetatis tum generis atque elocutionis Buechelero uehementer assentior. quod tamen non tenuit qui illud 'Ritus Gabinio med Romai feked' contendit esse Saturnium. quid enim? quae sunt illa "indicia externa aut elocutionis"? hoc igitur nobis quaerendum. ad eam autem quaestionem collectiones Garruccii quas edidit Augustae Taurin. a. 1878 et 1881 adhibebo eam ob rem quod plures continent titulos quam Corporis Inscriptionum Latinorum uolumen pri-

mum, cuius editio secunda nondum in publicum prodita est. nam liberae reipublicae et primae aetatis imperatoriae inscriptionibus potissimum hanc quaestionem esse definiendam per se intellegitur.

Ac primum quae prosa oratione eorum elogiorum quae facta sunt illis quae dixi temporibus contineantur uideamus.

I. Primum igitur prosa oratione scripta sunt nomina mortui et munera et aetas, interdum etiam tempus mortis. uelut

Gar. 675 Geminia C. f. Vatroni uxor. — 1401 — — dispes*ator* calator augurum. uixit annos XXX. — 884 *L. Co*rnelius L. f. L. n. Scipio Asiage*n*us Comatus annoru gnatus XVI. — 1076 N. Vibidaius V. f. Barbo — C. Pansa O. Irtio cons. pr. non. Febr. — 1390 Fauonia sacerdos Cereris publica p. R. Q. — Singulare est illud inter elogia Scipionum CIL VI 1290 Gar. 883 L. Corneli L. f. P. /n.7 Scipio quaist, tr. mil. annus gnatus XXXIII mortuos. Pater regem Antioco subegit.

Etiam quis monumentum parauisset prosa oratione scribi solebat.

Gar. 1428 Auctus suae conseruae et Oecumenae *(sic!)* soror fecit. — 1798 Teudata poseit. 1823 Uxor posit.

Iam quaecunque de monumento ipso scripta sunt, ea prosa oratione fere scripta sunt. primum de impensa, uelut

Gar. 1369 libertus ex testamento faciundum curauit. — 1375 — — de suo fac(iundum) coer(auit.) — 1408 — — de sua pecunia faciun*dum* coerauit patron*o* et sibi amicisque. — 1736 — — isque familiam suam manu missit pecuniamq(ue) /dedit7. — 1717 — — *h*oc monimentu *sibei et l*eibreis soueis *fecit* et leibrauit *et expo*liuit.

deinde de iure sepulcri, ut

Gar. 1343 P. Asid. Truphonis locu sibi et sueis. — 1374 — — sibi et Diacono coniugi. — 1382 — — posterisque eorum. — 1394 — — quos in testamento meo iussero inferentur. — 1404 — — emit sibi et Nelpiae — et liberteis et libertabus omnibus postereisque eorum. — 1872 — — uia inferior priuatast. T. Umbreni C. f. precario situs. pecus plostru ni quis agat. — — 1420 — — lat. ped. XX lon. ped. XX. — 1739 — —

her(edes) non seq(uitur). — 1708 — — et hoc liberteis meis et libertabus meis et libertabus locum concess || et meis omnibus. — 1427 — — nolei uiolare. — 1880 — — lectu I datus L. Vecilio L. f., et Plenese lectu I. amplius nihil inuiteis L. C. Leuieis L. f. et quei eos parentaret (= parentarit) ne anteponat.

Et haec et quae sunt eius generis sane minus sunt apta quae uersu dicantur [1]).

Sunt autem saepe addita nominibus quae ad sententiam metro non repugnent, sed breuiora sint quam ut metrum capiant. uelut

Gar. 641 — mater uale. — 1388 — salue. — 632 — salue uale. 2215 — fuisti. uale. — 1742 Memoriae —. — 1826 — uxori optumae. — 1831 — frugi. — 1944 — optuma femina. — 2095 Deum maanium (posteriores autem scribebant 'Dis manibus'). — 1446 — mihi me pluris *et, uerbis aliquot interiectis,* carissuma suis. — 806 — heic cubat. — 1708 heic cubant. — 1389 Ossua sita sunt. — 1366 ossa hic sit(a) sunt. — 2219 — hic requiescent. — 1536 — sepultus. —

Denique nihil inueni prosa oratione scriptum in tituli's sepulcrorum quin aut per se minus aptum esset quod uersu diceretur aut esset breuius quam ut metrum caperet.

Quidquid igitur nec propter breuitatem nec propter sententiam metro repugnabat, uel, ut breuius dicam, quidquid in titulis sepulcrorum uersui aptum erat, uersu scribi solebat usque ad exitum saeculi octaui. ea modo carmina sunt modo uersus singulares exprimuntque sensa superstitum. itaque uel mores uel facta scribuntur mortui uel salutationes fiunt uel acerbitas supremi casus ostenditur uel denique eius generis alia. antiquissimi scilicet uersus sunt omnes domestici generis. inde autem ab exeunte saeculo sexto

[1]) Discrepat a more antiquo quod dicit. O. Keller de sat. I 57 et II 32 Saturniis compositum esse titulum cistae Ficoron. C I 51 'Dindia Macolnia fileai dedit. Nouios Plautios med Romai fecid'.

in promiscuo usu fuerunt domestici et graecanici. quae domestici sunt generis continentur in hac editione. hoc loco ea addo quorum numeri tam sunt abiecti aut pusilli ut in editionem meam ea recipere noluerim, etsi numeros quosdam secutos eos qui ea scripserunt uidebam. Gar. 1715 CIL X 388 "— — Maxsuma Sadria S. f. *Boná proba frúgi sálue*". — Gar. 1599 CIL X 4327 *Sáluiáe Nouĭ frúgi* | *castáe probáe pudéntis*. — Gar. 1630 CIL IX 1721 "P. Marcius P. l. Philodamus tector. *Sibí sueisque. híc Iucúnda* | *sepúltast déliciae éius*". Gar. 1449 — — *Féminác sanctissumae*. — 1402 — — *Cásta pía frugi éusebés*. — 1432 — — *Sáluia déliciáe meáe* [1]). — mutili eamque ob rem ambigui sunt Gar. 1335 CIL I 1018 et 885 CIL I 37, quorum frusta uersuum resarciendo in saturnium metrum restituere conatus est Ritschelius, et Gar. 1363 CIL I 1038, quem titulum sic fere restituendum esse existimo: "CarfInia M. l. M/// uixit an· X.... *Iucúnda sueis* ∠*et ó*7*mnibús* | *offíciosa* ∠*ópsequéns*7 *fuít*". item italicos uersus uidetur habuisse titulus ille mutilus uetustate Gar. 1456 = CIL I 1086.

Hoc loco silentio praeteriri non oportet quod antiquissimi sepulcrorum tituli nullos uersus habent ne italicos quidem, quippe qui nihil contineant nisi nomina mortui. Huebner IM

---

[1]) Mansisse etiam post octauum saeculum memoriam obscuram et exiguam quandam numerorum domesticorum non semel ostendi et ex carminibus quibusdam huius editionis elucet. addo hoc loco pauca et dubia. colis italici generis interiectum pentametrum habet CIL XIV 1873 "— *Bene sít tibi quí iacis íntus.* | 'Ét tu qui trasís ét leges hunc titulum | *ópta tíbi terrá(m) leué(m)*'". cumque aliae formulae elogiorum uidentur esse uersus italici antiqui tum CIL XIV 2348, 2996 — *Ossá tibi béne quiéscant.* et in titulo scripto non ante medium saec. nonum urbis et in Dacia reperto est clausula elogii CIL III 1626 — *Bonás uiás uiátor.* item memorabilis est semiseptenarius ille trochaicus inter senarios tituli non antiquioris CIL VIII 1057. 6 — *híc sepúlta, sét domí es.* [tertii uero saeculi exeuntis est CIL XII 2366 *animó forté sanctíssumá,* | *ómines mórtalés sumús.* inconditum!]

Ant. I 527 et Cagnat de epigraph. lat. [1] p. 139. quamquam usum elogiorum inde ab initio sexti saeculi repetendum esse docent tituli Scipionum et loci quidam Ciceroniani.

Graecanicorum uersuum est aliqua uarietas. senarii sunt Gar. 1324—1328, 1332, 1337, 1567, 1733, 1755, 1874, 2129, 2148, 1572 "Rogo té uiator ní nocias genió e(s) bono". 'bono genio e |' tit., transposui. hexametri sunt Gar. 846 et 1874. distichis elegiacis composita Gar. 886, 1329, 1330, 1610. mixtum ex prosa oratione et uersu pentametro est Gar. 1385 CIL I 1051 "Ultuma suorum Cupiennia L. f. Tertulla fuueit. Quius heic relliquiáe (fáta) suprema manént. 'fata' addidi. — Cretici cum clausula trochaica Gar. 1424 CIL I 1080 "Pómpeia Asclépias | híc sepultást, amantíssuma suís, fide | máxsumá, piá". — Sotadeus cum cretico dimetro Gar. 2159 "Seí quí minus rém relíquit, líbereí sibeĭ quáeránt | Tú uiatór uale". quod carmen h. l. adscribo, etsi dubito an sepulcri titulus ille non sit. — Phalaecius est Gar. 1587 CIL X 4167 "/*Válde*/ amáns domini ópseqéns amícis". — Tripodia dactylica cum hexametro est Gar. 2209 CIL I 1480 "— — Híc sitŭst (situs est *tit.)* ílle probátus | iúdicieis multeis cognatis atque propinqueis". — Pherecrateus cum dimetro cretico Gar. 2259 "Áia Stláccia Túra | dórmit, stérnít Sirús".

Quam igitur priscis Romanis ad exiens saec. VIII fuisse legem ut quidquid elogiorum metro esset idoneum metro conderetur, ea tantum ualuit ut ex elogiis nongentis fere quae continentur Garruccii collectionibus non plus quam unum inueni quod ei legi repugnaret, Gar. 2208 CIL I 1479 = II 3495 "Plotia L. et Fufiae l. Prune *uoci*tatast ancilla, heic sitast. *quae* qualis fuerit contra patron*um patro*nam parentem coniugem mo*numen*tum indicat. "salue". saluo*s sis*" quod non modo uon libera republica sic componi potuit, sed uix aetate Augustea, immo posterius est. Claudii enim Caesaris aetate coepta est adhiberi uerbositas illa prosae orationis, quae in elogiis recentioribus frequens est. Claudianae quidem aetatis

est titulus CIL XIV 2780 Ti. Cláudius Nerónis Aug. l. Daphnus fecit Ti. Claudio Oniri Aug. l. l. domesticó et Moschidi contubernali eius qui*I* quondam fuerant eius et sibe gratias rettulerint ob meritis suiIs". et aetate Neroniana nouicium morem illum inflatamque uerbositatem uulgi se iactantis pompa elogiorum illusit Petronius eo quod c. 71 extr. Trimalchionem titulum sepulcri sui concipientem facit his uerbis: "C. Pompeius Trimalchio Maecenatianus hic requiescit. huic seuiratus absenti decretus est. cum posset in omnibus decuriis Romae esse, tamen noluit. pius fortis fidelis, ex paruo creuit, sestertium reliquit trecenties, nec umquam philosophum audiuit. uale. — 'et tu'". quantum igitur a prisca simplicitate uersiculorum quos attuli p. CC et Elog. 23 "*Frugé boná pudíca. aué* discrepat tit. posterioris aeui CIL XIV 4276 "— — dominae dulcissimae piissimae bonae animae locupleti candidis*simae* simplicis*simae* iucundissimae excellen*tissimae* bono dignissimae cum qua uixi bonam uitam compluribus annis". item CIL XIV 2535 "— per deos superos inferósque te rogo ne ossuaria uelis uiolare" et CIL VIII 1070 "— ita tibi contingat quod uis ut hoc sacrum non uioles", utrumque prosa oratione, aetatem sapit recentiorem. antiqui enim moris fuit aut breuius dicere: *nolei uiolare* Gar. 1427 aut uersu: *Deis ínferúm paréntum sácrum: ní uioláto* Elog. 8 uel *Rogó te mí uiátor, nóli mí nocére* Elog. 12. — quid? illud nonne ipsa uerba arguunt posterius esse CIL VI 9222 "patronus liberto benemerenti. hic in uita sua nulli maledixit. sine uoluntate patroni nihil fecit. multum ponderis auri argenti penes eum semper fuit, concupiit ex eo nihil umquam. hic artem caelatura Clodiana euicit omnes". at illud uetustum carmen quanto melius tantundem fere dicit paucis uerbis Elog. 24 *Síne auarítie uíxit | ád Ditém uenít. ualé.*

Sequitur quaestio subdifficilis qua ratione discernantur in titulis sepulcrorum uetustis numeri quidam Plautini et frusta numerorum Ennianorum a numeris domesticis. quamquam

plurima ambigi non possunt. Saturnii quidem artis sunt domesticae. itemque uersus illi qui seruant rhythmicas quasdam proprietates, a quibus abhorrent Plautus et Ennius. itaque domestici generis indicia sunt in Elogiis 14 et 16 et 30 "theses" suppressae; in elogio 15 si non dactylus ille cuius thesis constat exitu uocis et initio adhibitus pro trochaeo, at uersus quartus procatalectus. domestici generis signum est in elog. 32 II secundus pes coli trochaici dactylus, et in elogiis 33 et 26 quod thesis in prima sede coli trochaici tam breuis constat paenultima producta et acuta. u. Poleg. cap. IV §§ 3 et 4. compositio uersuum ostendit domestici generis esse numeros elogiorum 18, 19, 20, 21, 24, 25, 26; u. Proleg. cap. V. restant igitur elogia 17, 22, 23, 27, 28, 29, 31. nec uero consentaneum est ducere elog. 17 *Víbia máter sálue* generis diuersi ab elog. 18. 1 *Aemília Príma sálue,* cum nulla re differunt nisi quod elog. 17 caret anacrusi. nec uerisimile est eos qui elogia 22 et 23 scripserunt Plautinos uersus imitatos esse potius quam uersus eiusdem generis italicos elogiorum, quoniam inueniuntur etiam uersus generis eius in iis sepulcrorum titulis quorum numeri domestici esse aliqua re perspiciuntur, elog. 19. 3; 21. 2; 30. 1., ut non dicam uniuersae poesi populari quaternarii acatalecti usum esse communem, ut prouerbiis, sortibus, cantionibus. iam elogia 29 et 31 a Plautinis numeris deriuata esse per se non satis est probabile, quod uix unum locum ita compositum inuenias in fabulis Plautinis ac multo minus apud poetas ceteros. accedit quod elogia 29 et 30 et 31 intima cognatione et societate tam cohaerent, ut 29 et 31 ab 30 segregari non possint. 30:um autem elogium italici generis esse uidimus. ergo italici sunt etiam 29 et 31. postremo restant elogia 27 et 28, quae cum nulla re differant ab elog. 29—31, nisi quod illorum posterius membrum caret anacrusi — id autem in hoc genere nullius est momenti — consentaneum fuit ab iis non semoueri, sed cum iis coniungi, ut similia cognataque. u. adn. crit. ad 28 p. 78.

Postrema quoque aetate quaternarii iambici catalectici usurpabantur in elogiis plebis. cuius rei causas et ab eo quod poetis eius metri usus inde ab aetate Hadrianea non fuit infrequens et more patrio uetustoque repetendas esse censeo. certe non tam studia litterarum quam popularem quandam rhythmi memoriam ostendunt tituli illi infimae aetatis ad accentum compositi ut CIL VIII 4447 "Aetérna dómus háec est". itemque paroemiaci ad accentum facti CIL VIII 6360; 10945; 10947; CIL VI 6821 et quae sunt eius gen. item Huemer in libro de iambico dimetro, quem edidit Vindob. 1876, p. 5—7 scribit illa uetustas in Italia et domesticas egisse radices impugnatque optimo iure contrariam sententiam Ebertii *'Literatur d. Mittelalters'* p. 173. Huemero ita assentior ut negem accentus uerborum multum ualuisse ad carmina prisca Romanorum modulanda. potuit certe nihilo minus ea poesis quae quantitatum mensuram expressit aliquas formas metricas nouiciae poesi infimae aetatis quasi hereditate tradere [1]).

---

[1]) Vere hoc dicit, in contrariam partem disputans, Ramorinus *'memorie del istituto lombardo di scienze e lettere'* uol. XVI p. 250: "Nella ritmica medievale sebbene sia risorto a nuova vita il sistema della versificazione ad accenti pure ciò ha avuto luogo dipendentemente dalle forme che la metrica quantitativa aveva adottato e volgarizzato, ed è un errore, secondo me, il credere che i due sistemi ritmico e metrico potessero coesistere indipendenti l'uno dall'altro e che l'uno potesse cedere il luogo all'altro in guisa che ne sparisse ogni traccia". — Cf. etiam Fr. Hanssen in *'Rossbach-Westphal griech. Metrik'* [3] p. 862.

CAPVT X.

De comprecationibus dedicationibus sortibus.

In comprecationis formulis et obtestationis sollemnibus priscos Romanos more usos esse patrio nec imitatos esse aut ipsos poetas graecos aut poemata latinorum poetarum graecis simulata, satis ostendit et res ipsa et ratio temporum. nihil est enim quod dubitemus quin Liuius Andronicus, ut omnes consentiunt, primus poetarum latinorum libros latine graecanicis metris composuerit. quod primum a. u. c. DXIV, finito bello punico primo, factum esse eum antiqui tradunt. precationes autem illae antiquae quae hoc libro continentur, si non omnes, at pleraeque compositae sunt ante Andronici aetatem. quod uel testimonia antiquorum uel sermo declarat. ex testimoniis enim ueterum intellegitur carmen Saliare et formulas belli indicendi et rerum repetendarum et deuotionis Decianae, quae sunt Comprec. 5—8, antiquiora esse VI. saeculo; ex sermone, antiquiora carmen fr. Arualium et precationem agri lustrantis, Compr. 4 et 9. et ne cantio quidem illa rustica, Compr. 2, 'Terrá pestém téneto | Salús híc manéto' potest esse post id tempus facta, quod efficitur ex 'Terrā' ultimam producente, qua de re disserui exc. I p. LXXVIII sq. etiam carmen illud pontificum Kalendis calantium Nonas, Compr. 1, fabulis Liuianis antiquius est. namque uerba calationi solemnia simul cum calatione concepta sunt. ceterae comprecationes uersiculis illis uel totae uel ex parte compositae, quarum pleraeque sunt cantiones rusticae, etsi quo tempore sint natae difficile est dicere,

tamen sine dubio sunt peruetustae. uelut cantionem eam quae contra faucium dolores adhibebatur Comprec. 14 ualde antiquam esse ostendit u. 4 "húnc dolorem — húnc tumorem — húnc ruborem" rhythmo simillimus uersui 11 et 12 agri lustrationis (Comprec. 9.) "uíduertatem uástitudnem — cálamitates íntemperias". qui numeri cum etiam in monumentis umbricis Iguuinorum exstent, ut italicis populis antiquitus communes fuisse uideantur, et antiqui habendi sunt et domestici. qua re non consentaneum est — quod fecit Buechelerus m. rh. XXXIV p. 344 — dicere ceteros uersus eius cantionis non tam domesticos italorum numeros quam graecanicos et Plautinos referre, quasi uero is qui eam composuit cantionem fabulas Plautinas imitatus sit et non patrias formulas cantionum. nec uero mixta sunt in eo carmine diuersa genera numerorum, nam omnis ea uarietas continetur numeris intima cognatione iunctis, uel potius uniuersum rhythmi genus unum est, quod iambis et trochaeis uariatur. adde quod Compr. 14. 10 et 16. 4 secundus pes constat uoce spondiaca; Comprec. 15. 2 *prósĭt ăd quód* est prior pars coli trochaici; in Comprec. 14, 16, 17 uersus procatalecti promiscue iunguntur cum uersibus anacrusi non carentibus. quae omnia sunt propria licentiae rusticae et domesticae, cui minus indulserunt et prisci scaenici poetae et ii poetae qui post eos floruerunt. de qua re disputaui Proleg. cap. IV. postremo periodis systematisque compositi sunt more domestico Comprec. 3—14, de qua re u. Proleg. cap. V.

Porro in medio relinquo, quando factae sint eae cantiones quas edidi; sed fac quasdam earum compositas esse demum primis saeculis aeui imperatorii; tamen factae sunt formis peruetustis patriisque ad exemplaria antiqua.

De carminibus dedicationis primum commemorandum, quod Caesius Bassus l. c. memoriae prodidit, triumphaturos duces in tabulis antiquis quas in Capitolio figerent uictoriae suae titulum Saturniis uersibus esse prosecutos. etiam a pri-

uatis dedicationis titulos scriptos esse Saturniis ostendunt tabulae Vertuleiorum et coquorum, Ded. 4 et 5. nec tamen uno metro Saturnio dedicationes componebantur. nam tit. Dueni, Ded. 3, quatenus scandi a me potuit, constat quaternariis iambicis altero acatalecto, catalectico altero. nemo autem putabit numeros Ptautinos imitatum esse eum qui titulum "Dueni" qui dicitur ineunte V saeculo scripsit. quaternarius iambicus acatalectus est etiam in dedicatione Aufidii, Ded. 5, siue modo Mommsenus, siue ego non praue supplementa eius uersus feci. certa autem lectione est quaternarius dedicationis quartae 'Iouei Iúnoneí Minéruai'. etiam formulae illae dedicationis tralaticiae 'lubéns meritó merénte' aliaeque eiusmodi, quas commemoraui p. 49, quaternarium efficiunt, quod utrum casu an consilio factum sit ignoro, sed suspicor ne ab his quidem rhythmi quoddam studium afuisse. ac dedicatio L. Mummii, quae in monte Caelio inuenta est, VII saeculo ineunte eodem genere uersiculorum partim iambico, partim trochaico scripta est. patria autem et domestica exempla uerbis ipsis imitatus est uel potius descripsit is qui dedicationem eam Mummianam concinnauit, ergo etiam in numeris more domestico uetereque eum usum esse eo magis putandum est quod, ut demonstrauimus, in carminibus huius generis usus Saturniorum quaternariorumque italicorum fuit sollemnis. alii eum titulum Saturniis dimetiri conantur, quod cum minus iis processisse uiderem, uersus discripsi monocolos. uerum tamen, quod magni momenti est, omnes uersus dedicationis Mummianae praeter ultimum, uel uu. 1—8, eius sunt generis, quae hemistichia sunt uersus saturnii. et quoniam saturnium uersum in dedicationibus usitatum fuisse et testimoniis et exemplis probatum est, quid est quod non agnoscamus id quod ante oculos positum sit aut dubitemus quin quae cola bina coniunctim eadem singillatim uersus efficere potuerint cum in aliis generibus poesis Romanorum antiquissimae tum in carminibus dedicationis? iam antiquus grammaticus Marius Victorinus p. 79 *K* obseruauit per se uersus

efficere posse membra inconexorum. quod in carminibus domesticis, ut exemplis probatur, ab antiquissimis Romanis usurpatum est per complura saecula. tum enim omnes uersus carminis Saturnios faciebant, tum omnes monocolos, tum monocolos miscebant Saturniis.

Iam sortes si recte dimensus sum, non autem posse scandi aliter uidentur eae quas editione complexus sum, certe non sunt hexametri [1]) — sed si dimensio a me temptata uera est, sortium proprii olim fuerunt iidem numeri qui uniuersae poesis Romanorum sacrae [2]). nec uero consentaneum fuit discrepare hos uersus, quos "Fauni uatesque canebant", ut ait Ennius [3]), ab iis quibus quasi sanctis augustisque deos prisci

[1]) Certe si, ut iambum pro pyrrhichio, ita creticum pro dactylo in hoc quoque genere ponere licuerit, hexameter quidem erit Sortis 8 c *Non potest prius mortem adficier quam uenerit fatum.* id autem ualde incertum est. ceterae uero sortes ne hac quidem admissa licentia metrum heroum recipiunt. nisi forte quis iustis uersibus italicis anteponit hexametros non hexametros, qui deformentur uel uitioso exitu uel hiatu molestissimo uel sint enormes numero syllabarum excedantque modum uersus hexametri. nec uero assequor quomodo posterior pars Sortis 7a — — *quae ante stĕrilis fuit* possit efficere exitum hexametri. denique ipsa temporum ratio obstat quominus Sortes 1 et 2 metro heroo conclusas esse existimemus.

[2]) Cum instituta mores artes litterae Romanorum mixtae sunt ex patria disciplina et graeca, tum elogiorum et sortium numeri utramque originem declarant. item cantionum partim sunt metris domesticis compositae, quas edidi, partim graecanicis; ut sensariis constat "carmen idioticum" ad podagram Marcell. Empir. p. 379. 19 *Helmr.* "Fuge fúge podagra et ómnis neruorúm dolor | de pédibus meis et ómnibus membrís meis". et ad paronychiam p. 180. 3 *Helmr.:* "Pu pu pu, | numquam égo te uideam pér parietem répere".

[3]) Varro l. l. VII 36 "'Versibus quos olim Faunei uatesque canebant'. Fauni dei Latinorum, ita ut et Faunus et Fauna sit; hos uersibus quos uocant Saturnios, in siluestribus locis traditum est solitos fari, *a* quo fando Faunos dictos. antiqui poetas uates appellabant a uersibus uiendis". Cic. de diuin. I §§

illi uenerabantur. et hae sortes domestici generis quotquot exstant omnes periodos efficiunt bimembres, quae et inter se et cum Saturniis maxime cognatae sunt. Ennius [1]) autem cum dicit ap. Cic. Brut. § 76 Naeuium res populi scripsisse iisdem numeris quibus fata cecinissent Fauni uatesque non dubium est quin periodos bimembres illas ea communi appellatione complexus sit. et iure quidem ita egit. siue enim binis simplicibus uersibus discribuntur siue singulis bimembribus — bimembribus nomen Saturnii a grammaticis definitum est — iidem sunt generatim numeri ictuum ternorum quaternorumue, iique modo iambici modo trochaici. casuque sine dubio factum est ut nulli uersus saturnii, qui uulgo dicuntur hodie, in sortibus uetustatem ferrent. illud uero non tam mirum est quam miserum, quod qualis esset ea et uarietas et cognatio numerorum Fauniorum uel Saturniorum non satis animaduerterunt grammatici latini. ex quo numero nemo, cuius quidem praecepta de ea re exstent, praeter Caesium Bassum ad cognitionem eius quod quaerimus in ullo loco habendus est. nam ceteri Caesii praecepta inscite iterando reddunt exiliora. Caesius uero Bassus ipse quoque cum carmina prisca et domestica ei parum cognita essent, numerorum illorum scientia

---

114 et 115 "— multa a uaticinantibus saepe praedicuntur, neque solum uerbis, sed etiam 'Versibus quos olim Fauni uatesque canebant'. similiter Marius et Publicius uates cecinisse dicuntur". Cic. Brut. § 71 (cf. § 76). or. § 171. Quintil. IX 4. 115. — Festus p. 322 *M,* 474 *Thewr.* "Saturnia Italia" — p. 325 *M,* 476 *Thewr.* "uersus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus uidetur, Saturnii appellantur". Marius Victor p. 138. 32 *K* "uersus cui prisca apud Latium aetas tamquam italo et indigenae Saturnio siue Faunio nomen dedit". Placidus p. 49 *Deuerl.* ex recentioribus qui de Fauno et uersibus Fauniis disputarunt nomino Henricum Nettleship, *'Essays'* p. 51.

[1]) Ennio auctore usi sunt Cicero Varro Verrius, Ciceronem sequitur Quintilianus, Varronem Caesius, Caesium Marii Victorini auctor. a Varrone deriuatum est id quoque quod dicit auctor libri de orig. gent. rom. c. 4.

subtiliore caruit. quid? Plautinae comoediae nonne multo magis lectitatae sunt cum ab eruditis Romanis tum a grammaticis? at inde ab Horatii aetate, quotusquisque fuit Romanorum qui probe calleret numeros Plautinos? quanto magis Fauniam poesin, cuius memoria omnis fere inter eruditos Odyssia Liuii et carmine belli Punici ad pueros docendos adhibitis conseruata est, censemus iacuisse in tenebris. quamquam neque omnis illa uarietas uersuum italicae propria regionis fugit Caesium neque Caesius numerum Saturnium [1]) his terminis, quibus grammatici hodie utuntur, circumscripsit. qui quidem p. 265. 17 *K* etiam hoc ponit genus Saturnii: *Turdís edácibús dolós | cómparás, amíce.* atqui eo rhythmo compositae sunt sortes 1—4, quibus subsimilis est sors 7a. confirmatur igitur quodammodo testimonium Caesii de numero Saturnio ipsis reliquiis poesis Fauniae. adde quod truncus est ille Caesii locus, qui si esset integer, fortasse commemorarentur ibi genera numeri Saturnii plura. sed mitto grammaticos antiquos.

Nec uero ulla opus est disputatione qua demonstretur eosdem numeros fuisse communes omnis poesis priscae et

[1]) Numerum Saturnium dicit Horatius ep. II 1. 158 — nullius autem est momenti quod Pseudo-Censor. 97. 12 *Iahn* ita dicit Saturnium numerum ut ceteros. — uersus Saturnios dicunt Varro l. l. VII 36 et Verrius Flaccus Fest. 322 *M;* uersum Saturnium Caesius Bassus p. 265 *K.* quod non temere factum est. ut uersum diceret Saturnium, quo "non obseruata lege nec uno genere custodito" usos esse dicit antiquos; cetera autem quae tractauit genera appellauit metra, quippe quae certioribus circumscriberentur terminis, cum numeri Saturnii essent uagi et uarii. nimirum generibus illis metri nomen aptum erat, huic non item. metra ita enim dixerunt Hermesianax et Alexandrini et ceteri deinceps graeci grammatici ut syllabas numerarent potius quam rhythmi haberent rationem; Graecos secuti sunt Romani. iam Seruius ad Verg. Georg. II 385 quod dicit ad rhythmum solum uulgares componere consueuisse Saturnios, rhythmum ita dicit, ut numerum Cicero or. 183 et 172 discernit a metro. metrum autem Saturnium denique infimae aetatis grammatici dixerunt: Seruius l. c., Porphyrio ad Hor. l. c., Terentianus, Atilius.

sacrae Romanorum. quod apparet ex ipsis reliquiis, quae hoc libro editae sunt.

Non temptaui reliquias poesis sacrae Romanorum eas quae sunt magis corruptae quam ut metrum restitui possit. ac multo minus attigi carmina non uno nomine suspecta. cuius generis est deuotio Karthaginis Macrob. Sat. III 9, de quo carmine Theodorus Mommsenus Corp. inscr. Lat. vol. I p. 100, et carmen Hersiliae Gell. XIII 23. 13, sine dubio fictum ab scriptore annalium uetusto, de quo carmine Iordanus *'Beitr.'* p. 181. Hoc loco commemoro dimetrum iambicum efficere uerba illa precationis auguralis *Bene spónsis beneque uólueris,* quae affert Messalla augur ap. Fest. p. 351 = 526 Th. sed incerta est rhythmi existimatio in fragmento tam paruo posita. iam *'macte hoc uino inferio esto',* quod in libris pontificalibus fuisse auctor est Seruius ad Aen. IX 641 et affert Trebatius ap. Arnob. VII 31, id nec rhythmo caruisse nec uno uersu conclusum fuisse ostendunt exempla Catoniana, quae attuli p. 48. ex libris enim pontificalibus sumpta esse ea suo iure dicit Luebbertus comment. pontifical. p. 8 sq. et p. 79. cf. M. Voigt, *'üb. die Leges Regiae'* p. 654 sq. — de uerbis illis *Apollo Medice, Apollo Paean,* quibus Virgines Vestales indigitasse dicit Macrobius, cf. Ambrosch *'üb. die Religionsbücher d. Römer'* p. 35.

Carminis uox quam uim habeat magna est controuersia grammaticorum [1]). sane quaecunque uerba quodam modo

[1]) Auctores nominat Aem. Huebner, *'Grdriss zu Vorl. üb. die röm. Litt. geschichte'* Berol. 1878 § 7 p. 5 sq. Teuffel-Schwabe, GRL[5] Lips. 1890 § 60 p. 110. item nominari debent Madvig, *'den romerske Stats Forfatn. og Forvaltning'* II p. 486; M. Voigt, *'das Ius naturale'* III a. 5; et Idem *'Gesch. u. allg. Lehrbegr. d. XII Tafeln'* I p. 151 adn. 32 Lips. 1883; Zimmer, *'Wochenschrift f. klass. Phil.'* 1889. 24. 661; Luc. Mueller, *'der Saturn. Vers p. 76'* L. 1885.

concepta in usu fuerunt solemni ita appellarunt interdum Romani. uerumtamen principali ui rythmum adsignificare uidetur ea appellatio, et quae rhythmo quodam composita essent ea carmina proprie dicebantur. non autem omnia quae rhythmum habent eadem metro plane conclusa sunt; cernitur enim numerus in ipsa oratione si est quodam modo composita. itaque — contineat enim se nostra disputatio eo potissimum genere quod nunc quaeritur — carmina sacra partim sunt conclusa metro [1]), partim concepta oratione numerosa. quae metro constricta sunt, quorum quidem metrum cum aliqua probabilitate potuerit restitui, hac editione continentur. quae dici solita sint oratione numerosa non est in animo enumerare omnia. pauca ad rem illustrandam afferam.

Oratione igitur numerosa est precatio Iguuina VI b 57 sqq. Buech. umbr. p. 98 sqq. [2]) "Serfe Martie | Prestota Serfia Serfer Martier | Tursa Serfia Serfer Martier || totam Tarsinatem | trifo Tarsinatem | Tuscom Naharcom | Iabuscom nome | totar Tarsinater | trifor Tarsinater | Tuscer Naharcer | Iabuscer nomner || nerf sihitu ansihitu | iouie hostatu anhostatu | tursitu tremitu | hondu holtu | ninctu nepitu | sonitu sauitu | preplotatu preuilatu. || Serfe Martie | Prestota Serfia Serfer Martier | Tursa Serfia Serfer Martier, || fututo foner | pacre pase uestra | pople

[1]) In legum antiquissimarum reliquiis numerus quidam nonnumquam cernitur, metrum non item. fortuito igitur credo exstitisse numeros concinniores fragmenti illius quod in legibus Numae fuisse tradit Festus s. u. *aliuta* p. 4 *Thewr.*: "Si quisquam aliuta faxit, ipsos Ioui sacer esto".

Ne in praeceptis quidem sacris uersum ullum possum assequi. nam quod Baehrensius FPR p. 33 metro conclusum esse uult illud quod in porta templi Anagnini scriptum esse narrat Fronto p. 67 *N "Flamen sume samentum"*, et Keller de sat. p. 33 id quod est in comm. Seruiano pleniore ad Verg. Aen. VIII 105 "*Da quod debes de manu dextra*", utroque loco numerus est tam humilis tamque abiectus, ut temeritatis esse uideatur eos pro uersibus metro constrictis ducere, praesertim cum ii uersus singulares sint, nec exstet id genus carminum metro constringi solitum esse.

[2]) Cola distinguo lineolis transuersis singulis, periodos geminis.

totar Iiouinar | tote Iiouine, || ero nerus sihiter ansihiter, | iouies hostatir, anostatir". — latina carmina oratione numerosa et concinna cum alia sunt tum dedicatio illa deuouentis, quam Garruccius tradit pictam esse atramento in lucerna testacea coloris rubri Romaeque repertam, Gar. syll. 1152, Schneid. exempl. 388. "Helenus suom genio | omnibus inferis mandat. || stipem strenam lumen | suom secum defert, || niquis eum soluat | nisi nos qui licamus". item est exsecratio numerosa CIL XI 1823, Fauentiae rep. — sunt cantiones in morbos adhibitae quaedam numeris remissiores. uelut id carmen ad corcum adhibitum quod illi quod edidi proximum est Marcell. Empir. p. 220 *Helmr.* "Tres uirgines in medio mari | mensam marmoream positam habebant, || duae torquebant | et una retorquebat. || Quomodo hoc numquam factumst | sic numquam Caia Seia | sciat corci dolorem" [1]).

Similiter orationes nonnullae compositae sunt. exempli causa commemoro orationem Marci Valerii Corui Liu. VII. 26 "Si diuus si diua es | qui mihi praepetem misisti | uolens propitius adsies".

---

[1]) Et hoc per se carmen fuisse et uersus illos ad corcum quos edidi (Comprec. 17) ab eo discernendos ex eo quoque coniecturam facio, quod solum uersus illos imitatus est quidam carmine ad rosus p. 295 § 16 *Helmr.* "Stolpus *(sic!)* a caelo cecidit. hunc morbum pastores inuenerunt, sine manibus collegerunt, sine igni coxerunt, sine dentibus comederunt". is igitur numeros corrupit.

Praeterea in hoc genere oratio rhythmica non satis discreta est a uersu. suntque numeri tam abiecti, ut uersus nonnullos, quos facere uoluisse uidentur ii qui ea carmina scripserunt, agnoscere dubitem. ut carmen ad dentium dolorem p. 125 § 46 *H ∠Hóc7 tibi, hirúndo díco:* | *quómodo hoc ín rostrum ítterum* | *nón erit, síc mihi déntes* | *nón doleánt toto ánno.* cf. tamen p. 91 § 199 *H.* — Ad lienem, p. 241. 17 *H Remédio ljénis fácio;* u. 20 *Ljení remédium fácio.* nam in uocabulo lienis etiam ap. Plautum I sequente E littera syllabam non facit. Ad coli dolorem p. 311. 26 *H. Fuge fúge lepúscule ét tecum* | *aufér colí dolórem.* cf. tamen p. 230. 12 *H.*

PARS III.

CAPVT XI.

Praefatio editionis.

Instrumento rei criticae usus sum hoc. Gellio et Prisciano Hertzii, Nonio Luciani Muelleri, Caesio Basso Mario Victorino Plotio Sacerdote Terentiano Charisio Diomede Probo Keilii, Catone et Varrone rei rusticae scriptoribus Keilii, Varrone grammatico Spengeliorum, Festo Pauloque Caroli Odofredi Muelleri et, quem librum summo editoris beneficio in tempore mihi cognitum esse uehementer laetor, Aemilii Thewrewkii de Ponor, cui uiro ob eius erga me liberalitatem magnas ago gratias. Seruio usus sum Thilonis, Liuio Madvici et Luchsii, Cicerone Madvici et Baiteri et Wesenbergii et CFG Muelleri, Petronio Buecheleri, Plinio Detlefsenii, Quintiliano Halmii et Meisteri. in Isidoro de natura rerum iis quae edidit Reifferscheidius, Pseud-Asconio Baiteri, Porphyrione Gul. Meyeri. in Plauto usus sum editionibus Ritschelii Goetzii Loewii Schoellii Ussingii Vahleni Leonis Lorentii Brixii Langeni, in Terentio Umpfenbachii et Dziatzkonis, in scholiis Iuuenalianis Buecheleri, Tertulliano et Augustino et Hieronymo a Migne editis. Tertulliani tamen editionem eam quae ab Reifferscheidio et Wissowa instituta est conferre mihi nunc, cum loco quodam impresso licuit. nullas habeo quas inde enotem discrepantias. Ludouici Haueti liber de Saturnio cum in plerisque Saturniis iis qui a grammaticis nobis traditi sunt magnam copiam ex codicibus Parisiensibus diligentissime conquisitam praebet tum in

Macrobio et Isidori Originibus et iis commentariis Terentianis qui sub Donati nomine feruntur copiae ab Haveto prolatae pro maximo eoque necessario supplemento accesserunt editionibus Eyssenhardtii et Vulcanii et Klotzii. iis locis Plautinis quos attuli adscripsi, quantum licuit, ut maxime cognitos, numeros editionis Ritschelii sociorumque eius.

Quam editionem Marcelli Empirici fecit Georgius Helmreich sero nactus sum, postquam ea pars meae editionis in qua loci Marcelli sunt typis expressa erat. nunc adnoto hanc discrepantiam: Comprec. 14. 5 *toles — tosillas* p. 142. 24 *Helmr.* item animaduertendum non ischiadem a Marcello, sed *'nesciam'* nominari et p. 248 et aliis locis. hoc loco addo, quod commemorare adnotatione ad eum locum debui, cantionem ad corcum = Comprec. 17 hoc esse exordio: *'Corce †corcedo stagno'*, quae uerba corrupta sunt scansionemque non admittunt. Comprec. 14 = p. 142. 21 *Helmr;* Comprec. 15 = 248. 18 *Helmr;* Compr. 16 = p. 89. 12 *Helmr;* Compr. 17 = p. 220. 15 *Helmr.*

Sed redeo ad cetera subsidia. in Nonio igitur usus sum etiam collatione codicis Harleiani ea quam edidit J, H. Onions Oxoniæ 1882 et libro Meylanii qui Parisiis a. 1884 prodiit qui inscribitur *'Collation de plusieurs manuscrits de Paris de Genève et de Berne'* et commentatione Haveti quae inscribitur *'Notices sur les principaux manuscrits de Nonius Marcellus pour les livres I, II et III'.*

In Varronis de lingua latina libris magnum fructum cepi ex collatione codicis Florentini quam fecit Adolphus Groth ediditque Argentorati a. 1880 (diss. Argent. IV. 2). quae autem Iulius Antonibo ex cod. Mut. excerpta inseruit ephemer. quae inscr. *'riuista di filol.'* XVII 222 sqq., ea ut per se non contemnenda sunt, ita nihil fere pertinent ad eos locos Varronianos quos tractaui.

In Festo etiam cognoui quae adnotassent Henricus Keilius et Theodorus Mommsenus, quamquam nunc, editione in publicum data Thewrewkii, minus opus sunt.

Prisciani codicem Upsaliensem *(U)* biblioth. uniuersitatis n. 11 membranaceum saec. XII, qui a Silesia Upsaliam uidetur esse delatus, primus contuli, nisi quod N. F. Nilén in 'Priscianeis' Upsaliae a. 1884 collationem ediderat exiguae partis uel tom. I 452—492 *H.* is demonstrauit, quod collationem facienti mihi quoque facile apparuit, eum codicem neque esse descriptum ex ullo eorum quos adhibuit Hertzius et propius accedere ad *RBDAH*

quam ad *GLK.* maxime uero congruit cum *Hh,* idque et lectionibus et eo quod continet libros I—XVI. nec tamen tanta est similitudo ut id exemplum ex quo descriptus est gemellum codicis *H* fuisse uideatur. accedit quod in codd. Hertzianis secundum librum XI de participiis est liber XII de pronomine, in *U,* turbato ordine, quod animaduertit Nilén, tractatus de accentibus. editionum autem ueterum ad codicem *U* aut eius exemplum uidetur facta esse nulla. nam, ut alia omittam, uol. I 231. 1 'mea puera' *U:* 'mea puera mea puera' *edd. ante Krehl.;* et I 384. 5 'nec libens aeque commentus', quae uerba omnes ante Krehlium editiones habent, desunt in *U.* diligentissime *U* scriptus est, sed ab hominibus indoctis. et, quod in ipsa adnotatione critica huius editionis elucet et singilliatim demonstrandi fortasse alibi locus erit, ex exemplo bono et sui pretii et quod reponendum sit in numero meliorum, *U* exscriptus est. contaminatum fuisse id exemplum habuisseque multa supra uerba adscripta ex indiciis quibusdam codicis *U* intellegitur.

Titulorum editiones adhibitae sunt hae.

CIL = Corpus inscriptionum latinarum, ediderunt Mommsen Henzen Huebner Bormann Zangemeister Willmanns Hirschfeld Dessau.

Bull. dell. inst. = Bullettino dell' instituto di correspondenza archeologica.

PLM = Priscae latinitatis monumenta epigraphica edidit Frid. Ritschelius. Berolini 1862.

Ritschelii op. IV = Fr. Ritschelii opuscula philologica vol. IV. L. 1878.

Gar. = Sylloge inscriptionum latinarum aeui Romanae reipublicae usque ad C. Iulium Caesarem plenissima. edidit Raphael Garruccius. Augustae Taurinorum 1877.

Schneid. ex. = Dialecti latinae priscae et faliscae exempla selecta in us. schol. ed. Engelbertus Schneider. vol. I. Lipsiae 1886.

Buech. anth. (III) = Index scholarum quae in uniu. Frid. Gul. Rhenana per m. aest. a. 1876 hab. Bonnae 1876.

Zvet. I. O. = Sylloge inscriptionum oscarum edidit Iohannes Zvetaieff. Petropoli 1878. accedunt tabulae.

Zvet. I. M. = Inscriptiones Italiae mediae dialecticae — edidit Iohannes Zvetaieff. Lipsiae a. 1884. accedunt tabulae.

Zvet. I. I. I. = Inscriptiones Italiae inferioris — composuit Iohannes Zvetaieff. Mosquae 1886. pro appendice addita est commentatio Gulielmi Deeckii, quae inscribitur *'altitalische Vermuthungen'.*

Pauli Stud. = *'Altitalische Studien herausgegeben von Carl Pauli'*, I, IV, V. Hannov. 1883—1887.
Deecke Fal. = *'die Falisker — von Wilhelm Deecke'* . Argentorati 1888.

Et hoc apparatu critico titulorum atque librorum usus sum. quem qui comparauerunt publicique fecerunt iuris, iis, ut par est, gratias ago.

Siglis codicum usus sum iisdem quibus editores quos dixi.

Itaque Festi codex nominatur

F, Fa = Farnesianus nunc Neapolitanus saec. XI.

Varronis de lingua latina codex

F, Fl = Florentinus saec. XI in Montis Casini monasterio litteris Langobardicis exaratus. fuit bibliothecae Marcianae Florentiae, nunc in bibliotheca eiusdem urbis Laurentiana plutei L I cod. X.

Catonis de agri cultura

P = lectiones codicis Marciani ab Angelo Politiano in principe editione adnotatae.
V = editio princeps Venetiis apud Nicolaum Iensonum a. 1471 a Politiano non correcta;
u = eiusdem editionis lectiones a Politiano correctae.
A = codex Parisinus 6842 A.
R = recentiora codicis Marciani apographa:
b codex Laurentianus 51, 2;
c „ Caesenus bibl. Malatestianae;
f „ Laurentianus 51, 1.
Keilius de libris Catonianis disputauit ind. schol. Halens a. 1882.

Plinii historiae naturalis

E = codex Parisinus lat. 6795 saec. X uel XI;
R = „ Riccardianus scriptus circa a. 1100;
V = „ Leidensis Vossianus fol. m. LXI saec. XI.

Charisii

N = Neapolitanus bibl. publ. IV A 8 saec. VII uel VIII.

Diomedis

B = cod. Parisinus 7493 scr. saec. IX aut X. *b* eius manus secunda. ceteri maioris pretii libri Diomedis a Keilio adhibiti sunt *A* cod. Parisinus 7494 et Monacensis *M*.

Marii Victorini

A = codex Palatinus 1753 saec. IX.
B = „ Parisinus 7539 saec. IX.
ς = editio princeps Ioachimi Camerarii. Tubingae a. 1537.

De codicibus Isidori de rerum natura libri, quorum nonnullos siglis indicaui adnotatione p. 108 ad Naeu. 38, lectores delego ad editionem Beckerianam; et de codicibus Seruianis ad editionem Thilonis tom. I p. XLVIII—XCIII et tom. III p. I—XVIII. quod p. 87 adn. ad Liu. 18 nominaui Seruium Cassellanum ad Verg. Aen. I 92, etsi is locus ipsius codicis periit, collatione Scioppii, quae appendici exemplaris Danielini addita est, is locus seruatus est. Thilo autem docet praef. p. LII sqq. codicem Cassellanum eundem esse atque Danielis siue Scioppii Fuldensem. quod commemoro ne quis id errori meo imputet quod secutus sum Thilonem, nam aliter existimant de hac re Thomas et Havetus.

Gelliani codices nominantur

Q = codex bibl. nat. Paris. 8664 saec. XIII.
Z = „ acad. Lugd. Bat. Voss. F 7 saec. XIV.
B = fragm. cod. Bern. 404 saec. XII.
O = codex Christinae in Vat. I (Danielinus) 597 saec. X.
X = „ ac. Lugd. Bat. Voss. F. 112 saec. X.
Π = „ Christinae in Vat. II (Petavian.) 1646 saec. XII.
N = „ bibl. Magliab., olim S. Marci, Flor. 329, chart. saec. XV.
litteris minusculis signantur eorum codicum manus alterae.

Noniani nominantur

L = codex Lugdunensis prior Voss. lat. fol. 73 saec. IX.
H = „ Harleianus 2719 saec. IX.
H_2 = codicis Harleiani manus secunda.
G = Guelferbitanus Gudian. 96 saec. X uel XI.
Bamb. = Bambergensis signatus nota F. M. V. 18. saec. IX uel X.
Gen. = Geneuensis bibl. publ. 84 saec. X.
Montep. = Montepessulanus 212 saec. X.
Bern. = Bernenses saec. X; prior 83; posterior 347.

Prisciani codices

R = Parisinus 7496 saec. IX.
B = Bambergensis M. IV. 12 saec. IX.
D = olim Bongarsianus, nunc Bernensis 109 saec. X.
H = Halberstadtiensis bibl. gymn. M 59 saec. IX uel X.
A = Amienensis bibl. publ. saec. X et XI.
U = Upsaliensis bibl. uniuers. saec. XII, cuius mentionem feci p. CCXV sq.
G = codex conuentus Sangallensis 904 saec. IX.
L = olim Gruterianus, nunc bibl. publ. Lugd. Bat. lit. 67 saec. IX.
K = Caroliruhensis 223 saec. IX.
Minusculis litteris signantur eorum codicum manus secundae.

Si qua alia signa compendiaque sunt in hac editione, ea uel nota sunt uel facilia intellectu, nisi hoc unum dicendum — quamquam fortasse ne id quidem opus est — *Za* (Zander) notam esse editoris.

Ad prouerbiorum cognitionem latinorum grato animo profiteor me multum adiutum esse studiis iis quorum fructus Woelfflinus sociique eis, ex quibus A Otto peculiari laude praedicandus est, quorum opera nunc tandem post Erasmum aliquid est ea res illustrata, in serie illa librorum quae inscribitur '*Archiv für lateinische Grammatik und Lexikographie*' (WA) cum iis qui per orbem terrarum uacant litteris latinis communicauerunt. etenim cum hoc quadriennium prouerbia, quorum scilicet longe maior numerus, ut alienus, ab hac editione erat semouendus, excerpsissem in scriptoribus lectitandis Romanis, tamen aliquot prouerbia, quae in aduersariis meis deessent, adsumpsi ex copiis illis.

Locus commentario critico prolixe datus cum non modo non omnem uarietatem lectionis aut scansionis, sed ne minorem quidem partem caperet, in eum retuli pauca et selecta. et, quoniam rationem reddere uariae scansionis per modum spatii quodammodo praescriptum non licet mihi, prae-

sertim qui in plerisque a superioribus discedam, satis habeo nominare hos libros et disputationes, quas praeter ceteras legere debet quicunque cognitioni numeri saturnii operam dat: C. O. Mueller ed. Festinae p. 443; Fr. Buecheler n. ann. LXXXVII 330—342; Id. ind. schol. aest. Bonn. a. 1876; A. Spengel philol. XXIII 81—113; L. Havet 'biblioth. de l'école des hautes études' fasc. XLIII P. 1880; Luc. Mueller. 'der Sat. Vers u. s. Denkmäler' L. 1885; Th. Korsch de versu saturnio Mosquae 1869; Aem. Baehrens Fragm. poetar. Romanor. L. 1886; Cn. Naeui de bello punico reliquiae rec. I Vahlen L. 1854.

Rem tracto controuersam dubiam lubricam, et per se obscuram et cui multi opinionum commentis offuderint tenebras. in hac tanta opinionum uarietate, cum auctores in diuersa trahant, non dubito quin multi multis locis scansionem meam sint improbaturi. sed, quicunque librum meum legeritis, quaeso reputate haec duo. primum, quod nemo peritus non uidebit, diligenter seruari scansione mea leges prosodiacas prisci sermonis latini cognitas fabulis Plauti et Terentii; nam Ennius imitationi Graecorum inseruiens proprietates quasdam prisci sermonis uel opprimere studuit uel reprimere, quod nemo ante eum conatus erat Romanus, nedum Faunii uates Ennianae seueritatis duces atque auctores exsisterent. deinde uidetis rhythmos uersuum italicorum, quos edidi, aptos esse inter se atque intima cognatione coniunctos, omnem denique numerum quo Italici illi antiqui carmina deuinciebant uno quodam societatis uinculo contineri. et, quod grauissimum est, quod explicaui capitibus IV et V prolegomenorum, rhythmicis legibus quibusdam suis parent carmina domestica atque antiqua Italicorum. eaeque leges — si ab incisione media coli Saturniorum propria discesseris — sunt monocolis uersibus cum Saturniis communes. at in prosodia nihil fere interest inter uersus domesticae artis et scaenicos priscorum poetarum. scilicet in utroque genere imposita erat poetis necessitas et summa

lex a natura data ut recte patrio sermone uterentur neque in pronuntiandis uocibus committerent barbarismos. quod ante uiginti septem annos iure dixit Buecheler nou. ann. LXXXVII p. 335 *"Die Kürzung von senex ist durch Plautus zur Genüge bewiesen, und wenn man die scheinbaren Sonderbarkeiten der dramatischen Prosodik für das nimmt was sie sind, für Erscheinungen der altlateinischen Sprache, so versteht sich von selbst dasz nicht Saturnier und Senar auf diesem Gebiet Unterschiede bedingen sondern das Zeitalter"*. quod ideo commemoro ne quis opinetur magis in Saturniis iambis quam in senariis breues syllabas ipso ictu metrico produci potuisse sine ulla offensione aut nihil displicuisse in metris domesticis hiatum, quem fugerint omnes poetae latini. nec modo aetatibus, quod commemorat Buecheler, distincta est in utroque genere et domestico et graecanico ea uarietas, sed etiam indole ac natura rhythmi. non enim sunt omnes nec uersus Saturnii nec monocoli domestici Romanorum iambici aut trochaici, ut iambi et trochaei proprie dicuntur, sed sunt etiam anapaestici, sunt dactylici, sunt denique et hemistichia et uersus simplices domestici qui mixti esse uideantur ex trochaeis et dactylis aut ex iambis et anapaestis. hi ea re non dissimiles sunt iambis illis lyricis Plauti quos uersus Reizianos dicunt. ea discrimina prosodia et ipsa quodammodo sequitur ut apud Plautum item in poesi Saturnia. postremo, ne leges rhythmicae et prosodiacae inter se confundantur, rem breuiter comprehendo: prosodiacae leges fere omnes communes sunt poesi Saturniae antiquioris aeui cum uersibus Plautinis et Terentianis; rhythmicae autem pleraeque communes, quaedam peculiares. graecisque carminibus antiquis et popularibus similes esse uersus hos italicos antiquos et uarietate rhythmi iambico-anapaestici et licentia theses i. e. interualla percussionum supprimendi nemo non uidebit cui cognita erunt ea quae de priscis et popularibus carminibus Graecorum disputata

sunt a Th. Bergkio H. Usenero O Crusio. sed haec supra tractaui accuratius.

Rei metricae causa hunc librum edo. nam quod iam diu cognoscere studeo, quae fuerint in modulandis uerbis proprietates antiquae uocis latinae — rem difficillimam — ad id refero huius libri editionem. ergo quod hac re consequi uolo, id consecutus ero si potuero aliquid afferre quo magis eluceat patria metra Romanorum non minus quantitatibus regi quam poesin graecanicam Plauti Enniique, uanumque esse quod quidam opinantur artificio disciplinae imitationeque Graecorum factum esse ut poetae romani carmina modularentur ad quantitates syllabarum. namque et fuerunt et nescio quo pacto semper existunt noui grammatici qui ea quae Seruii Sergiique, grammatici infimae aetatis, de accentibus latinis praecipiunt, ad Plauti Vergiliique aetates transferre non dubitent, quasi uero necesse sit sic statuere Romanos sexto saeculo urbis eadem modulatione syllabarum iisdemque accentibus quibus post sexcentos annos colluuiem illam omnium gentium temporibus Theodosii uerba latina pronuntiasse! certe ei sententiae obstant multa: obstat historia populi romani, linguae latinae, litterarum latinarum, obstant denique testimonia antiquorum, modo aetatibus, ut par est, discernantur.

Sed redeo eo unde digressus sum. proinde noli quaerere in hac editione quidquam praeter ea quae ad rationem metricam maxime pertineant. itaque recepi in hunc librum carmina metro satis integra aut quae ad metrum possent restitui; exclusi ea quae magis essent corrupta quam ut metrum cum ulla probabilitate posset constitui. quamobrem uel temptata uel intemptata reliqui quaedam carmina, quae in metrum restituendi pericula uideas, si legas libros Westphalii de re metrica, Rudolfi Petri disputationem de rom. precationum carminibus, Baehrensii Fragmenta P. R., Friedersdorffii librum

de Liuio et Polybio, disputationem Ribbeckii in annales phil. a. 1858 relatam, libros de Saturnio Haveti Kelleri Ramorini Originesque Buchholtzii. et ne testimonia quidem antiquorum de carminibus antiquis et domesticis exscripsi, quod non memoriam poesis domesticae romanorum complecti, sed uersus ipsos ostendere constitueram. quod autem carmen lustrationis, profecto et horridum et corruptum pp. 36—38 ad numeros suos restituere conatus sum, aperte ingenueque fateor me ad rem tam lubricam tractandam non aggressurum fuisse, nisi Westphal Gleditsch Peter Keller Ramorinus id potissimum carmen sumpsissent exemplum quo efficerent non quantitates syllabarum, sed accentus uerborum in antiquissimis carminibus Romanorum dominatos esse. quodsi suscepta mihi eius carminis tractato me in suspicionem uocauerit tamquam uana captando ludam, id aequo feram animo, dum tantum equidem consecutus sim ut appareat posse hoc carmen reuocari ad eos numeros qui quamuis sint incorupti atque inter orationem et uersum quasi medii, tamen mensura quadam syllabarum contineantur. nam et hanc et multas precationes deorum priscis Romanis solennes numero qui ad uersum propius quam ad orationem solutam accederet conceptas esse uel potius fuisse arbitror.

Cum Baehrensii liber qui inscribitur Fragmenta poetarum latinorum, qui Lipsiae apud Teubnerum prodiit anno 1886, mihi in manus uenisset, cum uersus Saturnios qui in eo uolumine insunt uiderem, ut iis quae multa Baehrens ingeniose inuenerat delectatus, ita non sine aliqua molestia atque offensione animi uehementer miratus sum summam et frequentiam hiatuum asperrimorum et licentiam syllabarum breuium in "arsi" productarum. quae tantum abest ut sint rara uix ut dimidium inuenias numerum uersuum qui non uel aspere hient uel quantitates syllabarum foede perturbent. et primo puta-

ram non tam a communi ratione eorum qui hodie de hac re disputare solent ea esse repetita quam a Baehrensii quodam errore profecta; sed ea opinio me fefellit. namque ubi adii libros ceterorum qui post Ritschelium de hac re ita disputarunt ut numerum saturnium dimetirentur syllabarum quantitatibus, uidi omnes consentire et hiatum sedem propriam ac legitimam in Saturniis habere — nisi tamen Lucianus Mueller hiatum uitat — et breues syllabas finales quidem sine ulla dubitatione in "arsi" esse producendas. suspicio igitur grauis mihi insederat dubiusque animo haerebam. dubitarem sequi auctoritatem tot et tam illustrium grammaticorum? animum inducere non poteram ut crederem poesin omnem domesticam Romanorum tot et tantis maculis esse inquinatam. transfugerem igitur in castra eorum qui quantitates syllabarum missas fecerunt et tamquam graue onus abiecerunt? historia litterarum et linguae latinae ei rei repugnare uidebatur [1]). quod cum ita esset, tamen committere nolebam ut desperationi me darem ac socordiae, et turpe erat, cum utraque ratio improbabilis uideretur, aut hac aut illa acquiescere. nostro igitur Marte rem temptauimus, si qua inueniri posset ratio qua haec quaestio tam intricata ita solueretur ut nec communes leges prosodiae latinae uiolarentur et quantitati syllabarum quae ictu percuterentur uindicaretur uis sua ac propria. quod quoniam tantum quidem profecisse uidemur ut uox latina quae in ceteris priscis carminibus eadem in Saturniis fuisse perspiciatur, etsi aliqua, ut in re lubrica atque obscura, sunt minus certa, tamen haec edimus in publicum; propterea quod speramus fore qui nobis assentiantur spernendos esse ac repudiandos Saturnios illos qui uulgo feruntur tam hiulcos et elumbes, quique, siquae nobis minus processerint, ea ad liquidum perducant.

[1]) Suo iure Remigius Sabbadinus *'Riv. di filol.'* XIV (1886) p. 134 "Questa opinione *(scilicet* che anticamente la poesia latina fosse accentuativa) non ha valore scientifico, perchè mancano i documenti".

Sunt scilicet quae nunc mihi aliter uideantur atque ante decem menses, cum hic liber perscriptus in manibus operarum esse coepit, sed nihil fere quod aliquid ad rem pertineat [1]) nisi quod **p. 44** II:um uersum Carminis ad ossa luxata nunc sic lego interpretorque: ista(m) pista(m) sista(m), ut sistam dicatur intransitiue sitque fere id quod reprimam. — **P. 41** in adn. critica ad Comprec. 10. 2 cum primis syllabis illius Sălăciam conferre potui etiam ălăcer; nam Fălăcer dictus sit an Falācer nescio. — **P. 19** propius ad uerborum traditorum memoriam accedemus si legerimus Carm. de moribus Caton. 3. 1: *Nam uíta humána síc fere ést utí férrum* pro eo quod scripsi: *Nam uíta nóstra síc fere ést utí férrum.* — **P. 28** in iis quae adnotaui ad u. 7 pite commemorari illud etiam potuit, dictum esse com-pitum non tam a competendo quam a *compitendo. — **P. 32** adn. ad Comprec. 6 I. 5 nunc addo exstare illud necumquam Plaut. Poen. 489 consensu librorum et Truc. 231 *BCDZ* (ubi neq.umquam *A*), quod commemorauit Rud. Klotz, *'altröm. Metrik'* p. 75. — **P. 110** Varron. l. l. VII § 45 malo nunc sic scandere: Flóralémque Falàcrem et Póm. f. (Fl. qui *cod. F.*). — **P. 102.** Naeu. 16. 2 illud "Deli" iam a Fleckeiseno inuentum esse uideo.

Errores typothetae multos me fugisse ualde doleo. ex iis grauissimos nunc corrigo. — In locis quos edidi lege *p. 68* l. 10 C· GAVIVS. — In adnotatione critica haec ita noto ut numeros uersuum uel "linearum" non in uni-

[1]) Dum in ultimis plagulis corrigendis uersor affertur mihi liber Rud. Klotzii bonae frugis plenus, qui inscriptus est *'Grundzüge altrömischer Metrik'*. in eo libro non sine aliqua delectatione animi uideo disseri nonnulla quae ad mea confirmanda aliquid ualeant; illa autem quae de rebus quibusdam metricis et prosodiacis Klotzio aliter ac mihi uidentur non potuerunt me ab sententiis meis abducere.

uersa pagina, sed in adnotatione critica computem. *P. 23 u. 28* lege: **quaesiuit**. — *p. 34 u. 15* l.: cap. **I**. — *p. 45 u. 10* l.: CIL **I** 962. — *p. 52 u. 6* l.: sent **70. 2. 1**. — *p. 53 u. 13* sq. l.: Stich. **223**. — p. 60 u. 11 posui inuersum est. — p. 60 u. 19 l.: *Buechelerus, Romae.* — *p. 64* (quae uitiose scribitur numeris '46') *u. 8 ab imo* lege: **cum indoeurop. ang** contulit. *p. 65 u. 7 a superiore margine* l.: **pertinentem**. — *p. 65 u. 7 ab infer. mg. l.:* Uraniae. — *p. 76 u. 13 a. s.* l.: INCVBAT. — *p. 78 u. 9* l.: capp. **II** et IX. — *p. 80 u. 3* l.: **u**ersus. — *p. 81 u. 19* l.: **A**tistiae. — *p. 87 u. 3* l.: QVQEI **sit**. — *p. 91 u. 8 ab inferiore marg.* l.: 352 *M.* — *p. 96 extr.* "Nou. Ann. Fleck. CXXXVII 483" uitiosum est, sed locum inuenire iam non possum. — *p. 109 u. 11 ab infer. marg.* l.: **40**. — ibid. *u. 12 ab infer. marg.* l.: ἀνασχόμενοι. —

In prolegomenis *p. XI u. 16* l.: uersum. — *p. XII u. 23* l.: ĭnĕ- soluta **arsis**. — *p. XV u. 5* l.: aliarum. — *ib. u. 8* l.: **rh**ythmi. — *p. XIX u. 19* l.: Zeitschrift. — *p. XXI u. 5* l.: Catonis. — *p. XXIX u. 31* l.: **G**. Meyer — *p. XXX u. 4* l.: bĕne ăccípere. — *ibid. u. 8* l.: Magis quam. — *p. XLVIII u. 22* l.: φέρεις ἄπυ. — *p. LIV u.* 4 l.: diui**datur**. — *p. LVII u. 25 sq.* l.: **Epid.** 171, 172. — *LX u. 10* l.: ceteras. — *p. LXVII u. 4 ab inferiore margine* l.: anacrusi. — *p. LXXII adn. u. 5 ab. infer. marg.* l.: scriptura autem uariante scriptum est. — *p. LXXXVIII u. 3* l.: nauus. — *ibid. adn. u. 3* l: confusi. — *p. LXXXIX aduot. u. 6* l.: tales qualis **est** patrĕ, *et u. 7.:* qualis **est** partī. — *p. XCI u. 4* l.: sucidis. — *p. XCV u. 4 ab inferiore margine* l.: Sorór suo **éx** animó. — *p. CXIV u. 59. a sup. marg.* l.: priorem. — *ibid. u. 10* l.: summo Iouĭ. — *p. CXVIII u. 22* l.: dicere scribereque. — *p. CXX u. 3* l.: uosmet. — *p. CXXIV u. 11* l.: syniz. — *p. CXLII u. 7 ab infer. marg.* l.: *Fleckeisenus.* — *p. CLXXVI u. 27* l. **efficax**.

Leuiora autem, quae neminem facile possint in errorem inducere, praetermitto, ut permutatas **e** et **c**, **u** et **n** litteras et quae sunt eius generis. inconstanter egi in quibusdam scribendis, ut modo 'Garucius' modo 'Garruccius', modo 'scaenicus' modo scenicus', hoc scribitur ratione, illud usitate.

Restat ut Nicolao Sjöstrand, doctori phil., qui in plagulis corrigendis me multum adiuuit, gratias agam magnas.

Scribebam Lundae mense Aprili MDCCCXC.

C. Z.

VERSVS ITALICI ANTIQVI

CVM ADNOTATIONE CRITICA

ED.

C. Z.

VERSVS · ITALICI ·

ANTIQVI ·

I.

SENTENTIAE.

1. Prouerbia

in solutae orationis contextu posteritati tradita.

A.

Quot hómines tot senténtiae. 1.
Minóris quam muscáe sumus. 2.
Quod hódie non est crás erit. 3.
Longé fugit qui suós fugit. 4.

Asterisco (*) notantur ii uersus qui manum emendatricem editoris aut alicuius de recentioribus philologis passi hac editione aliter scribuntur atque nostrae aetati traditi sunt. sed supplementa litteris cursiuis signantur. — A, a littera iambici et anapaestici; B, b littera trochaici et dactylici uersus signantur. — Maiusculis litteris (A, B) signantur uersiculi extrema thesi integra; minusculis (a, b) suppressa. nec uero anapaesticus numerus in hoc genere semper satis discretus est ab iambico nec dactylicus a trochaico.

1. Cicero de Fin. I. § 15. Terentius Phorm. 454. Hf. Hor. S. II. 1. 27. "quot capitum uiuunt totidem studiorum milia". usu tritum prouerbium et Terentium et Ciceronem usurasse probabilius est quam Ciceronem a Terentio sumpsisse.

2. Petronius c. 42. **3.** Idem c. 45.

4. Nonius 204. 22. Varro saturae hoc nomen dedit. 155 Riese, p. 188 Buecheler [3]. exstat idem corruptum ap. Petronium c. 43 "l. f. quisquis s. f." — suos monosyllabum.

5. Sabíni quód uolunt sómniánt.
6. Ubíque medius cáelus est.
7. A lásso rixa quáeritur.
8. Largítiŏ fundum nón habet.
9. Porta ítineri longíssima est.
10. Necéssitás caret fériis.
11. Tardúmst differre quód placet.
12. Non túrpe est quod dominús iubet,
13. Summúm ius summa iniúria.

---

5. Festus p. 478 *Th. de Pon.*, 325 *M* "'Sabini quod *uolunt somniant' uetus* prouerbium *esse et inde manasse ait* Sinnius Capito *quod quotiescumque sacrificium* propter*uiam fi ret, hominem* Sabinum at *illud adhibere solebant; — — — — unde uenisse dicitur* in prouerbium *Sabinos solitos quod* uellent somni*are*". — Misere truncata Festi uerba suppleuit Scaliger, et quidem, quod ad prouerbium attinet, non modo acute, sed etiam certo. nam percommode accidit quod quae altero loco desunt ea seruata sunt altero. — uolŭnt pro pyrrhichio.

6. Petronius c. 45. "non mehercules patria melior dici potest si homines haberet. sed laborat hoc tempore, nec haec sola. non debemus delicati esse: 'ubique m. c. e.'"

7. Seneca de Ira III 9. 5 *G.* "Uetus dictum est: 'a. l. r. q.'" cf. Plinius h. n. XXII § 111.

8. Cicero de off. II. § 55 "Omnino meminisse debemus id, quod a nostris hominibus saepissime usurpatum iam in prouerbii consuetudinem uenit: 'l. f. n. h.'" — largitiŏ ultimam in anapaesto pede — nam uersus est logaoedicus — corripit. cf. de ea re C F Mueller pros. 404 sq. Spengel *'Reform.'* 313 sq.

9. Varro r. r. I 2. 2 "Sane, inquit Agrius et simul cogitans 'portam itineri' dici 'longissimam esse' ad subsellia sequentibus nobis procedit".

10. Palladius I 6. 7. "N. f. c." — *transposui.* carĕt f., uox iambica breuiatur.

11. Petronius c. 10. **12.** Idem c. 75.

13. Cicero de Officiis I § 33. "Existunt etiam saepe iniuriae calumnia quadam et nimis callida sed malitiosa iuris interpretatione, ex quo illud 'Summum i. s. i.' factum est iam tritum sermone prouerbium". cf. Ter. Heaut. 795.

Aér aqua terra indústria. 14.
Multís eget qui múlta habet. 15.
Di láneos pedés habent. 16.
Malum núllumst sine aliquó bono. 17.
* Vuam úua uidendo uária fit. 18.

---

14. Palladius I c. 2 "eligendi et bene colendi agri ratio quattuor rebus constat: aere a., t., i.'" Quae uocabula ablatiuo casu Palladius dixit, ea ego nominatiuo casu scripsi, quod magis consentaneum uidebatur quae tria ad agros colendos maxime interesset adhiberi, hoc uetere uersu memorata enumerari nominatiuo casu. quod si ablatiuos retinueris, nimirum idem fiet metrum. — Ne quis suspicetur eam sententiam dictam esse ab Hippocrate in libro περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων, in eo libro eam non inueni. fueritne in libro Magonis aut apud alium ex auctoribus Palladii, necne, dubium est. credo id rusticum praeceptum inter multa agricolarum circumlatum esse.

15. Gellius IX 8. 1 "Verum est profecto quod obseruato rerum usu sapientes uiri dixere, *'m. e. q. m. h.'*" similiter Seneca ep. 119. 6 "Qui multum habet plus cupit".

16. Macrobius I 8. 5 "Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo uinculo et solui ad diem sibi festum id est mense hoc Decembri. atque inde prouerbium ductum 'deos laneos p. habere'", Porphyrio ad Hor. carm. III 2. 32 "Raro antecedentem scelestum d. p. p. cl. hoc proximum est illi quod dicitur 'deos iratos pedes lanatos habere'. item Petronius c. 44 eo prouerbio dicit sero, sed aliquando poenam deorum uenturam. quem locum aliter interpretatur Otto W A III 209. cf. Erasmus 1982. romanus ritus a Macrobio l. q. d. commemoratur. de quo Preller myth. rom.[3] II p. 15.

17. Plinius h. n. XXVII 2. 9.

18. Scholiasta ad Iuuen. II 81 (uuaque conspecta liuorem ducit ab uua) "hoc ex prouerbio sumitur: 'uua uuam *(correxi)* u. u. f.'" — hoc igitur de contagione mali exempli positum, de qua agit Iuuenalis; alia sententia subest graeco βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται· ἐπὶ τῶν ἐξισοῦσθαι φιλονεικούντων *Suid.* sed latinum prouerbium, siue ex graeco ductum est, siue non est, ex alliteratione exquisita apparet uetustum esse et populare. — Versus est quasi logaoedicus.

19. Nescís quid uesper sérus uehat.
20. Non sémper Saturnália erunt.
21. Qui asinúm non póte stratúm caedít.

B.

22. Cólubra réstem nón parít.
23. Séquitur uara uíbiam.
24. Fórtes fortuna ádiuuat.
25. Dí facientes ádiuuant.
26. Fróns occipitió prior.
27. Plénis uelis mórs uenit.
28. Sát citō si sát bene.

Versus **19—21** *sunt anapaestici.* **19.** Gellius XIII 11. 1 "Lepidissimus liber est M. Varronis ex satiris Menippeis. qui inscribitur: Nescis — — uehat". Macrobius I 7. 12. Cf. Varron. sat. M. ed. Riese p. XIII et 175 et Liuius XLV 8. 6 et Munro ad Lucret. III 1085,

20. Seneca Apocol. 12. cf. Petron. c. 44.

21. Petronius c. 45. — talis est anapaest. dim. qualis Plauti Stich. 320 "Tua quód nihil refert né cures".

22. Petronius c. 45.

23. Ausonius Edyll. XII 8. p. 158 *P.* = XXVII 4. 1. Sch. "Ut in uetere prouerbio est 's. u. u.', similium nugarum subtexo nequitiam".

24. Cicero Tusc. II § 11. "'Fortis' enim non modo 'fortuna adiuuat', ut est in uetere prouerbio, sed multo magis ratio". Terentius Phorm. 203. cf. Cic. de fin. III § 16.

25. Varro r. r. I 1. 4. "quoniam, ut aiunt, 'di facientes adiuuant', prius inuocabo eos".

26. Cato de a. c. cap. 4. "'f. o. p.' est". Plin. n. h. XVIII 5. 31 "frontemque domini plus prodesse quam occipitium non mentiuntur". ex quibus uerbis Plinii intellegitur id non tam Catonis inuentum quam prouerbium commune fuisse, nam Plinius Catonis sub nomine praecepta ipsius Catonis afferre solet.

27. Quintilianus declam. XII 16 "P. u. m. u." etiam graeci πλήρεσιν ἱστίοις.

28. Hieronymus ep. 66. 9. "Scitum est illud quoque Catonis: 'sat cito s. s. b.' — cf. Sueton. Oct. 25.

Mútuum mulí scabunt. 29.
Vápula Papíria. 30.
Múlti Mani Aríciae. 31.
* Séritur sácculo hórdeúm. 32.
* Ámor antíquus cáncer ést. 33.
* Cíto fit quód diuí uolúnt. 34.
Sálua rest, saltát senex. 35.

---

29. Varro ap. Non. 115. 19 saturam Menippeam sic inscriptam habet p. 172 Riese = p. 195 Buech. cf. Pompilius *(Priscianus* I 90 *H:* Papini *F)* ap. Varronem de l. l. VII § 28 "— — dic rusum *(Baehrens:* pusum *F)* pusam, sic fiet 'mutua muli'". graecum Τὸν ξόντα δ'ἀντιξόειν Ps. Diog. VIII 48 uidetur esse posterioris aeui, quod antiquiorem scriptorem Aristide eo usum esse non exstat. u. adn. Gaisfordii ad eum locum.

30. Festus p. 568 *Th. de Pon.,* 372 *M.* "'V. P.' in prouerbio fuit antiquis, de quo Sinnius (Simnius *apogr.)* Capito sic refert, tum dici solitum esse cum uellent minantibus sibi significare se eos neglegere et non curare fretos iure libertatis".

31. Festus p. 124 *Th. de Pon.,* 145 *M.* "'Manius Egerius *lucum* Nemorensem Dianae consecrauit, a quo multi et clari uiri orti sunt et per multos et annos fuerunt. unde et prouerbium: 'M. M. A.' Sinnius Capito longe aliter sentit. ait enim turpes et deformes significari, quia Maniae dicuntur deformes personae. et Ariciae (Aricinae *apogr.*) genus panni †manici fieri, quod †manici appelletur".

32. Plinius h. n. XVIII 7. 79 "sapientes agricolae triticum cibaris tantum serunt, 'hordeum sacculo seri' dicunt". — transposui.

33. Petronius c. 42. ant. am. *H.*

34. Idem c. 76. di *Petronius:* cf. Varro ap. Seru. Dan. ad Aen. XII 139 "ita respondeant cur dicant deos, cum *de* omnibus antiqui dixerint diuos". — Idem prouerbium sed mutatis uerbis usurpat Liuius I 39. 4 "Euenit facile quod dis cordi est".

35. Festus p. 480 *Th. de Pon.,* 326 *M.* "Salua res *est saltat* senex". Seruius ad Aen. III 279 "— prouerbium est 'omnia secunda, saltat senex'". Idem ad Aen. VIII 110 "— dictum est hoc prouerbium 'salua res est, saltat senex'". Originem eius prouerbii Verrius Flaccus ap. Fest. p. 482 repetit a P. Sulpicio et Cn. Fuluio coss. a. u. c. DXLII, at Sinnius Capito ab Ap. Claudio et Q. Fuluio coss. a. u. c. DXLIII.

Sérua me, seruábo te.
Quántum habebis tántus eris.

a.

Románus sedéndo uíncit.
Bonae méntis sóror paupértas.
Coctã numerábimus éxta.

---

quod tradit Liuius XXVI 10 et 23 — iis consulibus fuit praetor urbanus C. (M *falso Fa.)* Calpurnius Piso, quo faciente ludos Apollinaris, nuntiato hostium aduentu, cum ad arma iuuenes exissent, id prouerbium natum esse Verrius tradit. auctor Seruii ad Aen. VIII 110 dicit id factum esse cum nuntiatum esset Hannibalem circa portam Collinam urbi ingruere: quod cum consulibus a Sinnio dictis conuenit. tertiam famam sequitur is qui Seruio ad Aen. III 279 auctor fuit id prouerbium natum esse ludis "cum Romani iracundia matris deum laborarent". quae fama rem relegat ad tempus paullo posterius. — rest] *scripsi:* res est *libri Seruiani comm. Aen. VIII. 110.* cf. Ritschel. prol. Trin. CIX; Brixius ad Capt. 488, quo loco exempla plautina enumerauit; Bergkius op. I 172.

36. Petronius c. 45 "Aediles male eueniat, qui cum pistoribus colludunt: 's. m. s.'" rhythmus spondiacus.

37. Augustinus de disc. Christ. 11, 12. "Unde et illud prouerbium; 'Q. h. t. e." Etsi Graeci idem dicebant — et in qua gente id non dictum est? — tamen Romanis ipsis uetustum et uulgare fuit prouerbium. cf. Lucilius in schol. Iuu. ad III 143. Hor. S. I 1. 62. Petron. 77. Otto W A VI 48. Erasmus 4283.

Tetrapodia est logaoedica. eius generis colo Plautus Men. 111 *Vahl.* ithyphallicum adiunxit: "Quód uiro ésse odió uideás | túte tibi odio hábeas".

a. *uersus 38—44, 50 sunt paroemiaci partim anapaestici partim logaoedici.*

38. Varro r. r. I 2. 2. "uoltis igitur interea uetus prouerbium quod est 'Romanus sedendo uincit' usurpemus, dum ille uenit". **39.** Petronius c. 84.

40. Charisius p. 276. 22 *K* "parhoemia est uulgaris prouerbi usurpatio cum aliqua diuersitate, ut 'c. n. e.'. cum significet ex euentu sciemus. Idem scripsit Diomedes 462. 29 *K.* — coctã u. ad 41.

Sociórum ollắ male féruet. 41.
Maló nodó malus cúneus. 42.
Assem hábeas ássem uáleas. 43.
Nihil ínuitá Minérua. 44.
Malo émere quám rogáre. 45.
Fulménta léctum scándunt. 46.
Tollát te quí non nóuit. 47.
Iucúndi actí labóres. 48.

---

41. Petronius c. 38. — metrum antiquum restituitur ubi produximus antiquo more ultimam illius ollā. — Hoc prouerbio tanguntur amici immunes. simile, sed non idem est graecum ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία.

42. Hieronymus ep. 69. 5 "iuxta uulgare prouerbium 'malo' arboris 'nodo malus cuneus' est requirendus". mălŏ ut ap. scenicos. de soluta tertia "arsi" u. Christii metr.[2] p. 253. **43.** Petronius c. 77.

44. Cicero de off. I § 110 "'nihil' decet 'inuita Min.', ut aiunt, id est aduersante et repugnante uatura". Horatius A. P. 385 "tu 'nihil inuita' dices faciesue 'Minerua'". ad quem l. Acro hoc adn.: — — "est prouerbium artificum". cf. Otto WA III 218 sq.

45. Cicero in Verr. act. II. IV § 12 "Cupidinem Praxiteli HS MDC! profecto hinc natum est: 'm. e. q. r.'".

46. Nonius p. 206. 25 "Fulmentum neutro, ut est in prouerbio ueteri, quo Varro utitur saepius: 'f. l. sc.'". Si 'fulmenta' h. l. idem significant quod 'fulcrum' — ut putat Georges s. u. 'fulmentum' — hoc prouerbium optime illustratur iis quae disputat W C F Anderson in *'Classical Review'* III 322 sqq.

47. Quintilianus inst. VI 3. 96—98 "Adiuuant urbanitatem — — prouerbia opportune aptata, ut homini nequam lapso et ut adleuaretur roganti, 'Tollat te q. n. n.'". cf. Horatius ep. I 17. 58. — allitteratio exquisita est.

48. Cicero fin. II 105 "Quid, si etiam iucunda memoria est praeteritorum malorum? ut prouerbia non nulla ueriora sint quam uestra dogmata. uulgo enim dicitur: 'Iuc. acti lab.' similiter Cic. fam. V 12. 4. Seneca Herc. fur. 656 sq. — origo fortasse graeca, u. Cic. l. q. d. et Erasmus n. 2243 p. 343 a.

49. Utrés infláti amblámus.

50. Vitiúmst quod ubíque nímiumst. *

b.

51. Ómnia témpus reuélat.

52. Ségetem né defrúges.

53. Cánis canínam nón est.

---

49. Petronius c. 42 "Homo bellus tam bonus Chrysanthus animam ebulliit. — — heu, eheu. 'u. i. a.'" — amblamus (ambulamus *H)* scripsi ita ut est pronuntiandum. item CIL I 1431 AMBVLAREIS et in Hadriani uersu in Flor. (Spart. u. Hadr. 16) 'ambulare' pronuntianda, ut metra constent, sic: amblareis amblare. — Simile prouerbium usurpat Varro r. r. I 1. 1. "cogitans esse properandum, quod — ut dicitur — si 'est homo bulla', eo magis senex".

50. Quintilianus inst. VIII 3. 42 "uitium e. u. q. n. e." Seneca de tranq. 9. 6 'Vitiosum est ubique quod nimiumst'. 'ubique quod' item Quint. more posteriorum, transposui. graece Μηδὲν ἄγαν, Μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.

b. 51 *apte nominari potest paroemiacus sine anacrusi pariter atque eiusdem numeri paroemiaci quidam prouerbiorum graecorum, quos anacrusi carere ostendit Th. Bergk. Op. II 396 adn.*

51. Tertullianus Apol. c. 7 p. 310 *Migne* "Bene autem quod 'omnia tempus reuelat', testibus etiam uestris prouerbiis atque sententiis". — plurali numero usus est Tertullianus et quod idem prouerbium fuit graecis, et in utriusque gentis litteris multa in eam sententiam dicta.

52. Plinius h. n. XVIII § 200 *Detl.* "oraculum illud magno opere custodiendum: 's. n. d.'" idem praeceptum aliter Cato de agri c. 5. 4 "segetem ne defrudet".

53. Varro de l. l. VII § 31 " uetus adagio — — idem est quod παροιμίαν uocant graeci. ut est: — — canis caninam n. e.'". — Item graeci: κύων κυνὸς οὐχ' ἅπτεται Suid. coisl. 299.

Illud autem prouerbium fuerit necne ignoro:

Rem tene: uerba sequéntur.

quod Catonis praeceptum esse dicit Iulius Victor a. rh. p. 374. 17 *Halm.*

BB. Níhil cum fidibus gráculost, 54.
níhil cum amaracinó sui.

Úbi non sis qui fűeris, 55.
nón est cur uelis uíuere.

AB. In álio pediculúm uides, 56.
ín te rĭcĭnum nón uides.

Corcíllumst quod hominés facit, 57.
cétera quisquilia ómnia.

Matúra saepe décipit, 58.
séra numquam quín mala sit.

aB. Uníus pécudis scábies 59.
tótum cómmaculát gregém.

---

54. Gellius praef. 19. "Vetus adagium est: 'nihil c. f. gr. nihil c. a. s.'" nihil — nihil *libri Gelliani omnes;* nil — nihil *L. Mueller r. m. 64,* ut fiat septenarius, qua re tollitur concinnitas sententiae posita in uerbis his loco syllabisque congruis et pondere spirituque paribus. diuersum illud Martialis II 3. 1 "Sexte nihil debes, nil debes Sexte fatemur".

55. Cicero ep. fam. VII 3. 4 "Mortem mihi cur consciscerem causa non uisa est, cur optarem multae causae; uetus est enim: 'Ubi non sis qui fueris non esse cur uelis uiuere'". — *iam* uiuere *Buechelerus* uersum interpolans ut fieret septenarius. — fūeris u. Neue [2] II p. 597. — Hos uersus origine non populares prouerbii, sed, ut 63, de antiquo carmine praeceptorum esse existimo. uelĭs iambus pro pyrrhichio. Erasmus 1745 graeca affert similia, sed non eadem.

56. Petronius c. 57. peduclum *Petronius,* ut uid. — fortasse primo: in *téte* — — —. rĭcĭnum, ut rĭcĭni *Sammonicus* 692 *B.*

57. Petronius c. 75. — cf. Varro ap. Prisc. I 209. 3 *H.*

58. *scil.* satio. Columella XI 2. 80. cf. Plin. XVIII § 204.

59. Hieronymus comment. in Gal. III 489 "iuxta uulgare prouerbium: 'Unius p. p. sc. t. c. gr.'". — cf. Iuuenal. II 79, 80. Ambros. de fide 5 prol. 4. Otto WA III 63.

60. a A. Amícitiae ímmortáles,
mortáles sínt inimícitiáe. *

61. B b. Quísque ad mé nouíssimús
uénerit hábeat scábiem.

62. A B. Hibérno púluere lúto uernó *
grándia fárra, camílle, metés.

63. b B. Réligentem ésse opórtet,
réligiósus né *fuás*. *

---

60. Liuius XL 46. 12 "Albani, diruta Alba, Romam traducti sunt; Latini Sabini in ciuitatem accepti. uulgatum illud, quia uerum erat, in prouerbium uenit, 'amicitias immortales *mortales* inimicitias debere esse'". quia Liuius, ut solet non tam uerba quam sententiam exprimere, sine dubio prouerbium paulum mutauit, pro 'debent esse' fortasse scribendum, ut scripsi, 'sint', siue malis sient monosyllabum siue breuiatum.

61. Porphyrio ad Hor. ep. II 3. 417 "'occupet extrenium scabies'. hoc ex lusu puerorum sustulit, qui ludentes solent dicere: Q. ad me — scabiem". — quisque] *scripsi:* quisquis *Porph.* quamquam tamen uersum sic scandere licet sine ulla offensione: quísquis ăd mé n. — omnibus uerbis transpositis septenarium elaborauit Luc. Muellerus. alter uersus logaoedicus est (Pherecrateus).

62. Paulus ex Festo p. 93 *M* = p. 66 *Th. de Pon.* "Alii dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, quom pater filio de agricultura praeciperet: 'Hiberno — metes'". — Macrobius V 20. 18 "in libro uetustissimorum carminum, qui ante omnia quae a latinis scripta sunt compositus ferebatur, inuenitur hoc rusticum uetus canticum: 'Hiberno — metes'". — Comment. Seruianus plenior ex cod. Lemouic. ad Verg. G. I 101 "Et est carmen rusticorum antiquum: 'hiberno — metes'". — Plín. h. n. XVII 14. — *u. 1.* dimeter anapaesticus, *u. 2.* dim. dactyl. luto uerno] *Za:* uerno (uereno P_1 *Macrobi)* luto *libri*, nullo metro. — lŭtŏ pro pyrrhichio.

63. Gellius IV 9. 1 "Nigidius Figulus — — in undecimo commentariorum grammaticorum uersum ex antiquo

Saturnii uersus.

ab. Strabónes hólera spéctant láridúm tóllunt. 64.
Ca. Matúre fí senéx, si diú uelís senĕx ésse. 65.
bb. Támdiú discéndumst quámdiú uíuis. 66.
Quí semél scúrra númquam páter famílias. 67.
Díues áut iníquus áut iníqui héres. 68.

---

carmine refert, memoria hercle dignum: "rel. — —". Nigidii fr. IIII *Swob.* — ne fuas] *Fleckeisenus:* nefas *libri:* 'ne seis' *Baehrens* male; nam prisci casci illi non 'sis' (aut 'seis') sed 'sies' dicebant. — pro septenario habet Buechelerus, 'réligentem esse *ted' Ribbeckius,* idem ratus; — *ted* esse *Hertzius et Fleckeisenus.* uersum dicit hoc carmen Gellius; et, quoniam perpetuo ordine trochaeorum decurrit, cola apte uersu coniunguntur. ergo nihil fere refert, per duos uersiculos hoc carmen scribas, an ea cola unum uersum scriptura efficiant. carminis nomen a Nigidio h. l. ap. Gellium usurpatum ostendit haec uerba non esse sumpta ex tragoedia aut ex comoedia.

64. Petronius c. 39. — 'lāridum', non "lăridum": Plautus Capt. 847; 903 *Schoellius;* Men. 210 *Sch.* = 208 *Vahl.* — Prouerbium hoc tangit homines cum dissimulatione inuidos auarosque.

65. Cicero Catone Maiore 10. 32. "Nec enim umquam sum adsensus ueteri illi laudatoque prouerbio, quod monet 'mature fieri senem, si diu uelis senex esse'". — senex ultimam corripit, quod ap. scenicos frequentissimum est. diu monosyll.

66. Seneca ep. 76. 3 "'Tamdiu discendum est', quamdiu nescias; si prouerbio credimus, 'quamdiu uiuis'".

67. Porphyrio ad Hor. ep. I 17. 58 "'nec semel inrisus triuiis' — — hinc etiam prouerbium natum est 'Qui s. sc. n. p. f.'" — cf. Cic. pro Quint. § 55 "uetus est (sc. prouerbium) de scurra multo facilius diuitem quam patrem familias fieri posse".

68. Hieronymus ep. 120. 1 "Unde et illa uulgata sententia mihi uidetur uerissima: 'Diues — heres'".

In uersibus cum aliorum poetarum tum Plauti non nulli uidentur latere saturnii prouerbiorum. qui eorum facillime restituuntur, nunc afferentur. sed omnes sunt dubii.

Hor. Ep. 10. 24 *Natúram fúrca expéllas úsque tám recúrret.*
Auson. 115. 6. 11. *Peip. Quas cómpedés fécit ípsus fáber et géstet.* (idem fere Theognis 539 *B.*)
Plaut. Pers. 674 *Si quíd bonís boní fit ét graue ést et grátum.*
„ Most. 790 *Simúl flare ét sorbére háut facúl fáctu.*
„ Capt. 661 *Scelerúm satór sartórque máxume ét méssor.*
„ Pseud. 452 *Bonus ánimus ín malá re ést malí dimídium.*
„ Stich. 139 *Stultíst canés uenátum dúcere ínuítas.*

Postremo pauca de prouerbio dubio. Quintilianus inst. V 11. 21 "παροιμίας genus illud quod est uelut fabella breuior et per allegoriam accipitur: 'non nostrum', inquit, 'onus: bos clitellas'". sic editores Gesnerus Halmius Meisterus. itemque Wyssius *'die Sprüchwörter b. d. röm. Kom.'*p. 80. quibus 'inquit' prouerbii pars uidetur non esse, sed significare id quod 'ut aiunt'. eodem modo prouerbium afferens uerbo inquit utitur Cicero Tusc. V § 118 "Mihi quidem in uita seruanda uidetur illa lex, quae in graecorum conuiuiis obtinetur: 'Aut bibat', inquit, 'aut abeat'". ita graece φησί. Aristoteles rhetor. III p. 1413 a καὶ αἱ παροιμίαι μεταφοραὶ ἀπ' εἴδους ἐπ' εἶδος εἰσίν· — — ὡς "ὁ Καρπάθιός" φησι "τὸν λαγώ". quodsi 'inquit' uerbum loco illo Quintiliani — quod dubium illud quidem, sed non improbabile est — ita insertum est prouerbio ut non pars sit eius, paroemiacus restat

Non nóstrum onus: bós clitéllas.

quod ut ualde probabile esse uideatur non nihil momenti affert septenarius ap. Ciceronem ep. ad Att. V 15. 3 et Amm. Marc. XVI 5 'Clítellae boui súnt impositae: pláne non est nóstrum onus'. quod 'uetus illud prouerbium' nominat Ammianus. septenarius sine dubio sumptus de comoedia, in qua uerba metri causa mutata sunt, sententia integra. ergo putandum est prouerbium a Quintiliano dari tale quale esset in sermonibus hominum. animaduertendum est apud Ciceronem Ammianumque prouerbium carere illo 'inquit'. et uidemus quid sit intelligendum: 'Non nostrum onus: bos clitellas' *(scil.* 'fero'), nimirum fabella illa uel apologus in breuius adductus uulgo notus erat. ellipsis autem talis usitata in prouerbiis. uelut 'Sus Mineruam' *scil.* 'aemulatur': 'Asinus ad lyram' *scil.* 'mouit auriculas'; 'Claudus pilam' *scil.* 'tractare nescit' Cic. in Pis. 69. et item Graeci saepe.

Sed potest inquit pars esse prouerbii, ut addatur illi bos: 'Non nostrum, inquit, onus, bos, clitellas' *(scil.* fero).

Illud autem non ueri simile quod apud Quintilianum prouerbium non integrum exstare putant O. Crusius m. rh. XLIV 460 et "P" WA III 60. is prouerbio, quasi ei aliquid desit, hoc addit supplementum: "'Non nostrum onus', inquit bos ⟨*ferens*⟩ clitellas". nam iniuria — quod monet Otto WA VI 9 sq. adn. — confunditur prouerbii uarietas cum distincta sit memoria antiquorum. et structura uerborum talis est ualde suspecta. nam, ut non dicam ellipsin durissimam participii 'ferens', post uerbum 'inquit' participium ei adiunctum poni non solet, nisi quid est interiectum. itaque licet dicere: *bos ferens clitellas, 'non nostrum', inquit, 'onus'* et *ferens clitellas, 'non nostrum onus', inquit bos* et, quod rarius fit, de qua re Petschenicus WA V 576 sq., *bos, 'non nostrum', inquit, 'onus', ferens clitellas;* at non licet dicere sic, ut uolunt uiri illi docti quos dixi: *"'non nostrum onus', inquit bos ferens clitellas".* — postremo quod Crusius l. c. graeco fonti hoc prouerbium attribuit, id non comprobatur eo quod idem fere est apud graecum quendam aetatis infimae auctorem. potuit enim apologus ille Romanis cum Graecis esse antiquitus communis. illud uero plane incredibile quod dicit Crusius non populare illud prouerbium Romanorum a Quintiliano afferri, sed esse partem uersus poetae latini, quem graeca uerba ita latine esse interpretatum. quae sententia refellitur eo quod Quintilianus eo loco παροιμίας nomine utitur, et genus quoddam prouerbii breuiter significat. nisi forte rustici Romani prouerbia a libris poetarum maxime sumebant et non potuerunt sine litteris aliquid argute dicere uernacula sapientia.

2. Praecepta quae sub certis auctorum nominibus feruntur praeter Catoniana.

69. Marcii uatis praecepta.

1. Postrémus dic, primús tace. *

2. Ne nínculús medéri quéat . . . . . .

3. Quamuis mouentium duonum negumate. †

---

69. 1. Isidorus orig. VI 7. 12. *ex collat. Haueti.* "Primus autem praecepta apud Hebraeos Moyses scripsit, apud Latinos Marcius (Martius *quattuor Parisini et ed. Vulcanii)* uates primus praecepta composuit. ex quibus est illud: 'postremus dicas primus tace[a]s' (taces *Par. 7670;* dicā prm ā staceas *Par. 7584).* — ita correxi ut sententia uno eoque pleno uersu contineretur, quod huic generi sententiarum aptum est.

2. Paulus ex Festo *p. 176 M = p. 189 Th. de Pon.* "Ningulus nullus. Marcius uates: ne — queat". — Festus *p. 177 M.* "Ningulus nullus, ut Ennius l. II. qui ferro minitere atque inte**** ninculus mederi queat" — Corrupta et lacunosa Festi uerba qui emendem nescio. lacunam esse animaduertit Augustinus, expleuit optime Reichardtius ann. CXXXIX 13 — "Ennius l. II 'qui ferro minitere atque in te *ningulus pugnet', et Marcius uates in carmine* 'ne n. m. q.'".

3. Festus *p. 165 M = p. 164 Th. de Pon.* "Negumate in carmine Cn. Marci uatis significat 'negate', cum ait quamuis — — —". — nouentium duonum *Buecheleru ann.* LXXXVII 784.

Verba corrupta, sententia obscura est.

Appii Claudii sententiae. 70.

* Suae quísque fáber fortúnae. 1.

Quis ánimi cómpote ésse, 2.
ne quíd fraudís stupríque
ferócia páriat.

---

70. 1. Incerti Sallustii ad Caesarem senem de rep. orat. I 2. "sed res docuit id uerum esse quod in carminibus Appius ait, 'fabrum' esse 'suae quemque fortunae'".

2. Festus *p. 317 M = p. 460 Th. de Pon.* "Stuprum pro turpitudine — — in Appi sententis *(cf. Cic. Tusc. IV 2. 4):* qui a. compotem e. n. q. f. st. q. f. p." (pareat *Fa teste Theur.)* — qui(s) i. e. quei(s), antiqua scriptione S finalis h. l. omittitur; ut QVQVEI(s) CIL XI 3078, SVAVEI(s) CIL IX 4463. plura eius generis attuli p. 77. dictumque in 2 p. sg. praes. indic. a uerbo quire. sententia ergo haec: 'potes — si uis, si obduras — compos animi esse'. — compote] *Za:* compotem *cod. Fa i. e.* compotē; sic COMPOTE factus Orell. 5758, teste Buechelero de declin. § 36 *ed. W.* idem in simplici et indeclinabili uocabulo potis factum ut S finalem litteram tum abiceret, Plautus Truc. 317 "illam spero immutari pote", tum retineret Plautus Menaechm. 625 *R* "clanculum te istaec flagitia facere censebas potis". cf. tribunus MILITARE CIL XIV 2577, 2578 = I 63. 64. DITE pater CIL. I 818 et VERRE Gar 2264, CIL IX. 6089. 7. "formicae pol persimile est rusticus" Titin. Non. 224: plura Luc. Muellerus adn. ad Non. 198. 32. 'similest' Mueller, ut Ritschelius Op. II 616, sed exempla illa Noniana quae in -e desinunt titulis comprobantur. item Ennii u. ap. Non. 95 "debile homo" *scribo,* debilo h. *libri:* debil h. *Lipsius.*

3. Amícum cum uidés oblísceré(s) misérias;
inimícus síes: comméntus néc libéns áeque
[idém tamén tenéto.]

---

3. Priscianus I 384. 3. *H. (agit de participiis praeteritis deponentium passiue dictis):* "Appius Caecus: amicum c. u. o. m. i. sies *(HU;* si es *cett.)* c. n. l. aeque". — Sententiam ut potui suppleui. hoc enim alterum praeceptum est romanae constantiae, quo inbemur, quod uisu amici iucundi sponte ac natura fiat ut obliuiscamur id quod nos angat, idem inter inimicos arte meditateque tenere ne qua re perturbati esse uideamur, cum sit et prudentiae et grauitatis uultum alacrem malisque inuictum ostendere omnibus. 'inimicus sies' coniunctiuo potentiali modo enuntiatur, id. q. 'si inimicus sis eius quem uideas'. — graecum autem illud Μὴ μνησικακήσῃς, de quo Erasmus 2094, non eam habet uim. — oblisc̆re(s)] = obliuisc̆ris = obliuisc̆re *libr.;* historia enim docet Appii Claudii aetate non tam -is eam terminationem fuisse quam -es; -s autem finalem prisca scriptura modo exprimi, modo omitti nemo ignorat. sic CIL I 1489 NE FORE(s) STVLTV(s), cf. adn. ad Sent. 70. 2. 1. sed etiam in iis quae posterioris sunt sermonis librarii -ris et -re terminationes promiscuas alteram altera saepe permutabant. — oblīsceris per synizesin, ut Accius 190 *R.* obliscier; 488 obliscar; Plautus Mil. Gl. 1359 obliscendi.

Appendix I.

I. Prouerbia inserta uersibus poetarum. quorum speciem ueram poetae metri causa mutauerint necne, dubium est.

*	Ipsa áuis sibí mortém cacát.	1.
	Muliér recte ólet ubi níl olét.	2.
	Ita fúgias ne praetér casam.	3.
*	In síluam ligna nón feras.	4.
	Túnica propior pálliost.	5.
	Flámma fumost próxuma.	6.
	Nóta mala res óptumast.	7.
	Súos rex reginae placet.	8.
	Mále partum male dísperit.	9.
	Dictum sapienti sat est.	10.
*	Níhili coctióst luti.	? 11.
	Non ómnia póssumus ómnes.	12.
	Quod íntristi éxedéndumst.	13.

1. Plautus ap. Seru. in Aen. VI 206 "i. s. a. m. creat". origo graeca teste Erasmo adag. 115. — cacat] *certa emend. Burmannus.* coll. Isidor. Or. XII 7. 11. — **2.** Plautus Most. 273. — Ex Cic. Att. II 1. 1. et Mart. II 13 conicio etiam sic dici solitum esse: muliér bene ólet, si *(uel* quae) níl olét. — **3.** Ter. Phorm. 768. — **4.** Horat. S. I 10. 34. cf. Otto W. A. IV 196. — **5.** Plaut. Trin. 1154. — **6.** Plaut. Curc. 53. — **7.** Plaut. Trin. 61; cf. Liu, XXIII 3. 14. — **8.** Plaut. Stich. 133. — **9.** Plaut. Poen. 844. cf. Naeu. trag. 54 *R*². — **10.** Plaut. Pers. 729. Ter. Phorm. 541. — **11.** Plaut. Asin. 203 (202 *Uss.).* coctio] *scripsi* = cōactio *libror.;* cf. "'coactus' non 'coctus' dicendum" Caper de orth. 94. 16 *K.* (coaetio ē *B,* coaetiost *D* coactio est EIFZ); coactio ita dicta, ut 'cogere aurum', 'c. arma'. luti] (= 'scis quid dicam') *Leo adn. ad. h. l.* cf. adn. Ussingii et Vahlen Herm. XVII 277. — **12.** Lucilius ap. Macrob. VI 1. 35. Verg. Ecl. VIII 63. cf. Ge. II 109. — **13.** Ausonius p. 115. Ed. VIIII (XXV *Sch.)* praef. 5. *P.* cf. Ter. Phorm. 318. graecum prouerbium ἦν τις ἔμαξε μᾶζαν, ταύτην καὶ ἐσθιέτω, quod uidetur esse infimae aetatis, tam potest esse ex latino quam latinum ex graeco.

Appendix II.

14. * Catonis carmen de moribus.

1. Auáritiém putábant cúncta uítia habére.
qui cúpidus súmptuósus élegáns uitiósus
ínritús habebátur, *áuidus* ís audíbat.

2. Ín foró uestíri mós erā̆t honéste,
domí satís quod ésset. — — — —
— — — — — — — — — — —
Cáriús *sibi* equós *sos* quám quoquós emébant.

Artís poéticae honós erát núllus;
quis éi ré studébat áut sese ádplicábat
conuíuiís, cognómen ēi erát crassátor.

In saturnios suos pristinos restituere reliquias carminis de moribus Catoniani ante me conatus est Ritschelius Op. IV 305 sqq. ceterum alii in aliis metris eliciendis desudarunt. —

Hae reliquiae nescio quo pacto misere corruptae sunt, uix ut opus sit dicere hanc restitutionem mihi ipsi ualde incertam uideri. ne tamen hoc opus tam lubricum tamque ingratum detrectarem eo prohibitus sum quod ex uerbis carminis his talibus, qualia sunt apud Gellium, uel sic apparet id carmen numero Saturnio a Catone conditum esse.

1. Gellius XI 2. 1—3. Nonius p. 465. — *V. 1.* Auaritiem] *Za:* auaritiam *libri;* cf. hos antiquos titulorum uersus, qui uerbis Catonis maxime illustrantur: CIL V 1191 *'sine* auaritie *uixit'* et CIL VI 9499 'nulla in auaritie cessit ab officio'. *u. 2.* 'uitiosus' ut Horatianum illud 'pinguem uitiis albumque'. — *u. 3.* inritus *i. e. leuis, infirmus;* nam ratus ab antiquis dicebatur *fortis certus firmus* etiam homo. Festus p. 378 *Th. de Pon.,* 274 *M* "alioqui pro firmo, certo ponitur ratus et ratum. Ennius: 'Occiduntur ubi potitus ratus Romulus praedam'". — *auidus* is audibat] *Za:* is laudabatur *libri.* — īs nom. sg.; cf. Buecheler de decl. ed. W. p. 28 § 58. — *audus* contractum ut aūidos = audos Plaut. Aul. 487. Rauide = Raude Catull. 40. 1.

2. Gellius l. c. § 5. "Praeterea ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et intercise commeminimus: — —.

2. *u. 3.* quoquos Oı II: coquos *cett.* — *u. 5.* ei re *Luc. Mueller de Q. Ennio p. 27**:* in ea re *libri.* — *u. 6.*

* Nam uíta *nóstra* síc fere ést uti férrum. 3.
si exérceás *id úsus* cónterít *minuítque;*
si nón exérceás tam intérficít robígo.
item hómines éxercéndo cónterí uidémus;
5. si níl exérceás inértia ác torpédo
plus détriménti infért quam *éxest* éxercítio.

---

crassator] *QZBXO*$_1$ Π *Hertzius* [2]*:* grassator *No.* — *u.* 5. quis] *Za:* si quis *libri:* cf. CIL IX 782 QVIS VOLET in lege antiqua Lucerina pro 'qui uolet' uel 'si quis uolet'. exemplum nostro simillimum de oratione quadam Catonis censoria exstat ap. Gell. IV 12. 2 "item quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum uisus erat, impolitiae notabatur", alterum exemplum Catonianum in libro de agri c. c. 145 "homines eos dato qui placebunt aut custodi aut quis eam oleam emerit", quod mirum in modum oculos manumque eius qui retractauit eum librum effugit.

3. Gellius l. q. d. § 6.

Praeterea quae mutauerim nihil attinet enumerare, cum sint omnia incerta et continuo appareant ei qui librum ipsum Gellii contulerit.

II.

SORTES.

Mauórs telúm suom cóncutít. 1.

— — — — — — — — —

1. Liuius XXII 1. § 8. "Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nuntiata — — § 11. et Faleriis — — sortes sua sponte attenuatas, unamque excidisse ita scriptam: 'Mauors telum suum concutit'" *(a. u. c. DXXXVII)*. sortes attenuatas unamque sua sponte excidisse *Fleckeisenus*. Liuii auctor rem inuenerat in annales pontificum relatam, de qua re cf. Liu. XLIII 13. 1 et u. disp. Mommseni perioch. rec. Iahn p. XVIII. quod autem haec sortis inscriptio non facile ex eo genere potuit esse prodigiorum quod in errore oculorum aut aurium constabat — quae Plutarchus Fab. c. 2.. fama eius rei uanitate auctoris corrupta, et Iulius Obsequens c. 31 p. 19 *Oud.*. Liuii ipsius uerbis deprauatis, narrant pro nihilo sunt habenda -- eam ob causam existimandum est aut fuisse eam sortem aut rem deliberato mendacio fictam esse. hoc tamen non satis ueri simile est ut quisquam uellet senatum pontificesque, immo deos immortales deliberato mendacio ludere. praesertim eo tempore cum animi hominum malis afflicti graui religione premerentur. accedebat quod nec temere nec singulis aut leuibus auctoribus ea fides habebatur a senatu pontificibusque: cf. Liuius V 15. 1 et XXII 1. 14 et Marquardt III^2 259. quodsi haec sors ficta est mendacio, is qui id strueret mendacium talem ementiretur sortem necesse erat quae ueris quam simillima esset forma, quod nisi fecisset ei non esset creditum. non igitur dubitaui hanc sortem edere, si uera est pro uera, sin falsa, pro exemplo ad uerarum formam efficto. hoc denique moneo Liuium non dicere quod ita esset inscripta id in prodigium uersum, sed quod inter multas sortes ea potissimum quae ita esset inscripta in tali tempore excidisset. postremo animaduertendum Liuium uel potius eius auctorem, cum ea solum uerba quae in prodigium essent uersa memoriae proderet, alterum uersiculum sortis eius omisisse.

Perîbis sí non fécerís, (?) 2.
si fáxis uápulábis.

Permúltis prósum, ubei prófuí 3.
grátiá(m) némo.

* Iubeo *o*eti: seí si fécerít 4.
gáu*i*débit sémper.

Cónrigí(s) uix tándem 5.
quód curuómst factúm: redét.

---

2. Gellius III 3. 7. sq. *ed. mai. Hertz.* "— Fretum — quam Plauti esse quidam non putant — — — ex qua duo hos uersus exscripsimus, ut historiam quaereremus oraculi Arretini: 'nunc illud est quod responsum Arretínum ludis magnis dicitur: Peribo si non fecero, si faxo uapulabo'". — Arretini — Arretinum *Hertzius, cf. Idem Arch. Woelfflin. IV pag. 138 et adn. ad h. l.:* arietini (aretini) — arietinum *libri.* pro prima persona personae illius comoediae sortem in se transferenti apta, alienissima ab natura huius responsi — quod consulenti quid ei esset futurum praediceret — restitui uerbis secundam personam. sed ambigitur integritatem uerborum seruauerit poeta, an metri causa paullulum immutauerit. cum primo dici potuerit: "Perîbis sí non fáxis" uel "si nón faxís peribis": quod ipsum metrum huic generi conueniens est.

3. CIL I 1451. Ritschel. Op. IV 398. — haec quoque sors, ut fiebat. in duos uersiculos inscriptione diuisa est, sed PROFVI posteriori perperam additum, et sententia et metro refragante.

4. CIL I 1447. RPM II Mm. — Lectio ambigua. Iubeo *o*eti: sei sic fecerit *Mommsenus:* IVBEO ET IS EI SIFECERIT *tit.;* Mommsenum secutus ego tamen pro "sic fecerit" ita lego ut inscriptum est si fecerit, ut si sit idem quod sic; quod (*sei) si: si-c (*sei-ce) = *falisc.* hei he: hei-ce hic = illi (locatiuo casu): illi-c; cf. siremps tab. Bant. — 'ioubeo et eis ei si faxit' *Buechelerus.* — u. 2 gau*i*debit] *scripsi:* GAVDEBIT *tit.* Diuisi sunt uersiculi in titulo ita ut hic scripti sunt.

5. CIL I 1438. RPM II Q. — CONRIGI = conrigis more prisco et rustico. — REDET = redeit = redīt 3 p. sg. praes. 4:tae coniug. antiquam ultimae longitudinem h. l. seruauit; cf. perf. fuēt el. Scip. 2. 4 = fuīt el. Scip. 1. 4 = fuueit

6. Laetús lubéns petitó quod
dabitúr: gaudébis sémper.

7a. *Prólem dúlcem uteró ferét*
quae ánte stérilis fúit.

7b. . . . . um· réddedít· qu/////·

7c. . . . . / nimi· excru/////////·

7d. . . . . *éffu*giésque· eam· semp/////·

8a. *Quae* núnc consóltas quiéscas;
quem cúiue *uériaris uidé.*

CIL I 1051. — Haec igitur uidetur esse sententia: 'Redit id quod corrigere studes, cum tandem correxisti, denuo natura sua lenta identidem in pristinum curuorem'. 'corrigis: redit', id est: 'si correxisti, redit'. eodem modo Terentius: "negat quis: nego, ait: aio". dicit idem quod haec sors aliis uerbis Horatius: "naturam furca expelles, tamen usque recurret". et est graecum prouerbium Ξύλον ἄγκυλον οὐδέποτ' ὀρθόν uel Σκαμβὸν ξύλον οὐδέποτ' ὀρθόν. — Ritschelius pro tradito REDET scribens "crede" hexametrum spondaizonta finxit pessimum. — Discriptio tituli haec: CONRIGI—QVOD | CVRVOM—REDET. Curuom *Fabrettius*, curum *Suaresius*.

6. CIL I 1448. Ritschelius op. IV 429 deleto QVOD fecit hexametrum. Colometriam inscriptione traditam seruaui.

7 et **8**. In museo Parmensi; duo taxilli aerei et quadranguli et oblongi descripti ab Dresselio *'bulletino dell' instituto di corr. arch.'* 1883 p. 100—102. Supplementa ego addidi; nisi quod Dresselius e uestigiis litterarum euanidis coniecturam fecit primum sortis 8a uerbum fuisse *quae*. lineis obliquis signantur litterae exesae aerugine, punctis autem pars perdita prior alterius taxilli (7a—d). uterque enim taxillus ruptus est. alterius tantum posterior pars exstat, in quo sunt reliquiae sortium 7a—d, alterius ambae, in quo 8a—d. namque in singulis lateribus inscripta cola bina copulantur uersu. uersus autem singuli sortes efficiunt. nam quaternas in his taxillis inscriptas esse sortes ex eo intellegitur quod uersus inter se sententia non cohaerent. quam ob rem cum qui taxillus erat a uate iactus, quod superius casu factum erat latus, inde fortasse responsum sumebatur. cf. schol. ad Iuu. VI 582 ("spatium lustrabit — — et sortes ducet"): 'quia circulatores,

Inér̥ṭiám con *cóira* 8b.
mo*ll*ém procul ápste habé*to*.

Non pótĕst priŭs mórte[m] adfícier 8c.
quam uénerít fá*tum*.

///////· ṇḍ/is· ualetudo· ostenditúr· ụ/agṇ/// 8d.

---

uelut Probus inquit, hoc consueuerint adhibere ut delectis sibi locis duobus, eos lustrent id est circueant, deinde per eos sortes id est taxillos iactitent, quo exinde quod suae geneseos signum se accommodauerit, inspiciat *(scil.* mulier) numquid uiuet, quando et paucis ex uerbis ibidem scriptis educunt sortes suas'. — 0,09 m. esse taxillum sortium 7a—d, 0.16 m. sort. 8a—d Dresselius docet. quamobrem si pares fuerunt magnitudine, alteri, i. e. 7a—d, pars deest paulo minus dimidia. — distinguuntur uerba plerumque punctis. — ad mulieres pertinere has sortes Dresselius obseruauit. quam superstitionem quantopere mulierculae de plebe coluerint testis est Iuuenalis Sat. VI 582—584, 588—591.

7a. fūit paeuultimam producit. u. Neue II² 597 et Sent. 55. in fūi et q. s. eius gen. paenultimam produxit sermo rusticus etiam aetate imperatoria; u. Groeber Woelffl. arch. II 278 sq.

8a. hoc dicitur: 'uide et qualis is *(uel* ea) sit quem uerearis et qualis is *(uel* ea) cui uerearis'. datiuum uerendi uerbum adsciscit, ut Caesar b. g. V 9. 1 'ueritus nauibus'. — *ue* particula eodem modo utuntur cum alii tum Cato de agri c. 2. 3 'uideto quot dies quaeue opera per imbrem fieri potuerint'. — qui̯ēscas disyllabum more prisco et plebeio, ut trisyllabum quiēscere Enn. trag. 138 *R,* disyllabum qui̯esce Plaut. Merc. 448 *Fleckeisenus, Goetzius,* quēsco quētus in titulis plebis. — **8b.** 'Inertiam mollem' dixit item Horatius Epod. 14. 1.

Tertius una cum his seruatur in museo Parmensi taxillus. cuius fracti pars posterior eaque, ut uid., fere quinta periit. eum descr. l. c. Dresselius: *a.* ////////ịụ/m· de lucrum qaesiuit· su// . . . . . — *b.* //////ṛ/i//// rotendit· turbam / ạgnam . . . . — *c.* ////////////i· mei*ius *(an* melius?)· fẹc// ḥ///// . . . — *d.* //////////· aed//s· ho////sṇ///qu///// . . . . .

Ceterae quae exstant sortes aut sunt aut possunt esse hexametri.

III.

COMPRECATIONES.

1. Pontificum carmen Kalendis calantium Nonas.

Caló: Iunó Couélla.

2. Cantio rustica.

Terrá pestém tenéto,
Salús híc manéto.

3. Particula de antiqua Martis comprecatione.

Auértas mórbum mórtém
labém nebulam ímpetíginém
peséstatém — — — —

---

1. Varro de l. l. VI § 27 "primi dies mensium nominati Kalendae, quod his diebus calantur eius mensis (-es *Fl)* Nonae a pontificibus quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in curia Calabra sic dicto quinquies *(Turnebus:* dictae quinque *Fl;* cf. Macrob.) 'calo Iuno Couella', *aut (add. Za.)* septies dicto *(Turneb.:* septem dictae *Fl)* 'calo I. C.'" idem tradit ex Suetoni de anno romano libro deriuatum Macrobius S. I 15. 10.

2. Varro r. r. I 2. 27 ex libris Sasernae (cf. § 22): "Dicam eisdem quibus illi [Saserna] uerbis scripsit uel Tarquennam audiui: — — — terra — — maneto [in meis pedibus]" — cf. Ribbeckius ann. phil. 1858, 205 sq.

3. Festus p. 210 *M* 258 *Th.* "Pesestas inter alia quae [si] inter precationem dicuntur, cum fundus lustratur, significare uidetur pestilentiam, ut intelligi ex ceteris possit (possunt *apogr.)* quom dicitur: "Auertas — — impetiginem". — *pesestatem* add. *Za.* — cf. Plaut. Bacch. 372 "quid si potius 'morbum mortem' scribas".

4. Carmen Fratrum Arualium

exstat "in tabula marmorea utroque latere scripta; quae in luco Arualium subsellii uel mensae loco uidetur fuisse, effossa anno 1778, cum fundamenta iacerentur sacrarii Vaticani" MARINI; "nunc in aditu eiusdem sacrarii" HENZEN. ea tabula continet acta fratr. Arualium a. d. 218. sinistra parte est fracta. in aduersa tabula sunt uersus XXXVIII; extrema pars uersus XXXII:i reliquique deinceps carm. fr. Aru. continent. primum uerba transscripturus sum ita ut exstant in lapide ex recognitione Henzeni et Bormanni CIL VI 2104, ubi descr. Borm.; nam illud exemplar quod imitata est imago lithographa Ritschelii PLM XXXVI A non magni fuit, cum ductus litterarum et inde ab initio in ipsa tabula leues incertique et multis locis uetustate euanidi non satis potuerint charta lapidi admota exprimi. ex ed. R. Garucii Syll. p. 140 has adnoto uarietates: *u. 34.* FVRERE *Borm.:* EVEERE *Gar.; u. 35.* ///I. STA. *Borm.:* . . . . E STA *Gar.;* — SAIISIA *Borm.:* SAII STA *Gar.* — *u. 36* ALTERNIE *Borm:* ALTERNI^{c} *Ga.;* quorum utrum fuerit in lapide ambigitur; certe im. lith. a Iordano Hermae u. XIV. 634 data non magis hanc quam illam lectionem admittit.

u. 31. "clusI succinctI libellis· acceptis carmen descindentes tripodauerunt In uerba haec enoslasesiuuate | *(u. 33)* / noslasesIuuateenoslasesiuuateneueluaeruemarmasinsincurrereinpleoresneueluеruemarmar | *(34)* // nsincurrereinpleorisneueluеruemarmar . sersincurrereinpleorissatur . fureremarslimen | *(35)* /// i . sta . berbersatur . fuferemarslimensalistaberber . saturfuferemarslimensaiisiaberber | *(36)* /// unisalterneiaduocapitconctossemunisalterneiaduocapitconctossimunisalternieaduocapit | *(37)* //// osenosmarmoriuuatoenosmarmoriuuatoenosmamor . iuuatotriumpetriumpetriumpetrium | *(38)* ///// umpe posttripodationem deinde signo dato publici . introier . et libellos receperunt".

De huius carminis cognitione optime meriti sunt Marini Mommsen Henzen Bormann Iordan Bréal Pauli, post quem mea edere dubito.

4. Enós Lasés iuuáté. *ter*

* Neu lŭe^{m} rŭe^{m}, Mármár, siris incúrrere in plĕorĕs. *ter*

5. Satúr fú fere Máuórs lime énsalí sta uérbér. *ter*

Sémunís altérnéi áduocá pite cónctós. *ter*

Sententiam hanc esse conicio:
Nos, Lares iuuate!
neue luem stragemue, Marmar, siris inuadere in plures!
satur es, fere Mars: aut fortasse: *saturitatem fac, fer. Mars!*
famis (quasi hostis) *insilientis siste flagellum!*
Semones (ministros tuos, Mars,) *uicissatim* (= in suam quemque partem)
aduoca, pete (= arcesse) *cunctos!*

V. 2. rūem. de ea uoce Loewii opusc. glossogr. ed. Goetz p. 169 "Rues (neben ruina wie labes neben labina u. ähnl.), Sturz: rues: ruina Ambr. 2 31 sup." et Loewius arch. Woelffl. I 26. Cyrillianam eandem glossam inuenerat Mommsenus. (rūe^{m} et) lūe^{m} paenultimam primo produxit, ut scand. lúi m. languor. rūes: rŭo = lūes: lŭo = frūges: frŭ(gv)or = con-flūges: flŭ(gv)o = sēdes: sĕdeo = mōles: mŏlestus = cōtes: cŏt- = amb-āges: ăgo = com-pāges: păg- = contāges: tăg-: cf. nūbes pūbes plēbes uātes.

V. 4. dubito utrum satur sit adiectiuum an substantiuum, utrum fu transitiue ita dictum sit ut fuas olim idem quod 'facias', cf. imbuo et φύω et oscorum Fútrei i. e. genetrici, an fu intransitiue, ut fuas olim etiam id quod 'sis'; denique utrum fere sit adiectiuum an uerbum.

V. 5. lime = limei gen. sg. a recto *limos gr. λιμός osc. acc. sg. limo *(Bugge:* limu *Buecheler)* famem; Zvet. I. I. — I. 129. 8 "pon far kahad nip potiiad edum nip menvum limo" cf. bu-lima Paul. Festi p. 32. — ensali(s) adiectiuum gen. sg. i. e. insilientis, attributum substantiuo lime; cf. *prae-sal-i praesul, *sub-sal-os subsulus, *en-sal-i *insule insile subst. neutr. Lucr. V 1351, quasi id quod in telum insilit ue immittitur, crucisalus Plaut. Bacch. 362.

V. 6, 7. Semones sunt di quorum suae quisque partī ad frugum prouentum et ad fructus agrorum percipiendos praeest.

Enós Mamór iuuátó. *ter*

Triúmpe triúmpe triúmpé

10. triúmp*e tri*úmpe *triúmpé.*

---

ii proprie uidetur fuisse genii aut Martis aut Saturni, nam his uu. 6 et 7 Mars pariter atque proximis inuocatur. cf. Paulus p. 20 *M* "antiqui anculare dicebant pro ministrare ex quo dii quoque ac deae feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi et Anculae".

V. 1. Enos]: enom *Bréalius.* — *u. 2.* neue lue^{m} rue^{m} *Mommsenus olim:* neue luem arues *Bréalius.* ne uelueris *Hauetus.* — Marmare *Paulius.* — *u. 3.* siris] *Za:* SINS *u. 33*, SERS *u. 34 lapis,* utrumque pro siris positum errore publici exscribentis. qui error eo facilius potuit ei obrepere quod litteratura uulgari quae tum erat, quae descripta est CIL III 2. p. 930 sq., siris in libello eo de quo tum transscribebatur ita scriptum esse potuit ut simile esset illis et 'sins' et 'sers'. cf.  = siris et  = sins; cf. etiam = siris et = sers: nisi sers corruptum est ex seris. certe, quoniam longae uocales latinae non eliduntur, antiqui illi, cum utramque terminationem producerent, nec sins dicere potuerunt pro sinās nec sers pro serīs. *u. 3.* siris incúrrere ĭn plēorés purus putus est anapaestus. sed suspicor hunc uersum antiquitus dictum esse sic; sisís enquérrese ĕn pléiŏsés: nam primo scilicet dici oportuit non *pleiōses (*plēōses plēōres), quam formam secundariam analogia finxit, sed breui paenultima *pleiŏses: ut graeci *πλειοσες πλείους. a quo distinguenda sunt *pleis-ima plisima Carm. Sal. (u. ind. ed. meae. Carm. S.) et *plei̯eso- *plēeso- plēro- plērus Cato in I orig. ap. Prisc. I 182 *H*, pleri-que et *plois *plois-es *plōes *ploeres plus plures (quod scribitur 'plous' in S. C. de Bac., ideo, credo, ut uox inter V et O media significaretur, ut 'poublicom' CIL I 185, et 'poblicod' S. C. de Bac. 15); aut fortasse *pleus plous plus, sic Brugman. — *u. 4.* Mauors, antiqua nominis forma, carmini tam antiquo restitui debet: MARS in *lapide.* — *u. 5.* lime ensali] *Za:* LIMENSALI *lapis.* — uerber] = BERBER

lapis scribendi more non antiquo, sed inde ab II a. d. saeculo frequenti, sic VERBECES in hac ipsa tabula et act. fr. aru. a. 183. tab. auersa u. 1 ac BERBECES in eadem tab. adu. u. 23., utrumque pro 'uerueces'. -- *u. 7* pitẽ] *Za:* PIT *lapis;* pĭte = pĕte. ĕ et ĭ breues litteras et nonnumquam acta fr. arual. confundunt, ut soliatus' a. a. 189., descinderunt pro descenderunt et contigerunt in hac ipsa tab., at a. a. 219 contegerunt — illa quoque compitenter impitus perpiti Schuch. Voc. I 416, praepitis Verg. Aen. III 361 *Med.*, pides Verg. Aen. XII 510 *Pal.*, pidato Caper 100. 23 *K*, itiam Verg. G. IV 326 *Pal.* scripta sunt posteriore aetate -- nec priscus sermo uulgaris semper distinxit, nam, ut in huius stirpis uocabulis uerser omittamque titulorum testimonia, ap. Paulum ex Festo p. 109 M cum Muellero legendum puto impitite (impite *codd.*) inpetum facite": cf. "spicit antiqui" Festus p. 330 M, Pl. Mil. 697 *R.* — ADVO[8] CAPITE *Pauli.* — *u. 9 b.* postremum *triumpe* add. *Za.* — cf. tamen Woelfflinus de geminatione lat. p. 488.

Ensali(s) i. e. insiliens ita u. 5 dicitur fames (uel limos), ut u. 3 morbus (uel lues) dicitur incurrere. utrumque igitur idem quod repente opprimere. etenim poetae famem dicere solebant 'uesanam', 'rabidam'. 'insanam'. et pauperculi illi Latini qui ea aetate cum carmen fratrum Arualium factum est abundante multitudine in illis regionibus, uitam sustentabant exiguos agros colendo. nimirum saepe experti sunt uerum esse quod dicit Homerus η 216 Οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο ἔπλετο.

Qui carmini fratr. Arualium edendo interpretandoque operam dederint uideas ap. Paulium, qui ipse id edidit stud. ital IV. quo in libro editores qui ante se id carmen cum interpretatione edidissent Paulius enumerauit. nec facile librum quem elencho illi tanto addas inuenias ullum praeter hos: *du Méril, Poésies pop. lat. Paris 1843 p. 103 sqq.; Wordsworth, fragments and specimens Oxford 1874 pp. 158 et 391 sqq.; Donaldson, Varronianus*[3] *Lond. 1860 p. 232 sq.; Mommsen R. G. I*[7] *222, quo loco uerba aliter edidit atque CIL I 9.*

Carmen Saliare. 5.

1. Versus Ianuli.

* O Zául adorĭese ómniá!
* uero^{m} ád patulā cŏĕmĭs es iáneús, Iánés,
* duonus Cérus és, duonus Iánús.
* ueuéi^{s} promérios próme diŭs e*n*úm recúm*de!*

---

5. De Carm. Saliaris lectione et interpretatione u. Carm. Saliaris reliq. ed. Zander Lundae 1888.

5. 1. V. Ianuli. — Sententia: *O Sol, oriens inuade omnia! portarum ad patulos aditus comis es ianitor, Iane. bonus Genius es, bonus Ianus. niuis* (dat. plur.), (optime) *promeritus, prome dies et reconde.*

Zaul = Zāul (*goth.* sauil) = Sol — **adorieso* 7 *adorĭese* 7 **adorīse* 7 *adorire.* — *uero^{m}* gen. pl. = portarum. osce *veru(m),* umbr. **veras* acc. *veruf* abl. *veres;* cf. **ap-verio aperio,* **op-verio operio,* — **co(g)uemeis* 7 *cŏĕmis* 7 *cōmis, ut co(g)uentio* 7 *cōntio.* — *diŭs* acc. pl. a recto *dius* (i. q. dies); cf. *nun* (= nun-c) *dius sextus* Plaut. Trin. 726 *C.*

Varro de l. l. VII § 26 "in carmine Saliari sunt haec: cozeulodori esc omnia uero adpatula coemisse iancusianes duonus ceruses dunus ianus ue uet pom elios eum recum" . . . . *(lacuna in F).*

Festus p. 205 *M,* 244 *Th* "promeriom (on *Fa):* praecipuum, praeter ceteros meritum. et promedium hoc est *qui* participat *utrumque,* ut *medium* pro indiuiso dicimus". — Tertullianus Apol. c. 10 "Iano uel Iane *(abl. sing.),* ut Salii uolunt". Paulus ex F. p. 103 *M,* 73 *Th.* "ianeus ianitor".

V. 1 (haec) O] *Th. Bergkius:* (haec) co . . . — cetera ipse correxi.

2. Versus Iouii.

*a.** Diuóm *Diouém* potem cánte.
* deiuóm deo*us* súplicáte.

*b.** Quóme tonás Leucésié,
* prai téd tremónte quót*quot*
* ubéi*que* *hem*úneis déiueis
* conctóm mare m*óntes cámpei*(?).

3. Versus Martii.

a. pilumnoe poploe.
*b.** Mámuríe Vetúrie.

---

5. 2. V. Iou. *a. "Caelum, Iouem potentem canite, deo diei supplicate".*

Varro de l. l. VII § 27 "in Saliari uersu scriptum est 'cante': diuum empta cante, diuum deo supplicante".

supplicate] *Grotefend; cetera corr. Za.* — deous monosyllabum, ut *diūs* Carm. Sal. I 4.

Vers. Iou. *b.* sententia *uu. 2 et 3: "te praetremunt quotquot ubique sunt homines ac di".*

Terentius Scaurus p. 28 *K.* "aduerbium per q—, ut 'quom legissem', quoniam antiqui pro hoc aduerbio quome (cume *libri)* dicebant, ut Numa in Saliari carmine: cuine ponas Leucesiae praetexere monti quot ibet eunei *(P:* etinei *B)* deis cum tonarem". Festus 205 *M* "pretet tremonti: praetemunt pe" *(sic!).* Macrobius Sat. I 15. 14 "Iouem Lucis auctorem, unde et Lucetium Salii".

hemuneis *Baehrens* = (h)ēuneis; *Idem* conctom *mare;* tonas *Duentzerus; cetera corr. Za.*

5. 3. V. Mart. *a.* Festus 205 *M.* — *b.* Varro de l. l. VI § 49 "Salii quod cantant memurii ueterum". Iuba apud Plutarch. Num. 13 Ὀβετοὐριον Μαμούριον. Ouidius III Fastor. 259 "Salii Mamurium uocant" (i. e. inuocant). Paulus 131 *M.*, 99 *Th.*

4. Versus Iunonius. 5.

Lúciă Volúmina.

5. Versus incertae sedis. 5.

*a.** pennátas ímpennátas ágnas ⏑ ∪ ⏑ ⏑

15. *b.** áttanús tintínnat

---

5. 4. V. Iun. Varro de l. l. IX § 61. — "uidemus enim Maniam matrem Larum dici, Luciam Voluminam (*H:* Volaminiam *F)* Saliorum carminibus appellari". Augustinus C. D. IV 21 "quid opus erat parturientibus inuocare Lucinam — quid necesse erat — commendare nascentes — deae Volumnae". — Fortasse primo dicta Vŏlŏměna *(Volumena).*

5. 5a. Inc. sed. u. *a.* Paulus p. 211 *M* "p. imp. que a. in carmine Saliari spicas significat cum aristis et alias sine aristis".

5. 5b. Nonius p. 40. 12 'Tintinnire' dicitur 'sonare' — — Nigidius l. XVIII (Nig. fr. IX *Swob.)* "itaque ex re in Saliaribus; u. t.". Ad l. de diis Nigidii rettulerunt hunc l. Rutgersius aliique, ad l. comm. grammaticorum, quod probabilius est, Riccobonus Egger Swoboda. — In Saliaribus *scil.* carminibus; u. Baehrensius nou. ann. Fleck. a. 1887 p. 70 sq. et Swoboda Nigidii rell. p. 16, cui nunc assentior. — attanus *Swoboda l. c. p. 15 sq. coll. glossis quibusdam:* aptanus H_1, adtanus *codd. rell.,* altanus *edd. ante M.,* Albanus *Lipsius.* — Versus 11—13, 15 utrum hemistichia an per se uersus fuerint dubium est.

6. **Obtestationes** quae sunt in formulis belli indicendi et rerum repetundarum.

I. Si ego iniústed ímpiédque
illós hominés illásque
res dédiér mi expósco:
tum pátriae cómpotém me
5. númquam síris ésse.

II. Audí Diéspitér et tú Ianés Quiríne;
deiuéique omnés caeléstes uósque térréstres
uósque inférni audíte.

Liuius I c. 32 § 5 "(Ancus Martius) ius ab antiqua gente Aequiculis, quod nunc Fetiales habent, descripsit, quo res repetuntur. *§ 6.* Legatus — peragit postulata. *§ 7.* inde Iouem testem facit: si ego — — — esse. — — — *§ 9.* Si non deduntur quos exposcit diebus tribus et triginta (tot enim sollemnes sunt) peractis bellum ita indicit: Audi — — audite".

I. *u. 2.* homines consulto retinui. quod ratio historiaque linguarum docet esse antiquius quam homōnes. Ribbeckius ann. phil. 1858. 206 uerba illos — res deleuit; cetera conclusit saturniis duobus. *u. 5* fortasse primo: 'Necúmquam *(uel* nequomquam) síris ésse'. cf. Festus p. 162 "necumquem" *i. e.* 'ne quom quem', 'ne quom' pro 'ne quando', ut 'quomque' (cumque) ap. Lucr. et Horat. pro 'quandoque'.

II. *u. 2.* Ianes] u. carm. Sal. 1. 2 et Tertull. apol. c. 10 et Georges *lex. d. Wortformen* s. u. Ianus. Ea quae tradidit Liuius § 6 fortasse et ipsa principio metro composita sunt, certe facile in metrum rediguntur: Diéspiter áudi, audíte fínes, áudiát fas || ego pŏplicús pŏplí sum núntiús Románi. || iusté pié legátus || uenió, uerbis fidés sit.

Paragraphum 9. sequuntur apud Liuium quaedam prosa oratione, quippe quae similia sint formulis iuris. ipsae autem comprecationes aliter se habent: eae metro compositae sunt.

7. Obtestatio in formula foederis faciendi.

Sí priór deféxit públicó consílio
doló maló, tunc íllo
die Diéspitér poplúm románum síc feríto,
* uti húnc egő porcum héice
hodié feriám, tantóque mágis feríto quánto
magís potés pollésque.

Liuius I. 24 § 7. sq. "Pater patratus — legibus recitatis, 'Audi', inquit, 'Iupiter; audi, pater patrate populi Albani; audi tu populus Albanus. ut illa palam prima postrema ex illis tabulis ceraue recitata sunt sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit — — pollesque'. id ubi dixit porcum saxo silice percussit. sua item carmina Albani suumque ius iurandum per suum dictatorem suosque sacerdotes peregerunt".

Ea quae ipsam obtestationem uel imprecationem continent metro condita sunt; cetera autem soluta, quae iis legis actionibus quae in iure ciuili uersantur quodammodo sunt similia.

V. 4. hunc ego] *scripsi:* ego hunc *libri.* egō antiquam longitudinem ultimae retinuit, quae non modo in carmine tam remotae uetustatis, sed ne Plauti quidem aetate omnino oblitterata erat. egō Trin. 258; Cist. 577 *U;* Stich. 1; Cas. 733 *U;* Mil. 1379; Pseud. 338; Amph. 519, 601; Ep. 668. Díco egō tibi iam ut scias *codd.*, cf. Luchs Stud. I p. 28. atque etiam Terentius uidetur interdum eo iambo usus esse. Andr. 258, 850, 864 *Dziatzko:* cf. Engelbrecht Stud. Vind. a. 1884 p. 234. — *u. 3* poplum, *u. 4* heice] *scripsi:* populum, hic *libri.* — *u. 3* die Diespiter] *scripsi allitterationis causa:* die Iuppiter *libri,* quod retineri potest saluo metro. item Fest. p. 115. 4 *M* s. u. Lapidem silicem non Dispiter, sed Diespiter legendum; cf. Liu. XXII. 53. 11. itemque Varro LL V 66 "Diespiter *(Laetus:* Dispiter *F),* id est Dies pater".

8. **Carmen deuotionis Decii continet hanc precationem.**

Iáne Iúppitér Ma*uór*s patér Quiríne
* Dụélloná, Larés Nouénsilés*que* díui;
Díui Índigetés diuí quorúmst potéstas
nóstrorum hóstiúmque *Téllus* díque Mánes,
5. uós precór uenerór ueniám petó feróque,

Utí popló Románo
* Quirítiúm prosprétis
uím uictóriámque;
* hostés poplí Románi

Liuius VIII 9. 4—8. "In hac trepidatione Decius consul M. Valerium magna uoce inclamat. "Deorum", inquit, "ope, M. Valeri, opus est; age dum, pontifex publicus populi Romani, praei uerba, quibus me pro legionibus deuoueam". pontifex eum togam praetextam sumere iussit et, uelato capite, manu subter togam ad mentum exserta, super telum subiectum pedibus stantem sic dicere: Iane — afficiatis. Sicut uerbis nuncupaui, ita pro republica *populi Romani* Quiritium, exercitu legionibus auxiliis populi Romani Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum deis manibus Tellurique deuoueo".

Cum igitur hoc carmen deuotionis duabus partibus constet, precatione et stipulatione, stipulatio concepta est oratione soluta, precatio composita metro, cf. adn. ad Comprec. 6 et 7. precationis huius prior pars, qua di inuocantur, constat saturniis quinque, de quibus u. Proleg. cap. IV § 3.; posterior pars constat septem iambicis quaternariis catalecticis, quorum unus, u. 8, est etiam procatalectus.

Quirítiúm terróre 10.
formídiné mortéque
mactétis áfficiátis.

Antiquitatem uocis et declinationis restitui tantummodo eam quam restitui ad metrum opus esset: u. 1 M*a*u*o*rs, u. 3 diui Indigetes, u. 6 poplo, u. 9 popli: Mars, di Ind., populo, populi *libri;* alia, quamquam non recte leguntur in carmine tam antiquo, mutare nolui. allitterationis causa scripsi u. 2 Duellona: Bellona *libri.* u. 3 fortasse fuit déiues Indig. haec addidi: u. 2 *-que,* 4. *Tellus,* coll. Liu. 8. 9. 8, u. 12 *mactetis.* haec transposui: u. 2 Nouensilesque diui: d. N. *libri,* cf. Arnob. III. 39; — u. 7 et 8 prospretis uim uictoriamque: uim uict. que prosp. *libri.* — *u.* 7 prospretis] *scripsi:* prosperetis; item prospreque legendum Plaut. Pseud. 574, ubi 'prospereque' *libri,* et aspro aspris aspros Georges *'Lex. d. Wortf'.* s. u. et adn. ad Liu. Odyss. fr. 27. — *u.* 5 feroque suspectum; fortasse precoque uel poscoque uel quaesoque. oroque *Forchhammer et Madvicus,* quod metro repugnat. — *u. 9.* hostes] *scripsi:* hostesque; cf. Conradtius Herm. X 108; Leo m. rh. XXXVIII 11 sqq.; Dziatzko m. rh. XLIV. 635.

9. Comprecatio antiqua agrum lustrantis.

— — — — — — — —

Mars páter, te précor quaesóque.
uti síes uoléns propítius
* mihi dómo famíliae nóstrae.

Quóius rēī érgo
* ágrum terrám fundúmque
suóuitaurília *háece*
círcumagí iússi:

Úti tu *mórtem* mórbos
uísos ínuisósque
* uíduertátem uástitúdnem
* cálamitátes íntempérias
próhibessís deféndas
áuerrún*cassí*sque,

---

9. Cato de agri cultura cap. CXLI. "Agrum lustrare sic oportet. impera suouitaurilia circumagi, 'cum diuis uolentibus quodque bene eueniat, mando tibi Mani, uti illace suouitaurilia fundum agrum terramque meam, quota ex parte siue circumagi siue circumferenda censeas, uti cures lustrare'. Ianum Iouemque uino praefamino, sic dicito, Mars pater — — esto". Versu igitur primo, qui non iam exstat, patres familias praefabantur Ianum Iouemque. Supplementa addidi; idem -que copulam his locis sustuli: u. 4 et 25 'familiae[que]'; u. 12 et 14; u. 17 'uti[que]'; u. 18 'uirgulta[que]'; possessiuum sustuli u. 6 'fundumque [meum]', transposui u. 27 'mei fundi terrae agrique': f. t. a. que mei *libri.* — *u. 6* suou. *haece]*, cf. u. 31, 35 'hisce suouit.', huius cap. 141 § 1 illace suouit.', Cato c. 132 'hac illace dape', hoc enim genus formularnm sacrarum anxiam et extremam habet diligentiam omnia ostendendi et describendi. — *u. 9 mortem* morbos], cf. adn. ad Comprec. 3. 1. — *uu. 11—13* similes quibusdam Umbrorum. uastitudnem] *scripsi:* uastitudinemque *libri.*

* Útĭ frugés fruménta
* uínetā uirgúlta
* grándiréi duenéque
éueníre síris
pástorés pecuáque
sálua séruásis,

Duísque duónam salútem
ualétudnémque
* mihi dómo famíliae nóstrae:

Harúnce rérum érgo,
* mei fúndi térrae agríque
lustrándi lústríque
recté faciéndi érgo, sícutí díxi,

---

cf. adn. u. 24. ad rhythmum cf. Comprec. 14. 4. — *uu. 13, 14* fortasse primo *'cládes* cálamitates intemperias'; sic Plautus Capt, 911 "clades calamitasque intemperies modo in nostram aduenit domum". — *u. 16.* auerruncassisque] *scripsi:* auerruncesque *libri*, quod ipsum metro aptum est, sed cf. Lucilius et Pacuuius ap. Non. p. 74. 22. sqq. — *u. 19* grandirei] *scripsi:* grandire *libri,* quod ipsum tamen potest esse uerum et scriptum prisco more: grandirē longa ultima pro grandirei i. e. grandiri. — *u. 24* ualetudnemque] *scripsi,* prisca uoce contractum, sic VALETVDNE CIL IX 3812 et 3813, qui tituli sunt saec. VI.ti: ualetudinemque *libri.* fortasse 'ualétudnémque *uísque'* pluraliter dictas, ut Lucret. III 265, II 586; Messala ap. Macrob. I. 9. 14. cf. Probus cath. 19. 22 *K.;* Prisc. I. 249. 10 *H.* licet sic quoque: *'uirés* ualétudném-que'. — *u. 29 recte* faciendi], cf. in simili stipulatione Cato c. 139 "uti id recte factum siet"; Liu. XXII 10. 4 "quomodo faxit, probe factum esto". sententia flagitat ut recte uel probe aduerbium huic loco addatur, quippe cum haec uerba sint cauentis nequid sibi in ea re sit fraudi. — *u. 34* hoiusque re ergo] *Za:* eiusque rei e. *libri;* sic in lege Furfensi CIL IX 3513 HOIVSQVE AEDIS ERGO. hoiusque disyllabum more prisco;

Márs patér macte hísce
suóuitaurílibús lac-téntibús *nóstris* } *ter*
émmolándis ésto.

Carmen porcum immolantis. Cato l. c. § 4.

* Hóiusque re érgo mácte,
35. suóuitaurílibús *hisce* émmolándis ésto.

---

nam quod hóiusque prima percussa syllaba dico potius quam hoiúsque nemo peritus non probabit. — *u. 7.* suouetaurilia, *u. 32 et 35* suouetaurilibus sex est syllabarum, nam prima V semiuocalis fit sequente O littera; ita prisca uoce possessiuum suo suos suom monosyllabum saepius quam sŭos sŭo sŭom disyllabum. cf. etiam duobus disyllabum Plaut. Stich. 540. — allitterationis causa haec: *u. 23* duisque duonam *O Keller:* d. que bonam *libri. uu. 33 et 35* emmolandis esto] *scripsi:* immol. esto *libri.*

Compositio metrica haec est. I. u. 2—4 tres quaternarii iambici catalectici. — II. u. 5—8 et III. u. 9—16 et IV. u. 17—23 et VII. u. 31—33 et VIII. u. 34 et 35 sunt hypermetra trochaica; ex quibus VII. et VIII. numeros continuant. interiectae trochaicis periodis periodi V. u. 23—25 et VI. u. 26—30 pericope iambica trium quaternariorum, quos claudit saturnius.

Lacunae sunt quarum culpa librarii manifesto teneantur. septima quidem stropha, qua Mars ter inuocabatur, ut ab Arualibus ter Mars ter Marmar ter Mamor, a Saliis ter Mamurius, ea stropha cum in libris sacerdotum ter scripta esset idemque esset a Catone seruatum, in libris Catonianis ea repetitio ita exstat ut primo loco desit *Mars pater,* altero *immolandis*, tertio uero omnia praeter extremum uerbum esto. noli igitur mirari me plures lacunas reperisse. et nonnulla suspicor truncata esse ab eo qui hunc librum Catonis ad usum suum et communem aequalium retractauit.

Antiquitatem autem scripturae et declinationis ita restitui si e re metrica fuit. neque enim pluris quam librorum fidem facio speciem antiquitatis, quam integram aequaliter reuocare non liceat.

10. Particula antiqui carminis apud Gellium XIII 23(22). 1.

— — — — — — — —
— — — — — — — —
Luám Satúrni Sálăciám Neptúni
Horám Quiríni Vírités Quiríni
Maiám Volcáni Hériém Iunónis
Molés*que* Mártis Nérĭĕnémque Mártis
— — — — — — — —
— — — — — — — —

---

10. Gellius XIII. 23 (22). 1. "Comprecationes deum immortalium quae ritu romano fiunt expositae sunt in libris sacerdotum populi romani et in plerisque antiquis orationibus. in his scriptum est: Luam — Martis".

Metro compositas esse huius carminis reliquias eo magis elucet quod eundem numerum reddunt uersus omnes.

A sacerdotum libris haec uerba sumpta sunt aut ipsis aut, si ab antiqua oratione, tamen indidem repetendi. "orationes' equidem credo Gellium dixisse hoc loco sollemnes quasdam magistratuum populi romani, quae uel totae erant comprecationes, cuius rei exemplum est Liu. XXIX. 27. 2—4., uel pars orationis in pace ueniaque deorum exposcenda uersabatur. nec tamen iis uerba praeire solebant pontifices, sed scribae, nisi in quibusdam sacris, ut Tacitus memoriae prodidit hist. IV. 53 Heluidium Priscum praetorem Capitolii restituendi causa praeeunte Plautio Aeliano pontifice Iouem Iunonem Mineruam praesidesque imperii deos precatum. atque multo minus hic potest dici comprecatio causidici, cuius generis comprecationes apud Ciceronem exstant in exordio Rabirianae, inque epilogo Milonianae et orationis quam pro domo sua habuit, quod genus imitatus est Velleius Paterculus in exitu historiarum. constat autem in sacerdotum libris perscriptas fuisse precationes quibus in sacris sollemnibus publice magistratus, — in quibusdam muliebribus sacris uirgines Vestales aut uxor consulis aut praetoris urbani — in priuatis patresfamilias uterentur. ei generi coniunctam esse equidem existimo l anc comprecationem, sed probabile est eam ad muliebria sacra pertinere, quippe qua non di, sed deae inuocentur.

Siue Gellius nihil aliud quam ea quae maxime cohaererent cum nomine Nerienes, de qua disputat, exscribere uolebat, siue — quod equidem magis credo — non plus apud auctorem suum inuenerat, truncum nobis tradidit carmen, quod nec caput nec pedes habeat. nam prima aliqua deesse apparet et ex eo quod deest precandi uerbum — quippe comprecationem hanc esse Gellius dicit — quo accusatiui regantur, nec facile potuit comprecatio continuo descendere ad minora illa et obscuriora numina, principiumque sine dubio ductum est a maioribus. exempli gratia sic:

Venerór regínam *Iúnoném Lucínam*
uenerór Minéruam *Flóram Opém Fortúnam*
Cererém Diánam *céterásque díuas:*
Annám Perénnam *té, Palés, Pandámque* [1])
Luám Satúrni *et q. s.*

haec nimirum exempli causa addidi, non quod sperem posse iam uera restitui.

Etiam postremam partem carminis deesse ex eo coniecturam facio, quod in hoc carmine, quo deae inuocentur, Vesta ipsa, cuius sacerdotes plerumque administrabant muliebria sacra publica, nominari debuit, et quidem extremo carmine. Cicero quidem de nat. deor. II § 67 "in ea dea", inquit, "quod est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est". cf. acta fratr. Arual. et Preller Myth.[3] II. 172 [2]). quod autem Ouidius Fast. VI. 304 praecipit, id graeci moris fuit, non romani. Plato Crat. 401 b., Paus. V. 14. 4. (paulo aliter hymn. Hom. XXIX 5 sq. πρώτῃ πυμάτῃ τε).

Ut u. 2 Vīrites Quirini personam gerunt uirium Mauortiarum et sunt τὸ ὄβριμον μένος Ἄρηος, ita u. 4. Mōles Mauortis sunt ὁ μῶλος Ἄρηος. —

V. 2. Virites] *QZ Hertzius* [2]; qui confert L. Prelleri myth. rom. I.[3] p. 372. — is autem apte has Vīrites cum Vīribus Dianae contulit —: iurites XOIIN. incerta est quantitas paenultimae, a uiribus utrum dictae sint Virĭtes, ut a pede pedĭtes, ab equo equĭtes, a palma palmĭtes, an Virītes, ut a cŭri uocabulo Sabino, de quo disp. Deecke l. de Faliscis p. 85, Iuno Curītis. notabile tamen est quod quae Curitis a Paul. Festin. 49, eadem Quiritis Fest. 254. 25 dicta est ex coniect. CO Muelleri. Mirsch de Varron. rer. hum. l. XXV p. 104 eum Verrii locum a Varronis libro repetit. — *u. 3.*

[1]) Similiter scripsi atque Ennius ap, Non. 120. 2 "teque, Quirine pater, ueneror Horamque Quirini". cf. Verg. G. III. 1 "te quoque magna Pales —". ad rem cf. Varro S. Men. p. 214. 4 *R* = 506 *B*.

Hēriem; cf. hēres Hērennius, osc. Heírens, *h*erríns. alia uidetur fuisse Heres Martea ap. Paulum ex F. p. 100. 2. — *u. 4.* Moles*que]* *scripsi:* Moles *libri.* quamquam licet sic quoque: Molés Mạuórtis — Nérieném Mauórtis; utrumque enim dictum est usitate. Plautus Truc. 515 Márs peregre adueniens salutat Nerienem ux. suam (Gell. l. c. § 11). L. Gellius ap. A. Gellium l. c. § 13 Neria Martis. Ennius autem l. c. § 18 Nerienem Mauortis. Licinii denique Imbricis uersus l. c. § 16 sic legunt Ribbeck Onions Usener Hertz: "Nolo égo Neaeram te uocent, set Nérienem. Cum quídem Mauorti es in conūbium data", quo loco 'Marti' *libri.* in Mārtis nomine, ut a Mauorte contracto, A litteram produci ostendunt tituli: MÁRTIS mon. Ancyr. 4. 21. MOLIBVS MARTIS ferial. Cum. 16. Th. Mommsen Herm. XVII. 632. cf. Iordani adn. in Prelleri Myth. I [3] 355. hoc eam ob rem attingo quod in aliam sententiam disputauit Nettleship, *'Essays'* p. 43 [2]) sq.

V. 2. Sălăciam, ut 'călămus', 'călămitas'. cf. adn. Ribbeckii ad Pacuu. 418 *R* [2] "hínc saeuitiam Sălăciae || Fúgimus". Fest. 326 *M.* "Salacia dicta est quod salum ciet". Paulus 327. Varro l. l. V 72.

11. Cantio rustica.

Reséda, mórbïs reséda! *
scin, scín quis híc púllus égerít radíces?
néc capŭt néc pedĕs hábeant!

---

11. Plinius h. n. XXVII § 131 "Circa Ariminum nota est herba quam resedam uocant. discutit collectiones inflammationesque omnes. qui curant ea addunt uerba: Reseda — habeant. haec ter dicunt totiensque despuunt".

V. 1. morbis reseda *libri, Ian, Detlefsen;* morbos reseda *olim editores,* quasi 'morbos seda'. — scin, scin] *scripsi:* scisne, scisne *ER,* scisnecinae *V.* — priscum quidem fuisse morem ut non scisne, sed semper scin diceretur Plautinis exemplis demonstrauit Schrader de partic. -ne p. 21 sq. — hic] *EV:* hinc *R.* — habeant] *ER ex corr.:* habeat *V.*

Sententia uersus primi haec est: reseda, morbus residat. cf. Cic. Tusc. III § 26 'cum tumor animi resedisset'. Plin. h. n. XXVIII. 13. 201. 'residere lienem aegri uitiatum liberarique eum morbo dicitur'. — reseda(t), i. e. residat, habet sermonis rustici indicia. unum omissae T finalis; est ita scriptus uersus pompeianus CIL IV 1173 "Quisquis AMA VALIA, PERIA qui nescit amare"; he CVPA fal. 22 *Schn.,* at hiu CVPAT 23 b *Schn.* alterum quod E pro I dicta est more prisco sermonis rustici, de quo mentionem faciunt Cic. de Or. III § 46 (Brut. § 259), Varro R R I 2. 14, Velius Longus p. 49. 20 K. Paulus ex Festo p. 15. 6 M . cf. in ed. mea carminis Saliaris p. 26. sed cum more communi rusticorum ea uox ita potuerit dici, tum, quoniam ex uerbis Plinii coniecturam facio hanc cantionem natam esse circa Ariminum, forsitan E pro I dicere proprium fuerit illius regionis, in cuius sermone nonnihil ualere potuerit uox gallica, de qua Consentius p. 394*K* „Galli pinguius hac (I) utuntur, ut cum dicunt 'ite' non expresse ipsam proferentes, sed inter E et I pinguiorem sonum nescio quem ponentes". nec nihil uox umbrica momenti attulit ad eius regionis sermonem, quod ostendit Sittl de differentiis uocis latinae regionatim discernendis p. 27. cum autem uocis umbricae proprium esset terminationes saepe deterere, reseda(t) ut -t finali careret eadem fortasse ui factum est quae effecisse uidetur ut Pisaurenses uicini Ariminensium dicerent scriberentque DEDE CIL I 169, 180; DEDRO et DEDA CIL I 177.

morbis traditum libris uulgato illo 'morbus' mutare dubito concedoque posse esse uerum; neque enim negauerim in aliquo angulo Italiae dici potuisse sermone rustico quidem morbĭs in nominatiuo casu pro illo morbus, quod fluctuabat sermo latinus, uulgaris praesertim, in aliquot nominibus inter declinationes primam secundamque et tertiam. ut substantiua abundant: diaconem = diaconum in tit. plebis Roensch It, et Vulg. p. 262. — gryphus gryphis — iugerum et iugeris nom. sg. — Mulciberi et Mulciberis gen. sg. — cossi nom. pl. Fest. 41. 9. cosses Plin. h. n. XVII. 220, XXX 115. — cepa cepe — palumbus palumbes — torrus torris — Amucos praen. Schn. 54 = Amuces praen. Schn. 55 — in sent. Minuciorum CIL I 199 nom. Edus acc. Edem abl. Ede — Herclo CIL IX 3414 = Herculi — nom. Therme(n)ses gen. Thermensum et Thermensium et Thermensorum dat. Therme(n)sis CIL I 204 — eo CIL I 206 = ei aliaque.

12. **Cantio rustica.**

* Háueat háueat háueat!
ísta písta sísta!
* dánnabó danna ústra.

---

12. Cato de agri cultura c. CLX. "Luxum siquod est hac cantione sanum fiet. harundinem prende tibi uiridem P IIII aut quinque longam. mediam diffinde, et duo homines teneant ad coxendices. incipe cantare in alio s. f. moetas uaeta daries dardaries asiadarides una petes, usque dum coeant. mota uaeta daries dardares astataries dissunapiter usque dum coeant. ferrum insuper iactato. ubi coierint et altera alteram tetigerint. id manu prehende et dextera sinistra praecide, ad luxum aut ad fracturam alliga, sanum fiet. et tamen cotidie cantato in alio s. f. uel luxato. uel hoc modo: "h*a*u*e*at — — ustra, et luxato. uel hoc modo, huat haut haut istasis tarsis ardannabou dannaustra". —

Quae edidi — cetera enim, ut desperata, reliqui — eorum est sententia haec:
Valeat, ualeat, ualeat (is cuius ossa luxata sunt)!
ista pestis sistat! (sistat intransitiue i. e. desinat.)
damnabo damna uestra (damna ossium luxatorum, ad quae cantio est, dicuntnr). —

V. 1. haueat] *ter scripsi:* huat · hauat (haut) · huat (haut) *libri.* haueat i. e. ualeat, 3 p. sg. praes. coniunctiui uerbi haueo (aueo) hauebo haue (aue) hauere (auere). — *u. 2.* pista = *pesta i. e. pestis, sic I pro E CIL I. 1009. 15 INFISTAE aliaque prisca et rustica. pes-ta eadem figura qua cicu-ta, cucurbi-ta, iuuen-ta, senec-ta, orbi-ta, tes-ta mul-ta; fortasse stirpis eiusdem et figura producta est pesesta-ti *(an* pesta-ti?), pesestas Fest. p. 210 *M;* tamen potuit etiam *pesta(s) pista (s) contractione dici a pés(e)sta(s). — sista i. e. sistat, de t finali omissa u. adn. ad comprec. 11. 1. p. 42 — *u. 3.* dannabo danna ustra] *scripsi:* dannabo dannaustra *PR,* d. danuaustra *A* damnabo damnaustra *b* damabo dānaustra *c* dāpnabo dannaustra *f* damiabo damaustra *u.* — uostra *7* *uostra *7* ustra; ustra igitur pro uostra dictum per rusticam contractionem et ueterem. nam, quod Velius Longus p. 58, 4 *K*

13. **Cantio** nouum uinum bibentis.

Vétus nouóm uinúm bibó,
ueterí nouo mórbo médeor.

---

et Quintil. I. 7. 26 dicunt antiquiores V litteram sibi succedentem cum per O scriberent, per V tamen enuntiasse, id inde a V saeculo interdum ita factum esse ut VO in V contraheretur, ostendit MAVRTE CIL I. 63 V:ti saec. i. e. Mauorte, et FLAVS in denario VI:ti saec. Gar. 128 i. e. Flauos. VII:ti autem aut VIII:ti saeculi est AEVM CIL. I. 1220 pro aeuom, ita Gnaiuos Gnaeus. illa uero antiquitus mutata: uxor inde ab aetate Plauti, cum antiquissimi dixissent uoxor, de quo Koch nou. ann. CI 283, 685, *nóuendinae *nóuondiuae noundinae, *iouos ious, [?Nóuembres *Nóuombres NOVM(br) CIL. 962 fort. scripturae compendium], *uorina urina Corssen I^2 171, *uorgeo urgeo Stolz Gramm. § 61, *uelcos, gr. ἕλκος, *uolcos ulcos, *(c)uobi (c)ubi, *(c)uonde (c)unde. idem in posteriore sermone rustico obtinuit. uelut Volcanus Ulcanus Loewe prodr. 421 [2]); Volsin. VLSINIENSIBVS Fast. Cap. a. CCLXXX, uolt VLT CIL X. 8045. 19. aliaque.

Etiam Bergkius op. I 556—570 de hoc carmine egit, sed longe aliter. cf. etiam Woelfflinus archiu. I 355.

13. Paulus ex F. p. 123 *M* "Meditrinalia dicta hac de causa. mos erat Latinis populis, quo die quis primum gustaret mustum, dicere ominis gratia: uetus nouum u. b. ueteri nouo m. m." — Varro de l. l. VI § 21 "Meditrinalia a medendo, quod Flaccus flamen Martialis dicebat hoc die solitum uinum nouum et uetus libari et degustari medicamenti causa; quod facere solent etiam nunc multi quom dicant: nouum uetus u. b., nouo ueteri [uino] m. m." —

— nouo uox ita h. l. appellanda est ut Plautus Cas. 801 *U* "Lúbet Chalinum quíd agat scire, nóuom nuptum cum nóuo marito". sed de uoce iambica pro pyrrhichio posita accurate quaesitum est excursu posteriore.

14. Cantio contra faucium dolores usurpata.

Éxi exi éxi, *si* hódie náta si ánte náta,
sí hodié creáta si ánte *és* creáta.
Hanc péstem hanc péstiléntiám,
húnc dolórem húnc tumórem húnc rubórem,
has tólles hás tonsíllas,
húnc panum hás paníciulas,
hánc strumam hánc struméllam,
hánc relégiónem
* éduco éxcanto éuocó
de istís membrís medúllis.

Carmina 14—17, quae exstant in Marcelli Empirici libro de medicamentis, rhythmo esse composita animaduertit Buecheler et de eis luculente exposuit m. rh. XXXIV p. 343 sqq. ad quam disputationem lectores delego. cum plura huius generis sunt apud Marcellum, tum aliqua antiquiora. ex iis quae numeris domesticis romanorum rusticorum concepta sunt, ea h. l. edo. eorum carminum fortasse aliqua facta sunt temporibus imperatoriis; sed nihil refert utrum ante Augusti aetatem facta sint an post eam, certe numerorum genus est antiquum atque patrium.

14. Marcellus l. de medicamentis *ed. Cornar. p. 105.*

V. 1. *Exi exi* exi *si] scripsi:* exi *liber;* ea uerba quibus maxime contineri putabatur uis magica ter pronuntiari solebant. sic Comprec, 12 'haueat haueat haueat'. — Buecheler exi deleuit, *si* addidit. — exire iubetur *pestis*, ut u. 3 et de dolore pedum Comprec. 2. 1 "Terrá pestem teneto". — *u. 2. es] addidi. es* nimirum addi opus est et ad sententiam et ad usum sermonis. collocatione uerborum eadem usus est Hor. S. II. 7. 29 "si nusquam es forte uocatus". primo fortasse fuit: 'si antid *es* creata'. — *u. 8.* relēgionem uox alias, quod sciam, non inuenta, dicta est a relegando passiue significatque malum quod relegatur, ut 'opinio', ab opinando dicta, id quod quis opinatur, 'condicio' quasi id quod condicitur, 'regio' quasi quae regitur in directum, 'legio' quasi quae lecta est dilectu. certe in uocem 'religionis' h. l. non facile potest coniectura cadere. religionem *Corn.* cf. conspicione Varr. l. l. VII. 8 i. e. quod conspicitur. — *u. 9.* euoco ed. exc. *liber*, transposui. — *u. 4.* membra distinguuntur diaeresi hiatuque.

15. Cantio ad ischiadem herbam britannicam colligentis.

Térram téneo herbám legó.
prósit ăd quód te cólligó.

16. Cantio ad uarulum adhibita.

* Néc parít múla,
* néc lapís fert lánam,
nec húic morbó capŭt créscat,
* si créuerít tabéscat.

17. Cantio ad corcum usurpata.

Pastóres te ínuenérunt,
sine mánibus cóllegérunt,
síne focó coxérunt,
sine déntibús comedérunt.

---

15. Marcellus de med. p. 171 *C.* — Inter uerba lego et prosit intersertum est ap. Marcellum "in nomine Christi"; quae interpolatio redolet recentissimam aetatem, quae uerba antiqua "ita demutauit ut nouis moribus", ut ait Buecheler, "apta uiderentur". carmen multo antiquius esse Marcelli aetate ex uersibus ipsis, quamuis sint horridi, intellegitur. quippe rustici temporibus Theodosii, si quos pangebant nouos uersus, eos sine dubio non tam mensura quantitatum quam ui accentus modulabantur. hi autem uersus accentibus scandi non possunt.

16. Marcellus l. c. *p. 71 C.* mula parit — lanam fert *liber*, transposui. — *u. 4.* si] *scripsi:* aut si *liber*. — Buecheler l. c. p. 345 ex uu. 1 et 2 mutatis uerbis hunc fecit senarium: "nec múla peperit, nec lapis lanam tulit"; aliena tamen perfecta ab huius loci sententia uidentur esse. —

17. Marcellus l. c. *p. 154 C.* Etiam haec carmina 16 et 17 mensuram quantitatum reddunt, nec magis quam Comprec. 14 et 15 accentus uerborum — quod dicit Buecheler l. c. p. 345 — scansione sequuntur. Illa autem Marcelli quae attulerunt Woelfflinus Arch. I. 355 et Helmreichius Arch. II. 423 non metro composita sunt, sed oratione numerosa.

18. Ad Tiberinum patrem.

* Tiberíne *páter* adésto cúm tuís úndis

---

18. Seruius ad Verg. Aen. VIII 72 "sic enim inuocatur (inuocabatur *l* uocatur *l* uocabatur *all. libri)* in precibus: adesto Tiberine cum tuis undis". — metrum restitui.

Comprecationum formulae eae quae exstant in Catonis libro de agricultura facile in numeros antiquos possunt restitui. I. Comprecatio Iano struem obmouentis. Cato c. 134. Iáne páter ted háce — strŭed ómmouéndad / bonás precés precór — uti síes uoléns propítius / mihí meis léiberéis — meáe domó famíliae. — II. Compr. Ioui fertum obmouentis. Cato c. 134. Iúppitér ted hóce — fértod ómmouéndod / bonás precés precór — uti síes uoléns propítius / mihí meis léiberéis — domó meáe famíliae / [máctus hóce fértod]. — III. Carmen Iano uinum dantis. Cato l. c. Iáne páter utí ted — strŭed ómmouéndad / bonas béne precés precátus sum eíusdem re érgo mácte / uinód enfériod éstod. — IV. Carmen Ioui uinum dantis. Cato l. c. Iúppitér macte ístod — fértod éstod mácte / uinód enfériod éstod. — V. Compr. lucum conlucantis more romano. Cato c. 139. eius re érgo téd hoc pórcod — piáclod émmolándod / bonás precés precór — uti síes uoléns propítius / mihí meis léiberéis — meáe domó famíliae / harúnce rérum érgo / macte hóc porcód piáclod — émmolándod éstod — VI. Ad Iouem Dapálem. Cato c. 132. Iúppitér Dapális / quod fíerí tibi opórtet / mea ín domó família / dapí uiní culígnam: eius réī ergó mácte / dapid hác illáce — póllucéndad éstod.

VI. u. 4. dapī locatiuo casu = 'in dape'; cf. luci mani uesperi die crastini aliaque.

IV.

CARMINA DEDICATIONIS.

1. CIL XII 4333. Dedicatio arae marmoreae Narbonensis.

a plebe Augusti numini facta $^{12}/_{13}$ *a. d. — a latere dextro haec uerba antiqua et sollemnia sunt extrema:*

— — — — — — — — — —

dóque dédicóque, uti síes uoléns propítium.

2. In lamina aenea. — *saec. V aut VI.*
CIL I. 188. VI 136. PLM Su. IIF.

*m. Aim*IVIO · M · F · C · AN*io c. f.*
*Prai*tóris pró po*plód* *Di*ṭí Dioué dedére.

---

1. propitium *scil.* numen. eandem formulam habent comprec. antiquae ap. Catonem de a. c. c. 141; 134; 139.

2. Stichometriam inscriptionis per cola saturnia discriptam retinui. deficientes litteras suppleuit Mommsenus *'Bull. Inst.'* 1846 p. 90; CIL I. 188.

In his antiqnis dedicationís formulis: lubéns meritó meréntе CIL X 7856; lubéns deó méreto CIL XIV 2587; donóm dedét méreto CIL VI 3692; donó dedít méreto CIL IX 5350 rhythmus, qui idem est omnibus, quaesitus sit an fortuitus, in medio relinquo iudiciumque sustineo.

3. **Titulus qui dicitur Dueni.** *saec. IV ex. aut V ineunte.*

IOVEISATDEIVOSQOIMEDMITATNEITEDENDOCOSMIS-
VIRCOSIED ASTEDNOISIOPETOITESIAIPAKARIVOIS.

Duenos méd fekḗd eu mā́nom.
e͝inŏm dṿéno^{m} ine^{m} méd maṇó stătód.

---

3. Vasculum figlinum, quod Romae in Quirinali a. 1879 exeunte aut ineunte 1880 inuentum est, ambit hic titulus sinistrorsum. quem primus edidit Dressel ann. i. arch. LII 158 sqq. transscripsi ex imaginibus lithographis quae sunt in Pauli stud. ital. I et I. I. I. ed. Zvetaieff. eodem modo atque ego uerba diuidit Zurettius *'riv. di fil.' XVII 63 sq.* postremae partis continua serie litterarum inscriptae ab iisque quae antecedunt interuallo separatae mensura scansioque hoc loco facta est. quae pars tituli sic inscripta est: DVENOSMEDFEKEDENMANOMEINOMDṾENOINEMEDMAṆOSTATOD. — du̯eno] *Pauli* titulo post addita obscuraque V littera: dze no---- *plerique.* — maṇo], N littera ambigua: malo *Pauli.* —

Priores duae partes sunt ualde ambiguae et interpretatione et scansione, ut earum scansionem supra in uerborum contextu signare noluerim; at haec extrema pars, quantum dispicio, et numero quodam conclusa est et hanc fere interpretationem admittit: 'Bonus me fecit in bonum; et bonum enim (= bonum quidem l. profecto) me bono sistito'. einom est copula, quae in carm. Saliari scripta est enum; paelign. I. I. I. 35. "seffi I ·NOM suois cnatois"; cf. Buecheleri lex. Ital. VIII a; einom pro ĭnom falsa scriptione — quod alii iam animaduerterunt — cum paenultimam tam corripere debeat quam ĕnim ĭnem. eadem negligentia inscripta inueniuntur SEINE IMPEIRATOR EIDEM neutr. sg.; de quo ind. gramm. Schneideri et Hauetus de Sat. p. 49. non igitur mirum quod eĭnŏm duéno sic est metiendum ut ultima uocis iambicae positionem non faciat. — ine(m) antiqua scriptione est enim confirmandi particula, ut 'id enim ferendum esse negat' et 'nihil enim' aliaque (cf. ed. C. Sal. p. 29). — fekēd ita ut fuēt in elog. L. Scipionis. — *stătod* = sistito (sic Buechelerus) paenultimam corripit, ut (Iuppiter) Stător, dictus quasi qui sistat fugam uel qui sistat rem. — duéno^{m}

4. **Tabula coquorum falisca.** *VI saeculo.*

A parte a.

Iouei Iúnoneí Minéruai
Falésce quei ín Sardínia súnt donúm dedérunt.
MAGISTREIS· ⅃· ⅃ATRIVS· K· F· C· SA⅃Ṿ*e*ṆA·
VO⅃TAI· F | COIRAVERONT·

A parte b.

Gonlégiúm quod ést acíptum aetátei agéd*ae,*
* ópiparum ád quolúndam ueítam di̯ésque féstos,
quei sṓueis a*st*útieís opídque Vólgáni
gondécorant sái*pĭ*sumé comuíuiā́ loidósque:
ququeí(s) húc dedérun̥*t* i̯npĕratóribus súmmeis
uteí seséd lubént*is* *b*ẹ́ne iouént optántis.

---

ine^{m} méd ita scanduntur ut "égo enim ea pérficiam ut me amore expediam" Lucilius ap. Non. 292. 28 = 36 *Luc. M* ('ea' *scripsi,* i. e. 'ea *uia* me expediam': an *libri);* cf. Pacuu. 204 *R.* et haec uerba "duenos med feked en manom einom dueno ine med mano statod" addita sunt boni ominis causa. similiter Cato de a. c. c. 141 agri lustrationem orditur his uerbis: "Cum diuis uolentibus quodque bene eueniat, mando tibi Mani uti illace suouetaurilia", et q. sq.

4. CIL. XI 3078. cum ea recognitione Bormanni contuli imag. lithogr. Deeckii l. de Fal. additam et Garucii Syll. 558 et 557, quem seq. Zvetai. I. I. M. 70 et I· l· I· 72. stichometriam inscriptionis retinui, nisi MAGISTREIS ad nomina quibuscum cohaeret deduxi. — *u. 1.* Iou̯ei et *u. 5.* sŏu̯eis correpta ultima; similiter Sors 3. 'permúltis prosum, ubei prófui'; ded. Mummii Reat. CIL. IX 4672. 1 'De decuma Victor tibei Lucius Mu*m*ius donum'. — cf. Plaut. Most. 243 'Edepól si summo Ióuĭ bou*es* argénto *eo* sacruficassem'. Men. 941 'At ego te sacrám coronam súrrupuisse Ióuĭ s*cio*'. — *u. 4.* ordo uerborum perturbatus est in lamina neglegentia, ut uid., fabrili sic: OPIPARUM· AD VEITAM QVO⅃VNDAM FESTOSQVE DIES. — *u. 5.* a*st*utieis] *Garucius,*

*arg*utieis *Borm.* — *u.* 6. saipĭsume, sic uenustĭsumá Plautus Poen. 1177 *Goetz Loewe,* cf. Osthoff de perf. p. 529 sq. et Seelmann de pronunt. p. 98 sq. — *u.* 7. QVQVEI tituli pronuntiandum adiecta s finali ququei(s), ne uerba aspere hient. cf. MAGISTREIS huius tab. et ueuei(s) C. Saliar. I. 4. et adn. ad sent. 81. 2. 1. quī(s), quei(s) et ad elog. 26. 4. — ímpratoribus pronuntiandum ut Plautus Bacch. 758 "Ó imprátorem probum"; nam oscum embratur paelignumque empratois, quippe quae ad latinae uocis discrimina ostendenda minus ualeant, proferre dubito. hi 'imperatores' sunt Iuppiter Iuno Minerua; quod animadu. Bormannus; cf. Liu. VI. 29. 8. Plaut. Amph. 1121. Rud. 9. — *u.* 8. lubent*is]* scripsi homoeoteleuti causa, lubent*es* *Buchelerus* ap. Zv. *u.* 7. *i*NPERATO· RIBVS *in lamina* quasi distincto incisionis loco.

5. **Dedicatio Sorana fratrum Vertuleiorum.**
saec. VII in.

M · P · VERTVLEIEIS · C · F
Quod ré suá d*if*eídens áspe*ra* áfleícta
paréns timéns heic uóuit, uóto hóc sọlúṭ*o*
deçumá factá poloúcta leíbereís lubétes
donú danúnt Hércŏlei máxsumé méreto, 5.
semól te oránt se ụóti crébro cóndémnes.

---

5. CIL X 5708. I 1175. PLM LIIA, ex qua tabula descripsi, collata utraque recognitione Mommseni.

Saturnii separantur in titulo non uersibus sed interuallis uerborum paulo plus distantium.

V. 2. aspera] *Za:* aspere *uulgo:* ASPER inscriptione est extremum uerbum uersus secundi, post quod quidquam umquam scriptum esse in eo uersu semel atque iterum negauit Mommsenus. — *u. 5.* MERETO fortasse disyllabum; cf. Hercole dono dat lubs MERTO inscr. Praen. perantiq. CIL. XIV 2892. item HERCOLEI scriptum: disyllabum; sic HERCLI CIL. V 5498 et VII 1114. ap. Plautum est ubi scribatur per trisyllabum, pronuntietur per disyllabum: (Most. 528 *codd.?);* Ep. 179 *Goetz* (Stich. 220?). scriptio ipsa disyllaba: 'haud Hercles' Men. 201 *cod. B* (aliter Fest. 302). ualde incertum in u. Enn. ap. Gell. XIII. 23 (22). 18 Herclem, sic codd., erdem *Vat.,* quod idem est; at Herem *Meursius,* quod omnes receperunt praeter Bergkium op. I. 288 sq. Zvet. I. I.11 CIL. IX 3414 in Vestinis "T. Vetio duno didet HERCLO" et Praen. 46 Schn. FERCLES. incerta est autem scansio Ritschelii op. IV 85 Buech. A. III 9 CIL. VI 329 "Herclés inuícte", quod in lapide 'HERCVLES i.'.

6. Dedicatio L. Aufidii. *saec. VII in.*

? ? ? ?
/////////// IDLIDO ////
/////////// EDIT· L· AVFIDI· D | /////// CVMA·
FACTA | ///// IMER· ITERVM
semol te órat: tú es *sanctús* deús,
quei tṓu*ăm sibéi* pácem pétit *eum* ádioúta

CIL IX 3569. Bazzani in ecclesia. "litteris antiquis minutis" *Mommsen.* quae suppleta sunt de sinistra parte lapidis perierunt. et quod superne quoque titulus est truncus, prior pars est incertior quam ut quidquam de ea re possim affirmare, sed uidentur omnia illa prima, quae metro constituere non conatus sum, a principio metro soluta esse. sinistrae parti quidquam deesse negat Garucius, aliquid deesse affirmant Giouenazzius, qui primus edidit, et Dresselius. qui post recognouit, iis assentiuntur Henzenus et Mommsenus, qui uere iudicare ex sententia perspiciuntur. quantum autem deesset nec quisquam dixit nec facile, credo, nisi ratione sententiae potest aestimari. 'tou*am sibei*, conieci, uel 'tou*am abs te*': 'tout*am a te*' Mommsenus, qui supplementa inuenit cetera.

Prima miserrime truncata temptare uix audeo; tamen quoniam in hac re nullus locus est nisi incertis coniecturis, ea sic fere restituere conor: *Quod uouerat D. Aufidi*(us) D. l., id *donum uoto soluto de*dit L. Aufidi(us) D. f. *Hercolei de*cuma facta *merentei* mer(eto) iterum. cf. CIL. X. 7856 'Cleon — Aescolapio — d. d. l. merito merente.'

7. **Dedicatio L. Mummii.** —
circiter a. u. c. DCIX — DCXX.

L· MVMMI· L· F· COS·
Duct(u) áuspicio ímperióque
éius Acháia cápt(a).
Corínto déléto
Romám rediéit triúmphans.
5. Obhásce rés bene géstas,
* quod uóuerát in béllo:

hánc áedem et sígnu
Hérculís Victóris
ímperátor dédicát.

---

7. CIL VI 331; I 541; PLM. LI A. — Tabula Romae reperta in monte Caelio a 1786; ea tabula lapidis tiburtini nunc est in museo uaticano. — Inscriptione extremi tres uersus ad metrum diuiduntur, reliqui non item. prior pars carminis constat sex quaternariis iambicis catalecticis. u. 2 suppressa prima thesi est procatalectus. u. 3 suppressa tertia dicatalectus. posterior autem pars carminis est hypermetrum trochaicum trimembre. u. 7 interiorem catalexin habet suppressa thesi prima.

V. 6. quod uouerat in bello] *Za:* QVOD IN BELLO VOVERAT *lapis.* nimirum ab antiquiore titulo et u. 5 et hic uersus sumptus est, sed mutatus inscite et neglegenter; in antiquiore titulo sine dubio fuit scriptum DVENE et DVELLO, sed id nihil ad metrum.

Ritschelius dum uerba tituli omnia metro saturnio concludere contendit, quod fecerunt ceteri, non multum ad id consequendum profecit eo quod op. IV. 84 u. 6, ut posterius hemistichium, uersui 5 adiunxit et tanquam lacunosum ita legendum esse coniecit: "quód *is* in béllo uórat," quo et *is* inepte redundans

inculcauit titulo presse grauiterque, ut par fuit, scripto, et nouendi uerbum contractione dixit insolita et in exeunte iambo submolesta.

Et ne eorum quidem audeo sequi auctoritatem qui *uu. 3* et *4.* in saturnium uersum cogunt sic: Corínto déletó Romám redieít triúmphans. quamquam enim in carmine fr. Arual. est satúr fú fere Márs, tamen septimo quidem urbis saeculo nemo iam ita fuit rusticus ut "déletó" antepaenultima et ultima percussis facere uellet exitum uersus uel hemistichii iambici. nam in alia causa sunt epigr. Naeu. 3. oblíti súnt Romáe / — et ded. 4. 6 gondécorant sáipisumé / —, quae hemistichia sunt anapaestica exituque eo qui anapaestico numero conueniat.

Illud uero paullo minus improbabile, si quis scandat sic: Corínto déléto Rómam rĕdĭt *(aut* rédĭĭt) triúmphans," quamquam REDIEIT est in lapide. sed Plaut. Men. 37 quod est in libris rediit (redit *B)*, si uidetur esse pronuntiandum rĕdĭt, id nullius est momenti, quippe quod sit in uersu uitioso atque corrupto. et pro eo q. est Terent. Phorm. 686 rediit *BCFP* et Hec. 347 rediit *BCDEFP* utroque loco legendum esse redit, idque praesenti esse tempore assentiendum esse uidetur Engelbrechtio sic disputanti Stud. Vindob. VI. 232. — sed tamen iit etsi ultima fuit illo tempore natura longa, sequente consonanti posuit pro pyrrhichio Plautus Bacch. 347 "Deos átque amicos íĭt salutatum ád forum".

Sed nihil ad eam rem agimus prosodiae asperitatem excusando, siquidem propter metricam rationem non licet tales scribere saturnios qui omni careant "caesura korschiana":

"Ductu áuspicio ímperióque éius Acháia cápta
Corínto déléto Rómam rédĭĭt triúmphans".

Nam — id quod demonstraui prolog. cap. IV § 8 — certa est lex sine ulla exceptione ne *utrumque* hemistichium uersus saturnii careat incisione media uel "caesura korschiana, nisi — quod raro fit — thesis suppressa est inter secundam et tertiam arsin in utroque hemistichio aut in posteriore, ut ded. 4. 5.

8. De tabula L. Aemilii Regilli. *a. u. c. DLXXV.*

duelló magnó diriméndo régibús subigéndis.

9. De tabula M' Acilii Glabrionis. *a. u. c. DLXXIII.*

fundít fugát prostérnit máximás legiónes.

---

8. Caesius Bassus p. 10 *K.* = GLK. VI 265. Liuius XL 52. 5, 6.

De tabula T. Quinctii dictatoris, quae facta est a. u. c. CCCLXXIV, Liuius VI 29. 8 haec memoriae prodidit: "T. Quintius — triumphans signum Praeneste deuectum Iouis imperatoris in Capitolium tulit. dedicatum est inter cellam Iouis ac Mineruae, tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum his ferme litteris fuit: Iuppiter atque diui omnes hoc dederunt ut T. Quinctius dictator oppida nouem caperet". Et Festus p. 550 *Th. de P.* = 363 *M.* "Trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Ioui donum scripsit T. Quinctius dict*ator* (*Momms:* dict. . *Ursin.)* cum per nouem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset." — ex his ambobus locis Liuii et Festi restitui possunt tales fere saturnii:

* Iúppitér deiueíque ómnes hóc dedérunt
* T(itus) Quínctiús dictátor *uíctor uí* utei cáperet
* per diés nouém nouem úrbes ét decmám Praenéste.
* *ob hásce rés bene gestas* áureám corónam
* triéntem tértiúm pondó Diouí dat dónum.

Et quoniam ex hoc ipso exemplo satis apparet uano conamine nos ludere si antiquos numeros eorum carminum studemus reuocare quorum non tam uerba quam sententiam, nec eam semper integram ueteres auctores nobis tradiderunt, intemptatas relinquo tabb. L. Aemilii a. DLXXV et Ti. Sempronii a. DLXXX, de quibus Liuius XL 52. 4 et XLI 28. 8.

9. Caesius Bassus l. q. d. cf. Liuius XL 34. 5, 6.

Praeter hos duo uersus afferuntur a grammaticis tamquam triumphales:

magnúm numerúm triúmphat hóstibús deuíctis
Pseudo-Censorinus c. 14. 97 *Iahn* = GLK. VI 265.; et
summás opés qui régum régiás refrégit.
Atilius Fortunatianus 293. *K.*

utrumque exemplum suspicor esse a Caesio aut aliquo grammatico fictum.

V.

ELOGIA MORTVORVM.

1. Elogium A. Atilii Calatini. — *cos. a. CCCCXCVI et D.*

Oinó complóirumáe conséntiónt géntes
populí primáriúm fúisé uirúm.

---

1. Cicero de fin. II § 116 "non elogia monimentorum id significant? uelut hoc ad portam: uno cum plurimae *(sic codd.)* — — uirum". — unum complurimae] ***Hauetus;*** hunc unum *Maduicus,* unum hunc *Or. Baiterus;* u. adn. crit. Maduici et C F G Muelleri p. XX ad 167. 6. — Cicero Cat. mai. § 61 "quanta (auctoritas) in *A.* Atilio Calatino! in quem illud elogium: unicum *(sic codd.)* plurimae — — uirum. notum est totum carmen — —." u. adn. crit. Muelleri p. XVIII ad 153. 17 et Hermae vol. XX 338. —

Tanquam deficientia haec suppleuit Ritschelius: "pop. prim. f. uirum *dictator* || *consol censor aidilis quei fuit apud uos.*" at luculente demonstrauit Hauetus de Sat. p. 222 sq. distichon quoddam esse hos uersus. atque hunc uersum populi primarium fuise uirum Calatini elogii et L. Scipionis duonoro optumo fuise uiro tralaticios et de uetustiore elogio sumptos esse elucet ex eo quod 'fúisé' ultimam producit. neque enim satis est ueri simile quod G Wagner m. rh. XXII 118 sqq. opinatur infinitiuos actiui nondum eo tempore ultimam corripuisse.

2. Elogium L. Cornelii Cn. f. Scipionis Barbati.

cos. a. CCCCLVI, cens. CCCCLXIV. scr. saec. VI.

Cornéliús Lúcius Scípió Barbátus
Gnaiuód patrẽ prognátus, fórtis uír sapiénsque,
quoius fórma uírtútei párisumá fúit.
consól censór aidílis quéi fuít apúd uos.
Taurásiá Cisáuna Sámnió cépit,
súbigit ómne Lóucanam ópsidésque abdóucit.

---

2. CIL VI 1285. I 30. PLM XXXVII B. rep. a. 1780 in sepulcro Scipionum prope u. Appiam extra p. Capenam, nunc in mus. uatic. elogium iu antica incisum sarcophagi, cuius in margine superiore rubro colore pictus est hic titulus antiquior: . . . O CN· F· SCIPIO. saturnii separantur in titulo non uersibus sed lineolis (—) uel nota I transuersa quam dicit Varro ap. Rufinum VI p. 555. 12 *K*. — ante hunc titulum alter erasus unius uersus et tertiae fere partis.

V. 1. u. ad. elog. 3. 3. — *u. 3.* quoius monosyllabum, ut eius ded. Mumm. 2 = ded. 7. 2. — parĭsuma. u. adn. ad ded. 4. 6 et cf. Buecheler ann. phil. 1863 p. 336. — *u. 6.* caret diaeresi, eam ob rem sine hiatu decurrit, illaque Loucanam opsidesque synaloepha coeunt.

Saturnii trium primorum elogiorum Scipionum sunt omnium, quicunque exstant, pessimi atque asperrimi.

3. Elogium L. Cornelii L. f. Scipionis.

cos. a. CCCCXCV, cens. CCCCXCVI. scr. saec. VI in.

Honc óino plóirumé coséntiónt R*ománe*
duonóro óptumó fū́isé uiṛó,
Lúciom Scípióne. fíliós Barbáti.
çọnsól censór aidílis híc fuḗt a*púd uos.*
ḥẹc cépit Córsicá Alériaque úrbe *ármis,*
ḍẹdet Témpestátebus áide méreto*d éx uóto.*

---

3. CIL VI 1287. I 32. PLM xxxviii E. tab. ex lap. Albano rep. a. 1614, nunc in aditu bibl. Barberin. a latere dextro quaedam desunt exitibus uersuum 1. 4. 5. 6.; quod de uu. 5 et 6 in contrariam sententiam disputat L. Mueller de sat. p. 102, id non possum ei assentiri. at secundi uersus nihil in ipso quidem lapide umquam fuisse praeter ea quae exstant satis elucet ex eo quod multum uacui spatii ad exitum huius uersus est relictum. certe in eadem causa est, quod ad scansiouem attinet, qua elog. 1. 2., ad quem uersum quae sunt annotata eadem de hoc ualent. — Stichometriam inscriptionis retinui.

Hoc filii elogium insod secundum patris — is ordo est in CIL — quamquam hoc filii elogium antiqnius esse patris elogio, et patris elogium medio fere VI saeculo in locum autiquioris et erasi successisse ex discriminibus quibusdam scripturae iamdiu per spicitur.

Ad hunc eundem L. Scipionem filium Barbati pertinet *l.* CORNELIO· L· F· SCIPIO· *a*IDILES· COSOL· CESOR in sarcophagi fragmento rubro colore pictum.

V. 1. *Romani* Viscontius, *Romane* Buecchelerus, *Bomae* Sirmondus. — *u. 2.* uiro *uiroro* Ritschelius; cf. ea quae supra dicta s. et adn. ad el. I. 2. — *u. 5. armis* addidi; alii alia: *recepit, pugnandod, clasid.* — *u. 4: um* suppleu. Viscontius et Ritschelius. — *u. 6.* addidi *"éx uóto"*, ut in tit. Ariminensi CIL XI 361 "Saluti EXVOTO Q. Plautius Iustus aedil. — — AEDEM· S· A· DED — —". — "dedét Témpestátebus áide méreto*d uótam" Ritschelius Buechelerus* (coll. Ou. Fast. VI 193). — dedĕt uox iambica pro pyrrhichio. licet, si uelis, pronuntiare per quadrisyllabum tempestatbus ut SENATORBVS s. c. de bac. — *u. 3.* Luci̯om Scip., u. excurs. I. § 5 et exc. II § 6.

4. Elogium P. Cornelii P. f. Scipionis.

s. VI ex. aut VII in.

Quei apice insigné diális *flá*minís gesístei;
Mors pérfec*ít* tua ut éssent ómniá bréuia,
honos fáma uírtúsque glória átque ingénium.
quibus seí in longá licu*í*set tibe útiér uíta
facúl facteís superáses glóriám maiórum
qua ré lubéns te ingrémiu, Scípio, récip*i*t Térra,
Públi, prógnátum Públió, Cornéli.

---

4. CIL VI 1288. I 33. PLM XXXIX F. antica sarcophagi ex lap. albano rep. a. 1780, nunc in mus. uatic. — Stichometria huius tituli est quaedam non uersibus, sed exiguis interstitiis saturniorum. sed caue nimis ei rei tribuas, in hoc praesertim titulo a fabro non callidissimo inaequaliter inciso. neque enim ea discrimina interstitiorum certi sunt aut distincti spatii. ergo *u. 6*, cum et allitteratio hemistichia iungens (**re** . . **te** — **re**cipit **te**rra) et sententia et metri cum prosodia congruens ratio — neque enim terra illa aetate ultimam produxit — id postularent, TERRA subiectum, quamquam paullo minore interstitio a PVBLI quam a RECIP*i*T distat, ab utroque distinctum puncto, tamen cum RECIP*i*T praedicato in unum uersum coniungere non dubitaui, ut PVBLI facerem uerbum uersus postremi primum. — *V. 1* minoribus litteris ab alia manu scriptum post additum esse iure suspicatur Buechelerus ann. phil. 1863. 329. — apice(m) insigne(m). — *u. 3.* honos in anacrusi pro pyrrhichio. sic fuisse "in Pagone" scribit Varro l. l. VII § 61 'Honŏs sýncerasto périit pernis glándio', quod, opinor ridicule dictum est simili sententia atque serio Horatius C. II. 11. 9. 'Non semper idem floribus est honor uernis'. — *u. 4.* tibe in elisione ad metrum h. l. non numeratur, quod demonstrauit Buechelerus de declin. § 292 *ed. W.* praeter locos a B. relatos Plautus Cist. I 1. 112 "áccipe has clauís si quid tibi opúst erit promptu prómito"; Bacch. 491; 856; Amph. 1131 *codd.*; 718 *codd.* iisque locis, quos affert Leo Herm. XVIII 584 sq. — *u. 5.* facul] *scripsi:* FACILE *lapis;* necesse est h. l. pronuntiare per disyllabum ne prosodia uioletur. neque enim adsentior Buechelero umquam licitum esse in uoce trium breuium, cuius quidem paenultima non acueretur, eadem licentia feriendi paenultimam uti qua in uoce primi pedis dactylica. uerius de hac re

5. Elogium L. Cornelii Cn. f. Cn. n. Scipionis.

saec. VI ex. aut VII in.

L· CORNELIVS· CN· F· CN· N· SCIPIO·
Magná sapiéntiá multásque uírtútes
netáte quóm párua pósidét hoc sáxsum.
quói[ei] uíta défécit, nón honós honóre,
is híc sitús; quei númquam uíctus ést uirtútei
annós gnatús uigínti ís *loc*eís *man*dátus:
né quairátis honóre queí minus sít mand*átus*.

Ritschelius proleg. in Trin. [1] CCXXV. quod autem ad discrepantiam scripturae et pronuntiationis attinet, item hoc Varronis ap. Non. 111. 31 "quod utrúm sit magnum an páruum facile an difficul" paritatis in antitheto conseruandae causa ita pronuntiandum est ut legit Aldus: " · facul an difficul"; et quod libris traditum est inter bacchiacos uersus Plaut. Men. 746 *Va* 755 *S* "Sed id quam facile sit mihi haud sum fálsus", id sic legendum est: "Sed íd quam facúl mi siét haud sum fálsus". — *u. 6.* Scipio (= Scipjo) synizesi disyllabum, ut Porcius Licinus ap. Sueton. in u. Ter. p. 28. 3 *Reiff.* "nil Públio ‖ Scípjo prófuít nil illi Laelius, nil Furius". quae uerba minus diligenter relata sunt altero loco a Suetonio p. 33. 6 *Reiff.*

5. CIL VI 1289. I 34. PLM XLI K*a* et *b*. in tab. ex lap. albano sarcophago apta, ante a. 1781 in sep. Scipionum rep., nunc in mus. uatic. titulus scriptus est litteris imparibus. quae litterae de extremis duobus uersibus perierunt, eas habet praeter alios, testibus Mommseno et Henzeno, I. B. Viscontius. uerba in lapide diuisa sunt uersibus non ad stichometriam numeri saturnii sed ad spatium et speciem inscriptionis. — *u. 3.* QVOIEI *lapidis* pronuntiandum quŏi uel quŏ̯i: nam QVOIEI = QVOE = QVOEI (quae de titulis adscr. Wagner, Neue [3] II 484.). scriptura VII:ti saec. saepicule iei pro ī uel ei ponebatur, ut mieis = mīs el. Cn. Scip. CIL VI 1293 "uirtutes generis MIEIS moribus accumulaui"; eiei = ēī aut ĕi i. ĕi̯i; cf. ĕei Plaut. Mil. prol. 11 *Buecheler,* et Georges *Lex. d. Wortform*'. s. u. 'is'; IEIS CIL. I. 206 septies = EIS ibidem toties. item haec non uocis aut pronuntiationis sed scripturae discrimina putanda: VITVRIS CIL. I. 199. 35 = VITVRIES ibid. 43. — sed quemadmodum ternae illae erant datiui formae rēī, rĕī r͡ei et ēī, ĕī e͡i (Wagner, Neue [3] II p. 378 sq.), sic relatiuum in eodem casu praeter frequentissimam formam monosylla-

6. Elogium matronae sacerdotis Paelignum.

V. 1. non iam legi potest . . . . . .
u. 2. ụsúr pristáfălacĭríx prismú petiéđu ip víđad (?)
.ibđu ómnitu Úránias écuc émprátois
ẹlísuíst. Cerfúm sacarácĭrix sémunú sva,
ạetátu fírăta fértlid, práicim e Pérséponas
áfđed. éite vús pritrom é pacrís puus écic
léxe lífăr. didá vus déti hanústu Heréntas.

---

bam quoi, a priscis duobus modis appellabatur uoce disyllaba. altera fuit paenultima producta. ut Amph. 861 *Goetz et Loewe* "ego sum ille Amphitruo quṓi̯i est seruos Sósia"; et Cas. II 3. 40 uidetur esse legendus sic: "quṓi̯i homoni hodié peculi númmus non est plúmbeus," cum "quoi homini" in libris sit. altera correpta, ut Aul. 396 (388) *Ussing.* "*si* quŏi ĭn re tali iám subuenisti ántidhac"; Asin. 94 "tene égo defraudem, quŏ́i ĭpsi nihil est in manu"; cf. ĕī Bacch. 45, 265 aliisque locis. ut autem quŏi uox iambica, pronominalis praesertim, numeretur pro pyrrhichio in primo uersu iambico id sane non praeter consuetudinem h. l. fit. itaque interdum cŭĭ etiam posteriores (Wagner l. c.). — praeterea cf. Iŏuei ded. 4. 1: sŏu̯eis ded. 4. 5. — *u. 5.* loceis] *Mommsenus,* Ḷ//EIS *lapis;* "cum iis quae supersunt conuenit unum supplementum a Mommseno propositum" *Henzenus.* diueis *Buechelerus,* Diteist *Ritsch.,* leto est *Lachmannus.*

6. Corfinii. Zvet. I. I. M. tab. III. 1.; I. I. I. 13; Pauli stud. ital. V. tab. 1.; Dressel *'bull. ist. rom.'* 1877. 184., qui primus ed. — Buecheler m. rh. XXXIII 271 sqq.; Bugge stud. ital. p. 61 sqq; Bréal *'rev. arch.'* XXIV 413; Huschke de tab. plumb. osca p. 76 sqq.; Deecke m. rh. XLI 199; Idem I. I. I. p. 177; Pauli stud. ital. V p. 3 sqq.; Thurneysen m. rh. XLIII 347 sqq. —

Titulus litteratura latina scriptus est nitidissime, sed laesus, quod omnes consentiunt, superiore et laeua parte. dextrà parte integrum esse omnes consentiunt. nisi Pauli ab ea quoque parte eum laesum esse contendit. etiam de laeua parte multum dissentit Pauli a ceteris, quod ille multa deesse, hi extremas litteras laesas esse existimant. utrum sit ueri similius ex nulla re nisi sententia potest aestimari; mihi quidem sententia ea uidetur esse ut nihil fere praeter singulas litteras laeua parte desideretur.

uerba distinguuntur punctis triangulis praeter PRITROMEPACRIS PVVS et FERTLID PRAICIME. *u. 2.* viđadụ *Paulius:* viđad *cett., u. 3.* ịibđu *Paulius:* ṿibđu *cett.; u. 4.* ạlisuist *Paulius* ita ut concedat etiam ẹlisuist legi posse; *Idem* suad. quam coniecturam ipse dicit esse incertam.

Stichometriam tituli secutus sum, nam singuli saturnii aequaliter uersus efficiunt. saturnio metro hic titulus, sed paullo aliter, scanditur etiam a Buechelero et a Buggio.

V. 1. ex parte fortasse sic potest suppleri . . . incubát écuf. — *u. 2.* ip quid significet nescio, nisi hoc unum scio ip non posse esse idem quod latinum ibi, hoc enim inter paelignos oportuit esse *ife uel *ifi. fortasse ip sit idem quod ἐπί, ut *(incubat ecuf)* ip viđad latine sit: sita est hic ad uiam. — *u. 2.* ēcuc *et 6.* ēcic paenultimam producunt. ē- et ĕ-, ē-c- et ĕ-c- dicebantur quantitate ambigua: lat. ē-quidem et ĕquidem; (*ē-ce) ecce et (*ĕ-ce) ĕcce — quod sic falso scribitur pro ĕce, — (*ē-co-m) eccum et (*ĕ-co-m) ĕccum, (*ē-quis) ecquis et (*ĕ-quis) ĕcquis. Plautus Bacch. 582 "heus écquis hic est, ĕcquis hoc aperit ostium", itidem Rud. 413. *ē-ne ēn Ribbeck de particulis p. 34 et Koehler W. Arch. VI. 25. osc. ειντειμ: lat. ĕnim. osc. εχο I. O. Zv. 144 utrum producat paenultimam an corripiat nescio, quod ε etiam longam uocalem significat; uelut osc. ποτερεμ I. O. Zv. 145 est id quod graece ποτῆρα,

V. 3. si modo recte uulgo legunt uibđu, iure refert Bugge l. c. p. 67 in uocabulis rad. vib-. sed ut assentior Deeckio uibđu uideri significare 'redimitam', ita hoc adiectiuum *uibịa uibđu non ad uiuae, sed ad mortuae praedicationem pertinere arbitror attributumque esse Pettiae (uel Pettiediae). conferri potest hoc Festi p. 548 *Th. de P.*, 360 *M* "Taenias graecam uocem sic interpretatur Verrius ut dicat ornmentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno "sepulcrum plenum taeniarum ita ut *ad*solet" (solet *cod.).* quamobrem si idcirco uibđu Pettia dicitur hoc uersu ut taeniis redimitum esse honoris causa caput mortuae declararetur, apte cohaeret id uerbum cum proximo omnitu quod sic interpretor: 'unguentis condita', ducem secutus Osthoffium; is enim iure, credo, contulit umbr. umen abl. umne, 'unguentum', umtu 'unguito'. —

V. 5. de fĭrăta disputanti Paulio l. c. p. 113 quod ad paenultimam attinet adsentior. — *u. 1.* pristafalacĭrix metro pentasyllabum est et *u. 4.* sacaracĭrix quadrisyllabum, ut uocalis I per ἀνάπτυξιν nata delitescat quodammodo. itemque *u. 5.* Persepŏnas uidetur obscurata per syncopam uocali pronuntiandum, ut Prosepnai in speculo Cosano (sic enim, non, quod

uulgo, "Prosepnais", legendum affirmat Cholodniak m. rh. XLII 487) et Proserpna Naeu. 16. —

V. 6. ||afđed, 'abiit' *Thurneysen.* sed quod exitus sententiae est initium uersus, ea non debuit Thurneyseno l. c. p. 349 iusta causa uideri cur metrum ullum esse huic elogio negaret, si quidem et Lucilius in hexametris et post eum deinceps satirarum scriptores sententiam per proximi uersus initium pertinens ita nonnumquam finiebant ut post primum pedem incideretur. Lucilius 403 *Lachm.* "Ad regem legatus Rhodum Ecbatanam ac Babylonem / Ibo; cercurum sumam" —; Idem 431 *L.* Horatius S. I. 4. 113, 114; 6. 117, 118; II. 7. 34, 35; ep. I. 6. 42, 43; 12. 23; 18. 52. Persius I. 36, 37, Iuuenalis II. 159. quam igitur licentiam admiserunt poetae quos dixi, eam nulla est causa quominus agnoscamus in hoc genere titulorum tam horrido tamque incomposito.

V. 6. incertum utrum vŭs, an vūs; cf. sanscr. vas acc. pl. idemque dat. pl., a Paelignis et ipsis idem datiuo casu dictum esse exemplo est *u. 7.* dida vus. nec latini modo uōs, sed a correpta stirpe uŏs-ter; cf. Foerster m. rh. XXXIII 291 et Groeber Woeffl. Archiv. VI 148. — *u. 5.* praicime, *u. 6.* pritrome, cum sint coniuncta ex praicim-en, pritrom-en, ecthlipsin interiorem pati debent ita, ut latinum tametsi in uersu est disyllabum, circumago trisyllabum, domumitionem fit domitionem, quod scripsit Luc. Mueller Non. 96. 2 pro tradito libris plerisque domutionem.

De interpretatione cum alia quaedam tum haec duo Thurneyseno adsentior: unum, hoc esse elogium mortuae, alterum, đ esse ex j consonanti natum. itaque *Petieja Petieđu, *afi̯eđ afđed; quae quidem I consonantis uox cum sibilo prolata per I litteram scribitur in aliis paelignorum titulis. similiter uox I consonantis sibilo dentali mixta significari uidetur δ graeco in titulo Mamertino I. I. I. Zv. 253. 2 Νιυμασδιηις, quod est idem quod Niumsieís I. I. I. Zv. 137 et a recto *Ni*umsis, q. ibid. est. haec igitur fere uidetur esse sententia: [*(u. 1)* . . . hic sita est?] *u. 2* ad uiam(?) matrona *(Bugge)* antistita *(Bugge)* Pettia Prima. — *u. 3 et 4* ēcuc empratois Uranias, uibđu omnitu, elisuist, i. e. huc iussu Uraeiae, redimita taeniis, corpore unguentis condīto, sollemni funere fletuque deducta est. — *u. 4 et 5* Cerorum *(Bugge* i. e. geniorum) sacerdos Semonumque *(Buecheler)* [extrema salute] salutata, sacris opimis [honorata] in regnum *(Thurneysen)* Proserpinae abiit *(Thurn.). u. 6 el 7* Ite uos protinus *(Bugge)* cum pace, qui hic legistis

scriptum *(uel* titulum *Thurneysen coll. CIL. I. 1306).* det uobis diuitias *(Thurn.)* uenerata Venus".

V. 4. elisuist uidetur cognatum esse latino lessui: legg. XII tabb. ap. Cic. de leg. II § 59 "Mulieres genas ne radunto neue lessum funeris ergo habento" — et significanter dici, quasi cum lessu (i. e. lamentatione sollemni) deducta *(scil.* in rogum). *u. 5.* ăĕtatu natum, credo, ex *a(h)etata ab stirpe áh-, cuius barytona species est ag-; cf. lat. á(h)io: adagium. a(h)etaum frequentatiuum paelignum: lat. frequentatiuum *endagetare, indigitare = osc ma(h)is: lat magis; aetatu igitur proprie est 'nominata', i. e. appellata, *scil.* salute suprema; cf. Verg. Aen. III 67 "animamque sepulcro condimus et magna supremum uoce ciemus". — *u. 5.* fĭrăta abl. sg. a recto *firtu subst. fem. gen., per ἀνάπτυξιν h. l. trisyllabum dictumque a ferendo. lat. fertum speciatim dicitur sacrum quod obmoueatur, paeligne *fir(u)tu abl. fir(a)ta(d) fortasse generatim sacrum. — *u. 7.* lexe a *légĭste *légste = 'legistis' *(Thurneysen).* — lĭfăr d., uox positione iambica, est pro pyrrhichio, peruulgatum. — hanustu quasi 'honesta', i. e. 'honorata' (sacris et uotis), fere idem significat quod uenerata Hor. S. II 2. 124 sqq. "Post hoc ludus erat culpa potare magistra Ac uenerata Ceres ita culmo surgeret alto, Explicuit uino contractae seria frontis". hanustu: honorata = confoedusti Paul. ex Fest. p. 28 *Th.*: confoederati = onustus: oneratus.

Ergo uu. 3—6 publici funeris honor memoriae ac posteritati consecratur, quod idem nonnumquam factum est titulis sepulcralibus latinis. Ut CIL XIV 321 et haud pauca exempla ap. Wilmannsium II p. 689 sq. maxime uero cum uu. 3—6 huius tituli tum illud elisuist illustratur uetusto elogio picentino Turpidii CIL I 1422 "Paréntibus praesídium amiceis gaúdium Pollícita pueri uírtus indigne óccidit. Quoius fátum acerbum pópulus indigné tulit Magnóque fletu funus prosecutus est".

7. Elogium M. Caecilii. *saec. VII.*

Hoc ést factúm monuméntum Máarco Cáicílio.
hospés, gratúm est quom apúd meas réstitístei séedes.
bene rém gerás et uáleas, dórmiás sine qúra.

8. CIL X 4255. I 1241.

P· OCTAVI· A· L· PHILOM //
OSSA· HEIC· SITA· SVNT
Deis ínferúm paréntum sácrum. ní uioláto.

---

7. CIL VI 13696. I 1006. PLM LXIX D. — "lapis Tiburtinus litteris antiquis in uia Appia" *Henz. Momms.* uersus lapidis sunt hemistichia saturnia praeter uu. 3 et 4 lapidis spatii causa sic diuisos HOSPES — APVD | MEAS — SEEDES.

8. PLM LXXVI H. in mus. Neapol. litteris uetustis. addita sunt extrema haec: in agro pedes· XV· in· uia pedes XV· Philargurus l· et· socius". — Stichometria in lapide cola saturnia uersibus distinguit. — sā́crum paenultimam positione producit. sacr- augustea aetate produci saepissime, raro corripi, et huius stirpis uoces esse inter prima quae positione producta sint demonstrauit Conrad de positione *pp. 7 et 10.* Iam Ennius A. 277 *V,* 233 *M* Poeni suos soliti dis sācrificare puellos". Lucilius ap. Fest. *ex apogr. l. XX p. 574. 22 Thewr.* "Nemo hic uindicias neque sācra . . . . . †en ueretur," cuius hexametri restitutio incerta est; 'neque sācra omenue u.' *Luc. Mueller inc. 112).* Sed cum ex eo quod talis positio ap. Lucilium perrara est satis appareat perdiu fuisse cum ea per positionem productio ab Ennio timide temptata nec in uulgus nota nec accepta erat, ob hanc rem et propterea quod aspirata est in hoc titulo P littera, eum existimo non esse medio septimo saeculo antiquiorem.

Qui uero in hac editione nunc deinceps hunc sequuntur tituli latini elogiorum, ii omnes scripti sunt aut octauo saeculo aut posteriore parte septimi, atque unus alterue eorum post octauum saeculum scriptus carmen ex uetustiore monumento exscriptum continet.

9. CIL I 582.

uu. 1 et 2. continentur nomina Sergii cuiasdam.
u. 3. / *s*ERGIVS· C· F· VEL
uu. 4 et 5. quom Q(uínto) Cáepióne próelió est occísus,
uu. 6 et 7. sequuntur duorum nomina Sergiorum.

10. CIL VI 16608. I 1050.

uu. 1—4. nomina aliquot uiuorum.
uu. 5 et 6. Ób fidélitáte et óficeís monuméntum.
u. 7. (lapis h. l. fractus) uix.

11. CIL IX 3193. *primum nomina aliquot, deinde haec:*

C· CAVIVS· C· L IDONIVS· CVM· SVI*s*
qui cáliculis laná pelliculis útam tolerauít suam.
*T*u quí legís ualé et cúm uolés *ue*níto.

---

9. Prope Romam repertus tit. et scriptus — quod animadu. Garucius Syll. 979 — a. fere u. c. DCLXIV, quo anno Q Seruilius Caepio occisus est a Pompaedio Marsorum duce. App. b. ciu. I. 44. — stichometria in lapide membra saturnia uersibus distinguit.

10. Romae. — Metri causa duriore constructione usus est qui hunc titulum composuit quod non OFICIA pariter posuit atque FIDELITATE(m), sed OFICEIS in datiuum casum declinatum. eleganti alliteratione prima hemistichiorum uerba coniunguntur. membra saturnia stichometria inscriptionis distincta sunt. et exitus prioris hemistichii; ut Hor. C. I 9. 13 "Quid sit futurum cras fuge qaerere, et || Quem fors dierum cumque dabit lucro Appone" aliisq. loc., Christ. Metr. [2] p. 135. Plautus Asin. 649 "auscultate atque operam date et | mea dicta deuorate". Idem uu. 571; 681; 688; 576 all. q. locc.

11. Corfinii. — Octonarium excipit saturnius. cf. *'Woelffl. Archiv'* VI 528.

12. CIL X 4352. STABERIAE·
P· L· FLORAE· OSSA· HEIC· SITA· SVNT
Rogó te mí uiátor nóli mí nocére.

13. CIL VI 9583. [I. 1059]. uu. 1—5 continentur nomina C. Hostii Pamphili medici, qui monumentum sibi fecerat, et eorum quibus fecerat.

uu. 6 et 7:

Haec ést domus áeterna, híc est fúndus, heís
sunt hórti,
u. 8. hoc ést monuméntum nóstrum.

14. CIL VI 23137. I 1071.

C· NVMITORIVS ASCLEPIADES
MVMMIA L· L ZOSIMA
Heis súnt duo cóncórdes
famáque bona éxsitúque
honésto félíces,

---

12. Capuae. Saturnius bis scriptus est.

13. Romae. descr. Bormannus. uerba in lapide sic diuisa sunt: HAEC — EST | FVNDVS — HOC | EST — NOSTRVM. MEVM pro NOSTRVM CIL I 1059 falso, correxit Borm. — hīc nom. sg. producitur; sic iam ap. Lucilium semper (quod obseruauit Luchs comm. pros. Erlang. I p. 9. 1); nec ueri simile est hunc titulum esse Lucilii carminibus antiquiorem. quamquam iam ap. Ennium hīc n. sg. inueniri Luchs ostendit l. c. et Plautum dixisse hīcine (et hĭcĭne et hĭcĭne ést) Schrader de part. — ne p. 18 et 38. Hunc aut similem titulum hendecasyllabis imitatus est scriptor huius tituli urbani CIL VI 9752 "M· IVNIO· M· F· PAL· RVFO | SOTERICHVS· PAEDAGOG· FECIT. Háe sunt paruae tuae meaeque sedes | háec certa est domus, haec colenda nobis | haéc est quem mihi suscitaui uiuus" *(sic)*.

14. Romae. — Postrema in titulo sic scripta sunt: EXSITVQ· HONES· FELIXS· — Titulum descripsit Henzenus, con-

15. CIL VI 16606. I 1049.

P. CRITONIVS· P· F· POLIO
Matér mea míhi monuméntum
maeréns coeráuit. quáe me
desíderát ueheménter.
me heíce situm ínmatúre!
VALE· SALVE

---

tulit Bormannus. — "in fragmento", inquiunt, "parui sarcophagi marmorei litteris aeui recentioris; hinc illinc reliquiae figurarum pessimi operis". Mommsenus haec addit: "uetustatis est, ni fallor, affectatae; unde etiam explicandum quod scriptor duas antiquorum carminum lacinias 'heis sunt duo concordes' et 'fama bona exituq(ue) hones(to) felixs' protulit male consutas". — uere, credo, Mommsenus dicit hos uersus esse de antiquo carmine sumptos, sed uno quidem, nam ita cohaerent ut consuti esse non uideantur. quod utut est, certe tanto stupore animi esse non potuit is qui hunc titulum concinnauit ut FELIXS· singulariter dici uellet duos, praesertim cum proximo uersu eosdem dixisset pluraliter CONCORDES. qua re ut HONES· pro honesto EXSITVQ· pro exsituque item FELIXS· est compendium fabri rudis orthographiae et in scriptione titubantis. FELIXS· scriptum est quasi FELICS pro FELICES, ut LVBS nonnumquam pro LVBE(n)S. — Ultima quidem possis in saturnium uersum redigere sic:

famá boná felíces éxsitúque honésto;

sed nihil attinet, neque enim exploratum est uoluisse eum qui primus haec uerba metro composuit esse saturnium.

15. Ad Romam. "lapis tiburtinus litteris uetustioribus", teste Bormanno, qui descripsit. uerba in lapide non ad metrum, sed ad spatium diuisa sunt. *u. 1.* MIH*i* lapis, quod caue contrahas. quamquam quod de hac re praecipit Ritschelius id non omni carere exceptione Bergkio adsentior. sed CIL I 1297. 12 "NIHIL tímeo nec confido, moriendúm scio" etsi licet uel sic 'nĭhĭl tímeo' uel sic 'nīl tímeo', tamen hoc malim. cf. ad elog. 5. 3. — *u. 2. maerens* suppleui incerta coniectura. sic uetustus senarius tituli Cremonensis CIL V 4113 "mater monumentum fecit maerens filio". — *u. 4.* IN MATVRE *lapis* in duo

16. CIL IX 1733.

Leibér ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏓
patróno béne me*rénti*
dedúcta sum Á*emília,*
in quá domó ni*l dólui.*

Patrónus hóc m*onuméntum*
leibértae Aemíliae *fécit*
quod uíserént m*eántes*
et ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏓.

---

uerba diuisum. VALE SALVE extra rhythmum; cuius generis exempla sunt ap. Ritschelium Op. IV. 85 sq. itemque in titulo Hispaniensi ex laciniis dactylicis misera diligentia consuto CIL. II 1821 AVE HERENNIA CROCINE CARA SVEIS. / Inclusa hóc tumuló / Crōcine *(sic!)* cára sueís. "Víxi ego et ante aliae uixere puellae. Iám satis est lector discedens, "Crōcine", dicat (d. C. *lapis),* "Sít tibi térra leuís". / VALETE SVPERI. item CIL IV 1852 ITAQ VALE extra rhythmum.

V. 3. maeréns coeráuit quáe me in duo monosyllaba desinit, quod in hexametris usurparunt poetae nonnumquam. cf. Verres de Silio p. 60. sic Ennius A. 363 *V* = 246 *M.* "Non semper uostra euortit: nunc Iuppiter hac stat". CIL I 1452 "Postquam ceciderunt sei s*unt mala* consulis tun me". CIL VI 555. 5 *in tab. dedic.* "Hinc oritur pergitque fluens deinde occidit in se". sunt etiam non pauci uersus scenicorum tali exitu. et in hendecasyllabi exitu Martialis XII 18, 22 "Venator sequitur sed ille quem tu / Secreta cupias habere silua" et quae sunt eius generis relata a Friedlaendero praef. p. 29 sq.

16. Beneuenti. — suppleui ea quae dextra parte fracta perierunt. quae superne et inferne, ea minus possunt suppleri. tametsi uersuum 4 et 7 minus certa est restitutio quam ceterorum, tamen ibi quoque quantum desit satis perspicitur. ad quaedam Garucius Syll. 1623 dux mihi fuit. cum u. 4 cf. CIL VI 9141 "coniugi sanctissimae et carissimae; de qua doluit nil il nisi mors eius", similiter CIL. VI 9438 et V 4113.

Quae est in lapide uersuum discriptio, eam supra reddidi.

17. CIL IX 3125. Q· VIBIVS· L· F· Q· N·
Víbia máter sálue.

18. CIL VI 18938. *A*emília Príma sálue.
"ét tu: *qu*áequae díces
ómnia éu*eniánt* tibeí".

19. CIL XII 4938. LAGGE
fíli béne quiéscas.
máter túa rogát te
ut mé ăd te récipiás. ualé.

---

17. Sulmone. **18.** Romae. in cippo ex lapide tiburtino. descr. Viscontius et Momms. et Matz *'antike Bildwerke in Rom' n. 3821.* supplementa — inuentu sane facillima spatia litterarum uacua et sententiam consideranti — inuenit Mommsenus nec magis quam solent editores de his minutis uersiculis suspicatus est haec uerba esse metro condita. — in medio est protome mulieris occipite uelato; a lateribus sinistro et inferiore ea quae supra scripta sunt: / EMILIA — TIBEI; cum autem uerba h. tituli rectis angulis ita ordinata sint ut perpetuo ordine latera faciant quadrati, ea quae supra suppleta sunt de angulis perierunt. a superiore autem latere et sinistro sunt haec: GAVIA· P· L· SO ////////////////////. — *uu. 2 et 3* mulier mortua salutantem resalutans inducitur.

19. Narbone (Hirschfeld). LAGGE nomen extra rhythmum. quod idem fit in hoc "titulo Potentino" Ritschelio teste Op. IV 250 "Abstulit una dies anima(m) corpusque simitur Arsit et in cineres iacet hic *uersum* adque fauilla(m) Supremum munus miserum posuere sodales FORTVNESES". itemque CIL VIII. 9105 "Hōc erăt quod statuebás agri, DONATE, post mortĕ tuorum", quae uerba praeter DONATE uersificus uoluit esse hexametrum. cf. CIL IX 4672 "SANCTE | Dé decuma Victor tibei Lucius Mu*m*ius donum" et quae sequuntur. Elogia 18, 19, 20 hypermetra sunt, 18 iambicum, 19 et 20 trochaica. numeri continuantur; itaque in confinio uersuum elog. 19. 2 et 3 synale-

20. CIL XIV 2841. D· M· SABIDIO . . . . . .
COIVX DAFINE FECIT
Égo tibí quod tú mi
fácere díbuísti.
mí qui fáciat nésció.

21. CIL IX 3821. PACEDIE SEXFA
* Cógită té hominésse. *(sic!)*
et, scíto, móriendúst. ualé. *(sic!)*

---

pha est (te ut). in elogii autem 18 u. 1 et 2 hiatus causa posita est in mutatione personarum (salue! — "et tu —").

20. Ad Praeneste. uetustum carmen tituli recentis. nam carmen uetustum esse ex metro apparet. DIBVISTI et uetustae et recentis scripturae esse potest, quod sermo uulgaris inde ab omni tempore I et E litteras confudit, ut AVRILIVS in titulo Nemorensi CIL XIV 4268, qui titulus scriptus est a. u. c. DLIV, DIBETO CIL I 206. 43 aliaque. titulum autem esse recentem ex eo ipso apparet quod in principio habet D· M· quas litteras antiquiorum elogiorum proprias non esse demonstrauit B. Santoro *'riu. di fil.' uol. XVII p. 21.* uersiculi igitur exscripti ex uetustiore monumento. et quidem ea sententia fuit tralaticia multisque modis in monumentis uariata est. ut CIL IX 384 est clausula tituli dicati D· M· puellae immatura morte abreptae: aego mi aps te speraba nunc tibi feci. qui est, nisi coniectura me fallit, uetustus saturnius tituli recentis et sic dimetiendus:

egŏ mi aps té sperába(m): núnc tibí féci.

21. Garucius syll. n. 1530. is dicit hunc titulum sibi datum esse ab Adamo Bucella. rep. in Marsis ad orientem lacus Fucini. superne sunt astrum et serpens, inferne ualuae cum anulis. — *u. 1.* Cogita] *Garucius:* COGITATO *lapis.* hic u. potest sic etiam scandi: cógitá te homin(em) ésse, sed sententiae aptiorem supra feci dimensionem. more prosodiae uulgaris et plebeiae cogită pro dactylo — nam uersus est quasi logaoedicus —; sic coniugĭ in his pentametris CIL VI 8553 "coniugĭ suae gratae praestitit ecce fides" et CIL IX 3543 "casta pudica pudens, coniugĕ cara suo" (CONGE *lapis).*

Principium tituli is qui scripsit hoc, ut uid., uoluit esse: Pacidei Sex. f. A.... (an *Aucti*?). in Marsis quidem id nomen habent tituli hi quoque: CIL IX 3741 Q. Pacidaeus Q. C. l. Auctus et 3742 / *p*ACIDEI / ; qui tit., in quo supra nomen sit anguis, infra corona, genere est subsimilis ei qui supra scriptus est. quod autem cj. Garucius PACEDIE esse pro Pacediae, id nomen non exstat in titulis IV regionis. quod si uere coniecit Garucius, moneo E pro AE etiam in titulis ante nonum urbis saeculum scriptis inueniri. ut in hoc V:ti saeculi Pisaurensi CIL I 168 CESVLA Atilia donu dat DIANE. in tit. VI:ti saec. Spoletino 95 *Schneid.* CEDRE = caedere. exeunte saec. VII CIL I 1019 *oc*TAVIE PVLCHRE = Octauiae Pulchrae.

Continuari uidentur item huius carminis numeri: esse⁀|et, ut Plautus in systemate trochaico Amphitr. 578, 579 "Sátin hoc plane, sátin diserte esse⁀|ére nunc uideor tíbi locutus?"

22. CIL VI 15735. I 1043.
P· CLODI· PVLCRI L· FELICIS
Sempér qui fúit dulcís sueís.
v CLODIA PVLC· L· ATHENAIS

23. CIL VI 23297. I 1072. D· OCTAVI· D· L·
MODIARI | D· OCTAVI D·F· COL PONTIA· VXSOR
Frugé boná pudíca aué.

24. CIL V 1191. I 1459. ///// DIPHILVS
*Sí*ne auarítie *uíx*it,
ád *Ditém* uenít. ualé.

---

22. Romae, tab. marmor. descr. Momms. CIL I, sed uerba dedi ex auctoritate Bormanni. cf. Momms. CIL I add. p. 561. — CIL X 4110 titulum Campanum dubito utrum discribam ex stichometria inscriptionis quaternarios discernentis sic: Dexsónia Sclemió sibi et | Philémae suae ama*n*tísiumae *(sic!)*, an coniungam octonarium. quo loco amantissimae fortasse est pro amatissimae, ut amantissimi sermone uulgari dictum esse pro amatissimi ostendit Paucker ann. Gymn, Austr. 1881. 481 sqq.

23. Via Ostiensi ad III lapidem. "tabula lapídis tiburtini litteris ualde antiquis" Henzen, qui descripsit. PLM XCII E. — bonā attributum est substantiuo frugē, quod est in ablatiuum casum declinatum.

24. Aquileiae. "litteris satis antiquis" Momms. uerba sic ordinibus diuisa; ////// DIPHILVS | // NE· AVARITIE | /// IT AD | ///// VENIT· VALE. quae desunt perierunt fracta parte lapidis sinistra.

*uixit si*ne auaritie ///it *CIL V. Mommsenus.* Fleckeisenus ann. phil. 1868 p. 214. dum ex nominibus quae in tituli uersu primo fuerunt cognomen solum numerat, septenarium fecit: "Díphilus *si*ne auarítie *uix*it, ád *Ditem* uenít uale". qua scansione — ut non dicam uocem primi pedis dactylicam — uersu excluduntur ea libertini illius nomina quae olim in titulo illi DIPHILVS praecesserunt. quod nullo modo fieri potuit ut extremum nomen hominis uersui adnumeraretur, nomina quae praecesserunt extra numeros essent. aut enim uniuersa nomina aut nullum eorum extra rhythmum esse solet.

25. CIL IX 2045.

Ínfelíx fatúm, priór
débuí mori máter.

26. Elogium C. Annaei paelignum.

Pés pros écuf íncubát,
cásnar óisa aetáte,
C· ANAES,
sólois dés forté fabér.

---

25. Beneuenti. ab sinistra effigies pueri, ab dextra effigies matris. — *u. 2.* morĭ iambus pro pyrrhichio, sic in sortibus uehĭ, sequĭ, apud comicos darĭ Plaut. Rud. 960 Ter. Ad. 311 Phorm. 261, patĭ Aul. 726, loquĭ Bacch. 1104 Ritschl proleg. Trin. CLXVIII. FATV / et MORI in lapide. nec tamen ideo dubitandum est quin morĭ h. l. ultimam corripere potuerit. cf. adnot. ad ded. 4. 1 et darei Plaut. Merc. 778 *A*, noueī Naeu. praet. 8 *R*².

26. Corfinii. Zvet. I. I. M. tab. III. 2. ed. n. 12., quo loco alii editores enumerantur. Zvet. I. I. I. 14. Pauli Stud. V 46 sqq. saturnios quosdam discripsit Buechelerus m. rh. 1880 p. 496 extr. uerba inscriptione sic ordinata sunt: PES PROS ECVF INCVBIT | CASNAR OISA AETATE | C· ANAES SOLOIS DES FORTE | FABER, cui extremo uerbo locus in proximo uersu defuit. sententia uidetur esse haec: Qui *(Pauli)* ante ⟨tuos oculos⟩ hic incubat, ⟨is fuit⟩ senex sancta uita (= aetate *Buecheler)*, C. Annaeus, omnibus ⟨rebus⟩ diues *(Buecheler)*, fortis *(Pauli)*, sollers *(Pauli)*. pros = ante, exaduersum; lat. pro: pael. pro-s = ἀμφί : ἀμφί-s = μέχρι : μέχρι-s = ab : ab-s = ob : obs = ec : ex — oisa, non oesa, et rursus aetate eadem scripturae inconstantia qua in sententia Minuciorum u. 5 scriptum est Caecilio u. 28 Caicilio. oisa adject. abl. sg. censeo cognatum esse marrucino aisus, quo uocabulo di nominantur quasi sancti. uocalis stirpis ita uariatur ut osc. baíteís lat. baetere gr. φοιτάω — scăbo scŏbis — auilla ouis ouillus. — forte quod a Paulio dicitur significare 'fortis', ad eam interpretationem confirmandam exempla latina afferri possunt. CIL XIV 3826 "acri homini atque alacri forti fido atque uenusto",

Petronius c. 71 "C. Pompeius Trimalchio Maecenatianus hic requiescit — pius fortis fidelis, ex paruo creuit — —". item Petron. c. 76 et c. 43 "frater eius fortis fuit, amicus amico uncta mensa" de mortuo dictum. Non. 306. 16 "fortis etiam dies(?) — — Lucilius lib. XXX omnes formonsi, fortes tibi, ego improbus esto? esto".

Pael. fortē(-s) ultimam producit. item latine antiquitus fortīs ionga terminatione (Buecheler de declin. § 35.). pael. fortē(s): lat. *fortīs fortis = pael. dēs: lat. dis. quamquam ea scriptio etiam cum latino prisco quidem more congruit. nam pael. fortē(s) omissa S finali pro forteis esse potest, ut praenest. CIL XIV 2892 SVEQ pro sueisque et EDE leigibus pro 'eisdem legibus'. Cf. adn. ad. ded. 4. 7.

Buechelerus autem m. rh. XXXV 496 forte(s) faber uult esse 'fortunae faber'.

27. CIL II 3497. PRIMILL*a*
matri ópse*q*uéns pl*a*cita ómni*bús*
hic sítăst annó*rum* séptem.

28. CIL II 3493. M· OPPIVS· S· M· F
Forésis árs hic ést sitá,
flet títulus sé relíctum.

29. Gar. Syll. 1331.
Hic est illa sitā pia frug(i) casta pudica
SEMPRONIA MOSCHIS
Cui pró meriteís ab cóniugé
* grátiá relátast.

---

27. Carthagine Noua. supplementa inuenit Huebner. sităst (SITA EST) pro pyrrhichio, ut sitŭst in titulo alio in eadem urbe inuento CIL II 3504 et in exitu hexametri CIL IX 4463 — 'sitŭst mimus' et 'sítăst' in senario CIL XI 2451.

28. Carthagine Noua. — "litteris optimis" hunc tit. esse Huebner dicit. et ex simplici nomine merito Huemer de dim. iamb. a christ. poet. us. p. 6 conclusit eum esse aeui antiquioris. — stichometriam inscriptionis secutus sum. et ea et aliae fuerunt causae, quas demonstraui proleg. capp. III et IX, quominus iungerem binos uersiculos elogiorum 27:i et 28:i faceremque singulos septenarios iambicos.

29. Romae. tit. nondum in CIL editus. quem Garucius descripsit de Mazochii exemplo. hexametrum sequentibus nominibus adiecti sunt duo uersiculi italici. eos non condidit demum is qui hunc titulum non ante posteriorem partem saec. VII:i concinnauit, sed sumptos esse a titulo antiquiore ex eo quoque apparet quod gratiā extremam syllabam producens remotioris est uetustatis. namque alia causa factum est ut u. 1 in caesura diceretur sitā ultima longa h. l. et Gar. 1330 'hic est illa sitā dulcis Sallustia Rufa'.

30. CIL I 1098. C· VEIVS· T· F· MAI///
BASILIA SP· F· POSILLA
* Homó frugí tuque óptumá
féminā sálue.

31. CIL IX 2114. P· CLODIVS· P· F· STE·
PIVS· LEG· XX*x*
Dum uíxi uíxi quómodǫ
cóndecēt ingénuom.
⟨id⟩ quód comedi et ébibi tantúm meu est.

---

30. Romae. — tuque] *Za:* ET TV *lapis,* quod uidetur faber rudis, qui numerum non sentiret, ita scripsisse, cum antiquioris elogii uersiculos neglegenter exscriberet.

31. In agro Beneuentano. — distichon italicum insequitur senarius. — id] addidi. condecēt producta ultima argumento est id distichon esse ex antiquiore titulo exscriptum. ab extremo latere dextro lapis est leuiter laesus, nec id tamen ita ut lectio carminis dubia sit.

32. Monumentum Eurysacis pistoris Atistiaeque uxoris eius.

I a.

*est hoc monimentu*M· MARCEI· VERGILEI· EVRYSACIS· PISTORIS· REDEMPTORIS· APPARET

I b.

EST· HOC· MONIMENTVM· MARGEI· VERGILEI· EVRYSACIS *(sic!)* PISTORIS· REDEMPTORIS· APPARET

I c.

EST· HOC· MONIMENTVM· MARCI VERGILI EVRYSAC*is* . . . . . .

II.

Fúit Atístia ŭxór miheí.
fémina ópituma ueíxsit.

quoius córporís relíquiae
quod súperant ⌊*omnes*⌋ *súnt in hoc panário*

---

32. CIL VI 1958; I 1013—16; RPM. LXXVIII. A—D. — Romae ante portam Esquilinam. — *I a* in facie iuxta uiam Praenestinam; *I b* in facie sinistra arcum aquae Claudiae nersus. *I c* in postica. nec aetate posterius arcu aquae Claudiae, qui factus est a. D. 52 / 53, hoc monumentum esse demonstrauit Mommsenus CIL I p. 222, nec, quod intellegitur ex scriptura, antiquius est aetate Ciceroniana. APPARET scil. ex signis monumenti pistorium opificium imitantibus pistorem fuisse Eurysacem. u. Iahnii disp. in act. soc. Saxon. 1861 p. 341. speciem quandam poeticam numerosque quaesitos esse argumento sunt et collocatio uerborum et, quod obseruauit Mommsenus, MARCI praenomen omnibus perscriptum litteris. sed ii numeri sunt et horridi quidem et ambigui. exempli causa hanc ita facio dimensionem ut non affirmem eam esse ueram:

Est hóc moniméntum Márci
VERGILEI· EVRYSACIS· PISTORIS· REDEMP-
TORIS· APPARET.

sic erunt quattuor prima uerba quaternarius, cetera huius elogii extra rhythmum. tamen est singulare quod praenomen uersu dicitur, cetera nomina non item. sed uolebat fortasse homo comis et facetus praenomen ab iis qui titulum legerent recitari seorsim. nam "molles praenomine gaudent auriculae".

Fuit cum suspicarer elogium hoc constare sotadeo hiulco et trimetro ionico catalectico:

ést hóc moniméntum Márci Vérgileí Eurýsacis | pístóris redémptóris ăppárét.

sed repudianda est, si potest, ea deformitas hiatus et prosodiae claudicantis illud minus etiam probabile quod Ritschelius op. IV 749 et Buecheler anthol. III p. 10 tales scandunt saturnios: "Est hóc moniméntum Márcei — Vérgileí Eurýsacis Pistóris redémp-tóris: ápparet". quorum prior est pessimus, posterior minime potest saturnius haberi.

II. Versus Antistiae inscripti sunt in marmore quod speciem panarii refert. quos dimetiens secutus sum colometriam inscriptionis, nisi HOC PANARIO spatii specieique causa in tabula a proximis diuisa sunt. prior periodus est distichon italicum eiusdem generis *(B b)*, cuius sunt elog. 25 et 26. — ŭxor breui paenultima. u. adn. ad elog. 21; itemque saepe Plautus, sed post breuem monosyllabam, CF Gul. Mueller pros. p. 377 sqq. — opituma dactylus arsi soluta more prisco; nam uersus est quasi logaoedicus. licet tamen opĭtuma dicere ita ut uocalis per anaptyxin nata ad metrum non numeretur, cf. adn. elog. 6. p. 64.

Posterioris periodi prior uersus est italicus ille usitatissimus, iambicus quaternarius catalecticus. posteriorem uersum ideo expleui addito *omnes*, ut quaternarium exciperet senarius. ut in illo titnlo eiusdem fere aetatis CIL III 582 "Memór q(uei) fŭĭt deórum | Et feílei svei et libértae svae Monimés, uale". sed est quod dubitem an retineri oporteat senarium pede breuiorem. nam quinarius ille tam imcompositus non semel inuenitur in titulis plebeculae. atque eius generis duo continuantur uersus elogii ueronensis CIL V 3496:

ATILIAE MAXIMINAE
. . . . . .
Quae dúxit secum honós et gloria.
aetérnum meŭm ualé solacium.

itemque inter senarios iusti ambitus talis est uersus CIL I 1019. 17 "Vixi ét fortunam quoad uixí toli". et hi quidem

33. CIL X 6616.

HAVE MANLIA ANTHVSA
Béne siét tibi, quí legís,
ét tibí, qui práeterís,
ét mihí*pte*, qui hóc locó
mónumentúm feci, ét meís.

34. CIL X 2723.

(nomina mortuae mulieris)
Tú qui légis haue ét ualé.

CIL VI 21696 = I 1064 "pro meriteis dant ubi eorum ossa quiescant" credo esse saturnium ueterem et corruptum, cum primo sic dictus esset:

pro mériteis dánt ubei eórum óssuā quiéscant.

promiscue enim scribebatur in titulis tum ossa tum ossua. uelut rursus ossua scriptum, ossa pronuntiandum, ne metrum magis etiam turbetur huius pentametri tam horridi CIL V 3653. 9 "uós itē placidi, tú leuis OSSV̄A tegas".

CIL V 7581 in titulo sepulcri inter Astenses inuento nominibus adiectus est hic uersus:

Monuméntum pró re mágnum pró pietáte páruum.

eam speciem numeri saturnii fortuitam esse ducerem, nisi consonantia exquisita argumento esset uerba ea esse et arte quadam composita et multo antiquiora eo titulo in quo inueniuntur. tamen ne sic quidem quidquam affirmo.

---

uersus uitii sunt expertes, nisi quod numero pedum sunt curti. ille uero quinarius et hiatu laborat et nimia tarditate, cui additus est iustus senarius Wilm. 607 a "Nolíte dolére éuentum meum; / properáuit aetas, hoc dedit fatum mihi".

33. Prope Velitras. uerba HAVE MANLIA ANTHVSA litteris maioribus, carminis autem uerba minoribus in lapide inscripta sunt. carmen antiquum, quod in lapide corruptum est, ut restituerem, scripsi mihipte, siet: MIHI, SIT *lapis*. addidique u. 3 *et*.

34. Neapoli. titulus posterioris aeui. uersus sine dubio antiquior.

VI.

CARMINA EPICA, SATVRAE, EPIGRAMMATA.

1. LIVII ANDRONICI ODYSSIA.

1. Virúm mihí Caména ínsece uérsútum
2. patér nostér Satúrni fílie . . . . . .
3. mea púera quíd uerbi éx tuo óre súpera fúgit? *

---

1. Gellius XVIII 9. 5. "Offendi — in bibliotheca Patrensi librum uerae uetustatis Liuii Andronici, qui inscriptus est Ὀδύσσεια, in quo erat uersus primus cum hoc uerbo (insece) sine V littera: Virum — uersutum, factus ex illo Homeri uersu: ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον".

2. Priscianus I 305. 7 *H* "unum — tam in E quam in I facit uocatiuum, 'o filie' et (et *om. r U)* 'o fili'. Liuius Andronicus in Odissia: 'pater — —". α 45 et 81 Ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη. —

Hic semel moneo locos Homeri olim esse comparatos, et quidem maxime ab J. Scaligero et G. Hermanno.

3. Priscianus I 230. 27 *H.* 'puer pueri', cuius femininum 'puera' dicebant antiquissimi — — — Liuius in Odyssia: mea puera — — fugit (fuit *L*, fuit *ADH)* — — non est tamen ignorandum quod etiam — — et hic et haec 'puer' uetustissimi protulisse inueniuntur". — Charisius 84. 5 *K* "puer et in feminino sexu antiqui dicebant, — ut in Odyssia uetere, quod est antiquissimum carmen, 'mea puer quid

4. néque tam téd oblítus súm Laértie nóster
5. argénteó polúbro áureód eclútro *
6. túque míhi naráto ómniá disértim
7. quae haec dáps est? quí féstus diés . . . .
8. matrém *procí* procítum plúrimí uenérunt

---

quid uerbi ex tuo ore audio". — Prisciani auctoritatem sequi malui quam Charisii. quod et sic elegantiae metri magis consulitur et cetera quoque uerba huius uersus ap. Priscianum sunt integriora quam ap. Charisium, et quod haec praesertim saepius iterata uerba ut ab Homero graece ita ab Liuio latine uno uersu comprehendi oportuit, quod fieri non potest si sic legas scandasque: "meā puér quid uérbi éx tuo óre súpera || fugit". — supera] *Fleckeisenus:* supra *codd. Prisc.*

4. Priscianus I 301 *H (de -ie ap. antiquissimos):* "Liuius Andronicus in Odissia: neque tam *(r Fleckeisen.,* tamen *RB:* enim *ADHUGLK)* — —". 'neque tam' *i. e.* 'neque tamen'. Laertie] *ra,* laertiae *RAH,* o laertiae *D,* lerciae *U* lertie *BLK, quod* (Lertie) *commendat Fleckeisenus ann. phil. 1866 p. 8.* Lartie *Korsch.* — neque ēnim *C. Sittl.* — α 65 πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

5. Nonius 544. 19 "polybrum (polubrum *Mp),* quod Graeci χερνιβα, nos trullum uocamus. Liuius: a. polybro a. et glutro". — aureod eclutro] *scripsi,* aureo eclutro *Baehrensius,* a. eglutro *C O Mueller.* — α 136 sqq.

6. Nonius 509. 28 s. u. disertim. α 169 ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον. — narato] *scripsi;* ut Plautus Vidul. V 15 *A et Studem.* "mihi narauisti": narrato *libri Non.* —

7. Priscianus I 321. 6 *H.* "In '-aps' unum femininum: 'haec daps'. — Liuius Andronicus in I Odissiae: quae — —." — α 225 τίς δαὶς τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο; — quae haec dáps; similiter Plautus Bacch. 843 "quae haec fáctiósť"; quamquam licet sic quoque scandere: quae háec daps ést qui féstus d., ut Plautus Pers. 36 *R* "quae háec rest"; Men. 784 "quae háec malum, impudentiast".

8. Paulus ex Festo p. 282. 3 *Theur. de Pon.,* p. 225 *M.* "Procitum cum prima syllaba corripitur significat petitum. Liuius: Matrem — — "(uenerentur *cod. Tric.). — proci] addidi;* cf. α 245 ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι ἠδ'

9. ín Pulúm deuénies áut ibi ómméntans
10. remósque túm iússit réligáre strúppis *

ὅσσοι — κοιρανέουσιν τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται. — *proci* igitur idem quod proceres; a recto proci = proceres genetiuus procum exstat ap. Fest. 249 *M* "Procum patricium in discriptione classium quam fecit Ser. Tullius significat 'procerum'. i enim sunt principes. nunc (nam *Fa)* 'proci' dicuntur qui poscunt aliquam in matrimonium". Cicero Or. § 156 "centuriam — ut censoriae tabulae loquuntur — fabrum et procum"; quod minus breuiter dicere potuit sic: 'centuriam (uel centurias) fabrum et centuriam (uel centurias) procum'. nam centuriae procum sunt classicorum, quod intellexit Pideritus. Plautus autem Poen. 510 (509 *U)* per irrisionem Agorastoclem homines quosdam de plebe circa forum cessante aduocatos facit compellantem "procos loripedes", quasi proceres spissigrados. — matrem *meam Hauetus.* — prŏcītum producta paenultima fortasse supinum est huius uerbi: Procio -cis: μνώμαι *Gloss. Labb. C O Mueller ad h. l.*, si qua fides est illi glossae; quodsi procītum dictum est a prociendo nihilo minus iure paenultimam producit, ut accio facit accītus. sed sine dubio prŏcītum cognatum est illis precor procus proco procor, *prc-sco posco. procīre denominatiuum ductum a procus, ut 'insanire' ab 'insano', 'superbire' a 'superbo', 'saeuire' a 'saeuo'. alia fortasse *procet* et *prociet,* quae nominat Paulus p. 281 *Th. de Pon. procītum* dicendum censet etiam Luc. Muellerus de Sat. p. 163.

9. Festus p. 218. 14 *Theur. de Pomor,* p. 190 *M* "Ommentans, Liuius in Odyssea quom ait: In Pylum d. a. i. o., significat obmanens". Deuenies *sched. teste Theurewkio de Pomor* [aduenies *legerat C O Mueller].* deueniēs i. e. deueniēns. nam antiqui Romani N litteram in tali loco modo ponentes modo omittentes more communi VI et VII saec. tum -ēs tum -ēns et tum -ēt tum -ēnt scribebant, uelut CESOR et CENSOR in epitaphiis L. Scipionis, illud in antiquiore CIL I 31, hoc in posteriore CIL I 32. LVBETES in saturnio dedicationis Vertuleiorum Sorana. in lege antiqua Spoletina 95 *Schn.* 'seiquis SCIES uiolasit' (MEDITAS *i. e.* 'meditans' Pomp. *'notiz.'* 1888. 519). — *aut* in Pylum *Guentherus.* — β 317 ἦὲ Πύλονδ' ἐλθὼν ἢ αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ δήμῳ. —

10. Isidorus Orig, 19. 4. 9 *ex coll. codd. Par. facta ab Haueto de Sat. p. 400 et 448.* "Struppi uincula loro uel lino facta quibus remi ad scalmos alligantur. de quibus Liuius:

11. ibidémque uír súmmus ádprimús Patrícoles.
12. quandó diés aduéniet quém profáta Mórta est.
13. átque escás habémus méntiónem ⏑ ⏓ –
14. pártim erránt neqénunt Gráeciám redíre

---

tumque — — —" (tuncque *P. 2169, ed. Vulc.*). — remosque tum] *scripsi,* ne incisione media sua utrumque hemistichium careret: 'tumque remos' *libri Isidori;* falso. — religare] *septem codd. P. et ed. Vulc.:* deligare *ed. Areuali et cod. P. 2169.* allitteratione commendatur religare, quod nempe prima producta pronuntiandum. similiter rēl- in hoc septenario CIL XIV 2822 "qui dolorem rēliquisti nutritoribus tuis"; rēferenti Lucilius 283 *B;* Plautus Men. 980 rēduxi. plura Luc. Mueller de r. m. 362. — β 432 ο 287 ἐποτρύνας ἐκέλευσεν ὅπλων ἅπτεσθαι.

11. Gellius VI (VII) 7. 11. "Adprimum autem longe primum L. Liuius in Odyssia dicit in hoc uersu: ibidemque — —". — Patricoles] *Bergk, Fleckeis.,* Patricolus *Bartsch:* Patroclus *VPRς*: Patroculus ς; cf. Ritschel. Op. II 488; 495. — γ 110 ἔνθα δὲ Πάτροκλος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος. — ibĭdem(que), sic Plautus saepius; cf. C F G Mueller pros. p. 30.

12. Gellius III 16. 11. "Caesellius Vindex in lectionibus suis antiquis 'tria', inquit, 'nomina Parcarum sunt, Nona, Decuma, Morta', et uersum hunc Liuii antiquissimi poetae ponit ex Ὀδυσσείᾳ: quando — —". β 99. γ 237 all.q. l. εἰς ὅτε κέν μιν Μοῖρ' ὀλόη καθέλῃσι.

13. Priscianus I p. 198. 8 *H de genetiuis in* -as *disputans:* Liuius in Odyssia: "atque — —". habeamus *Hermannus,* quod legere non necesse est, ita enim fere uidetur a Liuio scriptum esse:

quin dúdum oculís obórtum pónimús flétum
átque escás habémus méntiónem *aquámque*
manibús feránt . . . . . .
δ 212 ἡμεῖς δὲ κλαυθμὸν μὲν ἐάσομεν ὃς πρὶν ἐτύχθη
δόρπου δ'ἐξαῦτις μνησώμεθα, χερσὶ δ'ἐφ' ὕδωρ
χεύάντων.

14. Festus p. 162 *Th. de P. et M.* "Nequinont pro nequeunt — — Liuius in Odissia: p. e. neqe nunc Gr. r." — neqenunt] *scripsi* i. e. nequeinunt (nequinunt *Scaliger):* neqenunc *cod. Farn.* oportet sane uestigia codicis sequi; quamquam in antiquioribus monumentis Q litterae pro QV positae nullum, quod sciam, exemplum exstat praeter unum illud, de quo disputarunt Iordan in Herm. u. XVI 245 sqq. et Buecheler m. rh. XXXVI 236

15. sanctá puér Satúrni †fíliá regína
16. (⏑) ⏓ apud númpam Atlántis fíliám Calupsónem
17. (⏑) ⏓ iam in áltum expúlsa líntre ⏓ ⏑ ⏓ —
18. (⏑) ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ígitur démum Ulíxí
cor fríxit práe pauóré ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ —

— iis autem frustra oblocutus est Bersù *'die Gutturalen'* p. 37 sqq. — dico illud in tit. Dueni, qui dicitur, QOI pro quoi i. e. quei. sed nescio an CIL XI 3078 QVQEI est pro *quuquei i. e. quoqui, ut in eodem titulo huc pro hoc: inter posteriores autem titulos liberae reip. unum inueni — is saec. fere VIII. uidetur esse scriptus — qui tale aliquid haberet, CIL X 4167 campanum: "Amans domini OPSEQENS amicis". — *'errantes'* Ritschl. Op. IV 135 sine ulla necessitate. — δ 495 sqq.

15. Priscianus I 232. 5 *H (de recto* puer *feminino):* Liuius in Odyssia (Odissia *U):* "sancta — —". — †filia *Fleckeisenus.* possis legere 'maxima r.' *(Baehr.)* uel 'omnium r.' uel aliquid, infinita coniectura. — δ 513 πότνια Ἥρη. — Hunc uersum esse de hymno perperamque attributum Odyssiae contendit Havetus, nec id sine grauibus rationibus: sed quoniam pluribus locis est in appellationibus deorum exornandis Liuius Homero uerbosior, auctoritatem antiquorum deserere nolui.

16. Priscianus I 210. 6 *H.* "Caesellius Vindex in Stromateo: Calypsonem, ita declinatum est apud antiquos. Liuius: a. nympham A. f. Calypsonem". δ 557, ε 14 νύμφης ἐν μεγάροισι Καλυψόος. 'Telamonis' *Buecheler cj.* pro Atlantis. Calŭpsonem antepaenultimam corripit, u. excurs. II. — numpam *scripsi* coll. Ritschelii op. II 490.

17. Priscianus I 151. 18 *H* "linter — apud nostros femininum est. Liuius in V: Iam — lintre". — expulsam lintrem *A;* lintre *in rasura U;* lyntre *DH.* in V] *scripsi:* in VII *H,* in VI *RAUDGKL,* nimirum ex scripto falso V IIam pro V Iam. nam sine dubio hoc refertur ad ea quae narrantur ε 269 sq. γηθόσυνος δ'οὔρῳ πέτασ' ἱστία δῖος Ὀδυσσεύς. αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνηέντως ἧμενος.

18. Seruius Cassellanus ad Verg. Aen. I 92. "Frigore, timore. — — — — nam et Graeci φρικτὰ dicunt quae sunt timenda, ut Homerus — —. Liuius in Odyssia: igitur — — —". ε 297 καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ. — igitur demum ita Liuius ut Plautus, de quo adn.

19. celsósque ocrís aruáque pútria ét mare mágnum
20. utrúm genua ámplóctens uírginem óráret
21. ibí manéns sedéto dónicúm uidébis
me cárpentó uehemémtem *éndo* dómum uenísse
patrís . . . . . .

Lorentii ad Mostell. 132. de uoce demus Pauli Festini p. 70 *M.* u. Baehrens FPR praef. p. 12, Ritschelii adn. ad Trin. 781, Schoellii ad Truc. 245, Bergk. *Btr.* p. 132.

19. Festus p. 196. 17 *Th. de Pon.*, 181 *M.* "Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro † Gloiematorum refert, montem confragosum uocabant, ut aput Liuium: 'sed qui sunt hi qui ascendunt altum ocrim'? et 'celsosque — magnum' et 'namque Taenari celsos ocris' et 'Haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri". — pūtria insolenter, sed itidem Plautus Most. 112 'lígna pŭtréfacit', sic libri quidem; cf. pūteo pūtidus; item et rŭbr- et rūbr-. fortasse tamen legendum: scrupea et m. m. si putria Liuius scripsit, sententiam Homeri reddere aut non potuit aut neglexit: quod tamen alias quoque ita egit. per se arua putria bonum est: 'en vittrad (klipp-)strand'. cf. Verg. A. II 209; VI 60; V 702. — iure Scaliger hunc Liuii locum retulit ad ε 411 sq. ἔκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα βέβρυχε ῥόθιον, λισσὴ δ'ἀναδέδρομε πέτρη.

20. Diomedes 384. 7 *K* "uulgo dicimus 'amplector', ueteres immutauerunt 'amploctor' crebro dictitantes, ut Liuius in Odyssea: utrum — —". — ζ 142 ἦ γούνων λίσσοιτο λαβὼν ἐυώπιδα κούρην. — amploctens *b*, ampl*ctens *B:* amplectens *cett.*

21. Charisius 197. 15 *K.* "Donicum pro donec. ita Liuius, inquit, usurpat: ibi — —". — *endo] addidi,* cf. Varro r. r. III 17. 10 "ille inde endo suam domum, nos nostram, o Pinni noster" et Ennius ap. Auson. Technop. 14. 160. *p. 168 P. en* domum *Baehr.* ζ 295 ἔνθα καθεζόμενος μεῖναι χρόνον, εἰς ὅ κεν ἡμεῖς ἄστυδε ἔλθωμεν καὶ ἱκώμεθα δώματα πατρός. uehentem *Fabricius,* sed uehemens adiect., quod uere, opinor, Bergk. Op. I 79 [6]) et Bréal diction. etym. p. 421 ducunt a uehendo, illa aetate fortasse plus retinuit de illa, quae principalis fuisse uidetur, notione celeritatis atque cursus, quae quamquam obscurata est, tamen quodammodo exstat si dicitur 'uehemens fuga', 'uehemens cursus fluminum'.

22. simul ác dacrimás de óre nóegeó detérsit
23. námque núllum péius mácerát humónem
quamdé mare saéuom. uíres, ét quoi súnt
mágnae, *
tópper *tám* confríngent ímportúnae úndae. *

---

22. Festus p. 186. 28 *Th. de Pon.*, 174 *M.* "Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura; quidam candidum ac perlucidum — — ut Liuius ait in Odyssia: simul ac lacr. de o. noegeo det., id est candido *amiculo" (suppleui).* Paulus ex Festo p. 187. 9 *Th. de Pon.*, 175 *M.* "Noegeum amiculi genus. Noegeum candidum. Liuius: Lacr. — detersit, id est candido". ergo iam Paulus usus est Festo lacunoso. — ϑ 88 δάκρυ' ὀμορξάμενος κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἔλεσκεν. — dacrimas] *C O Mueller* coll. Pauli p. 68: lacrimas.

23. Festus p. 532 *Th. de Pon.*, 352 *M.* "Topper significare ait Artorius *(cf. Quint Inst. IX 1. 2)* 'cito', 'fortasse', 'celeriter', 'temere'. 'cito', sic in Nelei carmine: — —, 'citius'. sic †C. Naeuicapesset flammam Volcani. 'cito', sic *Liuius . . . . . (addidi et lacunam signaui, cuius nullum exstat uestigium in cod. Fa, sed apparet intercidisse locum alterum Liuianum Odyssiae).* in eodem *(sc. libro):* namque nullum peius macerat †humanum quamde mare saeuum. Viret cui sunt magnae topper confringent importunae unde" *(sic).* — ϑ 138 οὐ γὰρ ἐγώ γέ τι φημὶ κακώτερον ἄλλο θαλάσσης ἄνδρα γε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη. — *u. 1.* humonem (homonem *Ursinus)] :* humanum. — *u. 2.* uires et] *Za:* uiret. — *u. 3. tam] addidi. u. 1.* quoi] *Za:* cui. antiquam et ueram scripturam restitui etiam allitterationis causa, neque enim casu factum est ut uerba posterioris hemistichii litteris primis essent iisdem ac prioris: q. m. s. | q. s. m. — *u. 1.* nullum = nihil; in nominatiuo casu. sic hoc uno, quod sciam, loco. in accusatiuo casu nullum pro 'nihil' Plautus Cas, IV 2. 6 'nullum esurit'; et fortasse uere Brixius Bacch. 90 'tu nullum adfueris'. — *u. 2.* quoi sunt — confringent; eadem temporum uarietate in re uniuersa leg. reg. fr. ap. Festum s. u. opima sp: 'cuius auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Ioui Feretrio bouem caedito'; similiter Plautus Trin. 156 *Ritsch. Schoell* "Nunc si ille huc saluos reuenit, reddam suom sibi". aliaque prisca. — Sententia *uu. 2 et 3.* haec est: 'undae confringent celeriter uires et *ei* cui sunt uires magnae'. uel potius: '—

24. (⏑) ⏓ Mercúrius cúmque eo fíliús Latónas

25. ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ∪ ⏓ nexébant múlta intér se flexú nodórum dúbio . . . . . .

---

etsi cui sunt uires magnae'. cui = si cui prisco more; ut h. l. 'et quoi', sic Plautus 'etiam qui' pro 'etiam si quis' Rud. 382 "etiam qui it lauatum in balineas quom ibi sedulo sua uestimenta seruat tam subripiuntur". cf. Madv. adu. crit. II. 15 et ea quae disputaui in commentatione de relat. pronominali p. 10. idem ap. posteriores, uelut Liu. XXIII 15. 4 "praemia atque honores, qui remanserint ac militare secum uoluissent, proposuit", — *u. 2.* quamdĕ mărе, cf. Liu. 42. prima "arsis" hoc modo soluta est interdum in iambis scenicorum: Trin. 425 "millĕ drachumarum tárpessitae Olýmpico"; 568 "si antĕ uoluisses ésses, nunc seró cupis". Accius tr. 590 *R* "natŭs uti tute scéptrum poteretúr patris"; Plauti Rud. 942 b *Sch.* "retĕ sine squamosó pecu" (quaternarius).

24. Priscianus I 198. 9 sq. *(de genetiuis in -as):* "Liuius in Odyssia *(sequuntur duo uersus Liuii)* — — — in eodem: Mercurius — Latonas pro Latonae". — ϑ 322 ἦλθ' ἐριούνης Ἑρμείας, ἦλθεν δὲ ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων. — eo monosyllabum; ut Plaut. Stich. 409 "cumque eó reuéni ex inimicitia in grátiam".

25. Diomedes 369. 19 K "necto nexui uel nexi, Vergilius 'palmas amborum inuexuit armis'. Liuius in Odissea †nexabant m. inter se. †Maecenas: 'nexisti retia lecto'. Lucilius satirarum quinto: 'tum retia nexit'". illud nexabant hoc loco nimirum alienum est, cum inter cetera exempla tertiae coniugationis Diomedes, Probi auctoritatem secutus, sine dubio scripserit nexebant. insolitior forma uulgari mutata est ab interpolatore quodam, fortasse collato loco Prisciani I 538 *H.* — Priscianus I 469. 12 *H* "'nexo — nexas' uel 'nexis', ut Probo placet, 'nexui'. Virgilius tamen — 'nexantem.' — Liuius uero in Odissia: nexebant *(RBdHGK:* nexabant *rDLU)* — dubio". Priscianus I 538. 11 *H* "Liuius: nexabant — dubio". (fluxu *U).* — plexu nodum *Buechelerus;* sed tradita uerba confirmantur trium locorum consensu. — ϑ 378 ὠρχείσθην δὴ — ταρφέ' ἀμειβομένω. —

26. nám diuâ, Monétas fília *ím* dócuit
27. deus ínfrus án suprús fert fúnerâ ti Ulíxes? *
28. tópper fácit homónes út *p*riús fuérunt *
29. toppér citís ad áedis uénimús Círcae
30. . . . . .
. . . . . .
simúl duona *dóna escárum* pórtant ád náuis *
*cam*íllae; *cú*liá *uini* ísdem ínferinúntur *

---

26. Priscianus I 198. 11 *H (de genet. in -as)* — "ibidem (= Liuius in Odyssia *(u. 8))*: nam diua *(RBAHDUk:* diuina *GLK)* Monetas filiam docuit. Monetas pro Monetae". filia *im*] *Fleckeisenus.* — ϑ 480 οὕνεκ' ἄρα σφέας οἷμας μοῦσ' ἐδίδαξε.

27. Priscianus *I 96. 5 H* "super superus — Liuius (Libius) in Odissia (Odyssia *all. l.*, Odosia *U)*: Inferus an superus tibi fert deus funera (munera *U)* Ulixes (Ulyxes *H)*". κ 64 τίς τοι κακὸς ἔγραε δαίμων; — Saturnium ex hexametro restitui. infrus an suprus] *Za:* inferus an superus *libri.* ita infera infra, supera supra, exteri extra, dextera dextra, *Mueller 'Nachtr.' p. 1.*, alterius altrius, alteris altris, asperis aspris, uteram (Bacch. 588 Leo all. q. 1) utram; sinisteram Merc. 880; POSTRISQVE inscr. Ostiensis CIL XIV 1443. disputatio Luchsii stud. Studem. I 58 sq. non pertinet ad omnia. Item Accius Alcmaeone ap. Non. 487. 25 "quod díui in terram infrám penitus | depréssum altis clusére specis *(sic lego:* 'q. di interdum inferam' *libri Non.)*. cf. adnot. ad Comprec. 8. 7. Sed licet etiam sic scribere: deus ínfer án supér — — sic Cato de a. c. c. 149. ti] *scripsi,* cf. adn. ad el. 4. 4.

28. 29. 30. Festus p. 532 *Th. de Pon*, 325 *M.* "topper — — — celeriter ac mature (maturae *Fa)*. in Odyssia uetere: topper facit homines utrius fuerint. topper citi ad aedis uenimus Circae simul duona eorum portant ad nauis. millia alia in isdem inferinuntur".

28. κ 395 ἄνδρες δ' ἀψ ἐγένοντο. — homones] *C O. Mueller:* homines; ut *p*rius] *Duentzerus:* utrius; fuerunt *Buechelerus:* fuerint.

29. citis*]* *Buechelerus:* citi. — μ 8 δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐην ἐς δώματα Κίρκης nihil habet ad quod citis illud respondeat, ut appareat id a Liuio esse additum allitterationis causa.

30. μ 18 ἅμα δ' ἀμφίπολοι φέρον αὐτῇ σῖτον καὶ κρέα πολλὰ καὶ αἴθοπα οἶνον ἐρυθρόν. — duona *dona escarum*] *Za:* duona eorum ('dṷona' = 'dvona' disyllabum); *ca*millae culia *uini iisdem*] *Za:* millia alia in isdem. — camillae = ἀμφίπολοι. de eo Varro l. l. VII 34. Paulus Festi 93 *M.* Seruius Danielis ad Verg. Aen. XI 543. culia = 'cullea'. qua uoce usus est Cato Orig. fr, 2. 10 *Iord.* scilicet l littera Liuii aetate nondum scriptione geminabatur. sing. numero culleum uidetur extare in hoc loco corrupto: "culleum cȳlli" C. G. L. ed. Goetz et Gund. II 575. ab hac uoce cullia dicta sunt culliola, quod uocabulum i retinuit. de eo culleorum usu mentionem fecit Festus Pauli p. 50. 12 *M* '(culliola — a similitudine) culleorum quibus uinum siue oleum continetur". — *u. l.* uerba illa pórtant ád náues numero insulsissimo, qui praepositionem monosyllabam et procliticam ictu ictui colliso praegrauet, mihi displicent uehementer. fortasse sic fuit scriptum:

. . . . | pórtant ád naues *nóstras* (naues monosyllabum, ut nauis Plaut. Bacch. 797 "bene náuis agitátur" — all. q. ll. similiter). sed tamen malo molliore rhythmo sic scribere: | 'pórtant *nís* ad náues'. quippe in crisi Festina semper tenendum codicem Farnesianum cum apographis lacunis innumerabilibus et in medio positis et latentibus laborare. de 'nis' Paulus ex F. 47 *M.* Pauli *'altital. stud'.* I 22, Bréal sch. rom. franc. misc. II 157, Leo Herm. u. XVIII 585 sq. — quamquam quod praepositio ictum sustinet, id ipsum non magis hoc loco debet displicere quam octonarius Plautinus Amph. 256 "postridie ín castra éx urbe ád nos ueniunt flentes principes" aut illud Pacui 34 *R* "nil ád te dé iudicio armum accidit". — Lacunae signum inter 29 et 30 posui, quod perisse arbitror non minus tres uersus, quibus narrata sunt sepultura socii et aduentus Circae. in iis uersibus et ipsis fortasse uocabulum illud 'topper' fuit, nam sic est ap. Homerum μ 16 οὐδ' ἄρα Κίρκην ἐξ Ἀΐδεω ἐλθόντες ἐλήθομεν, ἀλλὰ μάλ' ὦκα ἦλθ' ἐντυναμένη· ἅμα δ' ἀμφίπολοι φέρον αὐτῇ κτὲ. cetera non dubito quin referantur ad eos uersus Homeri quos ad comparationem adscripsi. quae cum ita sint non iure faciunt quidam quod haec non modo dirimunt, sed etiam alterum ab altero semouent ac segregant, et non unius libri, imno unius loci esse patiuntur. —

31. 32. parcentes praemodum — [[sic quoque fitumst.

33. ⏑ ⊥ ⏑ áffatím edí bibí lúsi.

34. *quae uérba* quóniam audíui páucum ĭís gauísi

35. uesána et uécórde et málficá uacérra *

---

31. Gellius VI 7. 12 "Liuius in Odyssia: — —. fortasse, qui uers. conferri solent, μ 321 (τῶν δὲ βοῶν) ἀπεχώμεθα aut μ 328 (βοῶν) ἀπέχοντο. — **32.** Nonius 475 "Liuius Odyssia: — —". ν 40 ἤδη γὰρ τετέλεσται.

33. Paulus ex Festo p. 8 *Th. de P.*, 11 *M.* "Affatím — — Liuius: Affatim — lusi" ο 373 τῶν ἐφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα (hunc u. contulit Scaliger). ridiculum errorem Liuii!

34. Priscianus I 482. 10 *H* "gauisi pro gauisus sum — — Liuius in Odissia (Odisia *U*, Odyssia, Odysia *all. l.*) :Quoniam audiui paucis gauisi" (— audiuit — *B*). *quae uerba]* addidi. — *paucum iis]* *Za:* paucis *libri Prisciani* ex PAVC̄ IS = paucum iis, nam etiam is datiuo et ablatiuo casu pluraliter scribi exemplis titulorum declaratur. — π 92 ἦ μάλα μευ κατα-δάπτετ' ἀκούοντος φίλον ἦτορ. — paucum = 'non multum'. 'non satis'; nunc italian. hispan. poco, francogall. peu; similiter nullum, 'nihil', Liu. 23. — ĭīs iambum efficit h. l., ut in uersu tragico Ennii ap. Cic. de diuin. I § 132 *C. F. G. Mueller* = 275 *Ribb.* "quíbus diuitias póllicentur áb ĭīs drachumam ipsí petunt".

35. Festus 570 *Th. de Pon.*, 375 *M.* *(contuli rec. Th. Mommseni)* "uacerram . . . . et (u. et *Vat. 1549 Vat. 2731*, uacerram et Aelius et *ed. Pii*, u. Aelius et *ed. Ursini*, u. Verrius et *ed. Augustini)* alii complures uocari aiunt stipitem . . . . . equos soleant religare. Ateius uero Philolo . . . . um ad male dicendum magnae acerbitati . . . . . uecors et uesanus teste Liuio. qui dicit . . . . . corde (dicit uecorde *ed. Urs.* dicat uec. *Augustini)* et malefica (malefici *adnot. Victorii)* †uecordia". — Paulus 571 *Th. de Pon.*, 374 *M* "Vacerram dicunt stipitem ad quem equos soleant religare. alii dicunt maledictum hoc nomine significari magnae acerbitatis ut sit uecors et uesanus". — Versus restitui ex uniuerso loco non tam Pauli quam Festino. nam assentior Scaligero Castig. p. CCXII ed. Santandr. 1593. hunc uersum esse de Odyssea Vetere. sed, cum Scaliger contulisset β 243 Μέντορ ἀταρτηρέ, φρένας

36. uestís pullá purpúrea ámpla ⏑ (⏑) ⏑ –
37. dusmo in loco
38. Coclés sociós quom nóstros ímpiús mandísset *
39. inque *ís* manúm surémit hástam ⏑ (⏑) ⏑ –

ἠλεέ, Hauetus de Saturn. p. 309 contulit — quod ueri similius mihi uidetur — ρ 248 ὦ πόποι, οἷον ἔειπε κύων ὀλοφώια εἰδώς. fortasse igitur a Liuio scriptum est in hunc modum:

. . . . . *ex ísta*
uesána et uécórde et málficá uacérra
quae haec áudió uérba? . . . . . .

malfica] *Za;* coll. Luc. Muelleri ed. Phaedri maiore p. 118: malefica. — uacerra] *Scaliger:* uecordia.

36. Nonius p. 368. 26 "Pullum, non album. — — — †Titus *(sic!)* Liuius: uestis — ampla". — — Andronico uindicauit Hertzius, coll. τ 225 χλαῖναν πορφυρέην οὖλην.

37. Paulus ex Festo p. 47. 20 *Th. de Pon.,* 67 *M.* "D. in l. apud Liuium significat dumosum locum". Placidi gl. p. 32 *Deuerl.* — τ 439 ἐν λόχμῃ πυκινῇ.

38. Priscianus I 419. 12 *H* "mándo, mandis: eius praet. perfectum quidam mandi *(om. R)* alii mandui (mandaui. alii mandi *U),* alii mandidi esse uoluerunt. Liuius tamen in Odyssia *(HG:* odisia *L* odissia *rell.):* Cum socios nostros mandisset impius Cyclops" (Ciclops *UG Hertz,* ceclops *L).* υ 19 ἦμαρ τῷ ὅτε μοι μένος ἄσχετος ἦσθε Κύκλωψ ἰφθίμους ἑτάρους. — Saturnium ex hexametro restitui.

39. Paulus ex Festo 424 *Th. de Pon.,* p. 298 *M.* "Suremit, sumpsit; 'inque manus suremit hastam'". Festus p. 424 *Th. de Pon.,* 298 *M.* ". . . . . s manum su . . . ". — Liuio uindicauit Buechelerus. inque *ís*] *scripsi dubitanter* = ... s] *cod. Festi:* inque *codd. Pauli.* nam potuit in prisco sermone pronomen interseri praepositioni et substantiuo. CIL I 202 II 5 'quam in quisque decuriam'. poetis uero hac in re magna erat concessa licentia. de qua Madvicus Gramm. § 475 (442) c adn. et Kuehner II p. 427 sq. — Liuius, ut sententiae temptem complementum, uidetur scripsisse tali fere exemplo:

. . . . . *Ulíxes ínnuít gnáto.*
inque *ís* manúm surémit hástam, *et énse acúto*
accínctus ést . . . . . .

40. at céler uoláns hásta péctorá perrúmpít * [ferro]

41. . . . . cárnis,
uinúmque quód libábant ánclabátur . .

42. dequé manibús dextrábus . . . . .

ψ 431 sq. ἐπ' ὀφρύσι νεῦσεν· ὃ δ' ἀμφέθετο ξίφος ὀξὺ
Τηλέμαχος, φίλος υἱὸς Ὀδυσσῆος θείοιο
ἀμφὶ δὲ χεῖρα φίλην βάλεν ἔγχεϊ . . .

40. Priscianus I p. *334. 12 H* "hic et haec celer — — p. *335. 2 H* Liuius in Odyssia (odissia odysia odesia odissea *all.*) At *(RBDHk* ad *KL* adceler *G* Vt *U)* celer hasta (asta *R* asta *DH* astra *U)* uolans perrumpit pectora ferro". — χ 92 βαλὼν χαλκήρεϊ δουρὶ — — διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσεν. — Saturnium ex hexametro restitui. — uolans] sustulit Th. Korsch de Saturn. p. 130.

41. Priscianus I 208. 18. *H* "uetustissimi tamen etiam nominatiuum 'haec carnis' proferebant. Liuius (libius *all.)* Andronicus (Andro **** nicuſ, nicuſ *in rasura U)* in Odyssia (odissia *all.): carnis*, ait, *uinumque quod libabant anclabatur*" (libant, ant *in rasura U;* *anclabatnr *U).* — Diuisi uerba tradita per duorum uersuum fragmenta, ut carnis ad prius referretur, nec id solum metri sed etiam sententiae causa, quoniam uerba illa quod libabant anclabatur nullo modo ad carnis pertinere possunt, ergo hoc fere exemplo eum locum olim scriptum esse existimo:

. . . . . *quís illám per cáusam*
boum múlta ouiúmque opímum éscae erát cárnis,
uinúmque quód libábant ánclabátur *múltum.*

ψ 304 sq. οἳ ἔθεν εἵνεκα πολλὰ, βόας καὶ ἴφια μῆλα,
ἔσφαζον, πολλὸς δὲ πίθων ἠφύσσετο οἶνος.

42. Nonius 493, 16. "Dextrabus pro dexteris (dextris *Bamb.).* laberius *(sic:* Liuius *Bentinus)* in Odissia: deque manibus dextrabus". — ω 534 τῶν δὲ δεισάντων ἐκ χειρῶν ἔπτατο τεύχεα. —

Hymni Liuiani quo metro scripti fuerint non liquet. de iis mentionem fecerunt Teuffel-Schwabe [4] HLR § 94. 7 et Baehrens FPR p. 42.

Non Liuii Andronici poetae. sed Titi Liuii historiarum scriptoris sunt ea quae affert Nonius 194. 20 "Liuius lib. VIIII auratae uaginae, aurata baltea illis erant" et Gramm. Lat. IV. 542. 6 *K.* "erant et equorum inaurata *(uel* aurata) tapeta", et id sub nomine "Lucilii". item "Probus" GLK IV 130. 4. de his fragmentis nuperrime egerunt Luc. Mueller libr. de Sat. 11 9 et ad Non. l. c. et HI Mueller Nou. Ann. Fleck. CXXXVII 483.

2. CN. NAEVIVS.

Bellum Punicum.

1. Nouém Ioués concórdes fíliáe soróres.

2. póstquam aués aspéxit ín templód Ancísa, *
sacra ín mensá penátium órdiné ponúntur;
uíctimam ímmolábat áureám púlcram. *

3. . . . . ámborum úxóres
noctú Troiád exíbant cápitibús opértis *
fléntes ámbae abeúntes cúm lacrimís múltis. *

---

1. Caesius Bassus *ex rec. Keilii p. 10. 21 = GL VI 265. 30 K* "apud Naeuium poetam — — — nouem Iouis c. f. s." — Marius Victorinus 139. 9 *K* "apud Naeuium nouei moues (AB: nouem Iouis ς) c. f. s.". — probabile est in eo Caesii exemplari quo usus est Aphthonii auctor Iuba fuisse hanc genitiui formam Ioues, non Iouis; etiam homoeoteleuti ratione commendatur Iouēs — concordēs — sorores. ergo Ioues] *Za.*

2. Probus ad Verg. ecl. VI. 31 "Naeuius belli punici libro I *(Spangenberg:* tertio *codd.* = III *ex* I li... (I libro)): postquam — — pulchram". — *u. 1.* aues] *Keil, Vahlen.:* auem — *u. 3.* immolabat aur. uict. *codd., transposui.* nam uix crediderim Naeuium in exitu coli dicere potuisse aurēam per synizesin; etsi Ouidius dixit 'dentibus horrendus custos erat arboris aurēae' met. VII 151. in auream molabat *Hauetus.* — *u. 2.* penatium ordine elisione coeunt; penatum *Buechelerus.* . . . | ín templód Anchísa eodem est rhythmo atque Plauti Trin. 664 Ín occultó iacébis. — —

3. Seruius Danielis ad Verg. Aen. III 10. "'Litora cum patriae lacrimans'. amat poeta quae legit immutata aliqua

4 a. eorúm sectám sequóntur múlti mórtáles
* * *
4 b. (⏑) ⏓ multi álii e Tróia strénuí uiri ⏓ –
* * *
4 c. urbí forás cum áuro íllic éxíbant *

5. ferúnt pulcrás cretéras áureás lepístas

---

parte uel personis ipsis uerbis proferre. Naeuius enim inducit uxores Aeneae et Anchisae cum lacrimis Ilium (illum *Flor.)* relinquentes his uerbis: amborum — — —". — Troiad] *Vossius, G. Hermannus:* Troiade *libri.* — cum lacrimis multis] *Za:* l. c. m. *libri.* quam collocationem uerborum nec confirmat Plaut. Pseud. 174 "uiris cum summis" nec cetera eius generis exempla data ab Studemundo in actis XXXVI phil. german. p. 50, quia aut in exitu uersus aut in canticis inueniuntur. capitibūs ultima producta h. l. dixit Naeuius. cf. Buechelerus de declin. § 319. priscos imitatus Vergilius dicit Aen. IV 64 "Pectoribūs inhians spirantia consulit exta". — *a. 3.* ambas *Ritschelius.* coniectura nec necessaria nec probabili. u. adn. ad carm, Priami.

4. Seruius Danielis ad Verg, Aen. II 797 "sane adamat poeta ea quae legit diuerso modo proferre. Naeuius belli Punici primo de Anchisa et Aenea fugientibus haec ait: 'eorum sectam seq. m. m.' ecce hoc est 'inuenio admirans numerum'. 'multi alii e Tr. str. u.' ecce hi sunt 'animi parati'. ubi *(libri:* urbi] *Baehrens* = urbē) foras c. auro illic (illuc *Masuicius)* exibant. ecce et opibus instructi". *u. 4 b* fortasse sic supplendus:

simúl multi álii e Troía strénuí uiri *ílli comités* . . . . . .

illi = Aeneae. — cur non cum Luc. Muellero legam: multis alis causa ea est quod eam coniecturam amplectenti constanter est scribendum: multís alís e Tróia | strénuís uirís — statuendumque desiderari in exitu uersus uocem monosyllabam, quod non satis est ueri simile.

5. Caesius Bassus *10. 18 K* = VI 265. 30 *GLK.* "apud Naeuium poetam — — ferunt pulchras crateras aur. lep.". — Marius Victorinus 139. 8 *K* = M. Plotius Sacerdos 531. (11 et) 15 K. "f. pulchras creterras aur. lep. hoc quoque loco grammaticis illis in manibus fuit exemplar

6. (⏑) ⊥ ∪ ⊥ pulcrámque éx auró uestémque citrósam . . . . . , .

7. senéx fretús pietáti déinde *est* ádlocútus *
summí deúm régis frátrem Néptúnum
regnátorém marúm . . . , . .

8. patrém suúm suprémum óptumum áppéllat:

9. . . . . súmme deụ́m regnátor
quianám genús *sísti* *háec tuúm subíre*(?)? *

Caesii quod antiquiores haberet lectiones. scripsi igitur pulchras creteras, quamquam et Weise de uocabulis graecis lat. sermonis p. 392 et Saalfeld lex. s. u. h. l. legunt creterras, quod scripturae est ab aetate Naeuii alienae manifestoque hoc quidem loco uitiosae.

6. Isidorus Orig. XIX 22. 20 *ex collatione codd. Paris. data ab Haueto de Sat. p. 401 sq. et 448.* "Citrosa quasi concrispa ad similitudinem citri. N(a)euius pulchramque — citrosam". pulc[h]ramque] *ed. Areuali:* pulchram *ed. Vulcanii:* pulchraque *P 2169, 1328, 1327, 1485;* pulchraeque *P 7584, 17159;* pulchreque *P 10293;* pulchroque *P 10291.* — Cf. Macrob. S. III 19. 5. Paulus ex F. p. 42 M. Osbernus Pan. p. 116 "citrosus, a, um, ·i· crispus et decorus; unde Naeuius: puram ex auro uestemque citrosam". locos Pauli et Osberni excerptos esse ex Festo probabilem coniecturam fecit Goetzius Mel. Festin. p. V.

7. Priscianus I 351. 25 *H* "inueni (inu. tamen *U)* marum pro 'marium', qui tamen in rarost usu genetiuus, apud N(a)euium in carmine belli Punici. Senex fretus pietati (pietate *DGhU* piaetate R^1 pietatei *Vahlen)* deum adlocutus summi deum (dei *U)* regis f. N. r. m. pro 'marium'", — deinde] *Za* = deiñ: deñ *codd.;* cf. Verg. Ann. I 131 et 256 "dehinc talia fatur".

8. Varro de l. l. VII 51 "N(a)euius: patrem — appellat. supremum ab superrumo dictum".

9. Festus p. 340. 25 *Th. de Pon.,* 257 *M* "Quianam pro 'quare' et 'cur' positum et *(F, lege* est) apud antiqnos, ut Naeuium in carmine Punici belli: summe d. r. q. g. *s.*" — genus *sisti*] *Za:* genus isti *F;* cf. hunc Accii uersum ap. Cic. pro Sest. § 122 "éxulare sínitis, sistis pélli, pulsum pátimini". — q. *me* genuisti *Hauetus.* — deụ́m monosyllabum.

10. ínerant sígna expréssa quó modó Titáni
bicórporés Gigántes mágni átque Atlántes
Rúncus ác Porpúreus fílií Térras

---

10. Priscianus I 198. 15 *(de genetiuo in -as):* "Naeuius in carmine belli Punici I (in c. punici primo *U.*, in c. b. p. *R,* o I *add. r):* inerant — Terras". *(u. 1.* tritani *Rr* tytanii *D,* titanii *L, u. 3.* rhumcus *R* rumchus *BHU* rhu m cus *L* rhuncus *ADGK;* Runcus] *Vahlenus.* Porpureus] *GLK,* purporeus *BH* purpureus *rbUAD* pur *R;* Rhuncus atque Purpureus *Bentleius ad Hor. c. II 19. 23;* Porporeus *Fleckeisenus annal. 1866. 11;* atlantes *gK* athalantes *U,* athlantes *alii l.). — u. 2.* bicorpores] *rU* ∴ bicorpore *cett. libri. — u. 2.* magni at t que Atlantes] *Za,* magni adque lantes *R,* magni * que Athlantes *L:* magnique A. *cett. libri.* atque intersertum inter attributum et substantiuum, ut Hor. C. I. 25. 18. "pulla atque myrto"; Idem S. I 6. 131 "pater atque meus". ut iterata est h. l. atque — ac copula, ita Cato ap. Festum 242 "dicere possum quibus uillae atque aedes aedificatae atque expolitae maximo opere citro atque ebore atque pauimentis poenicis stent". *u. 3* ac] *C O Mueller:* atque *libri;* cf. Luchsius progr. Erl. 1883 p. 11. atque libris falso traditum, ut Men. 392 *Vahl.* "quam hodie uxori abstuli atque huic detuli Erotio"; quem uersum iniuria damnatum iure dicit Vahlenus; sed, ut par sit proximis, diuidendus est itaque legendus: "quam hodié *meae* uxori ábstuli || ac détuli huic Erótio". denique exploratum iam est apud Ciceronem et Caesarem et Sallustium et Curtium et Liuium — de qua re Stamm n. ann. CXXXIV 171 et Schmidt ib. 711 et Fuegner lex. Liu, s. u. — et apud Terentium — quod docet Elmer de "que et atque" p. 294 — tali nexu qualis est in hoc uersu Naeuiano ante consonantes non gutturales mutas non minus saepe atque adeo saepius poni ac. nam apud Terentium quidem ex exemplis 276 non plus quam 5 atque sic positum habent. et in iis titulis qui uolumine I. Corporis Inscr. lat. continentur, ex 20 exemplis non plus quam 2 eiusmodi: CIL I 196. 19 uirei atque mulieres, CIL I 1480 cognateis atque propinqueis, et CIL I 196. 19 scriptio sine dubio est inuersa, CIL I 1480 metri necessitas dat excusationem uersifico Hispano et rudi. quamobrem non iam ualet quod docet Draeger Synt. II § 315; et putandum est Terentium Ciceronem Caesarem Sallustium Liuium Curtium antiquum morem sermonis tenuisse.

11. (ᗢ) ⊥ siluícolae homónes ét duélli inértes *

Ex libro II.

12. blande ét docté percóntat Áeneā quo pácto
Troiam úrbem líquerít . . . . . .

13. *man*úsque súsum ad cáelum sústulít suás rex *
Amúliús diuísque grátulábátur *

---

quae cum ita sint non multum ei tribuendum est quod libri Catoniani, ut docet Elmer p. 293, contrarium uidentur ostendere. CIL I 205 I 18 proinde atque sei item uidetur innersae scriptionis; quod usu optimae quidem aetatis pr. ac si dicebatur.

11. Macrobius Sat. VI 5. 9 "siluicolae Fauni. N(a)euius belli punici libro primo: siluicol(a)e homines bellique in[h]ertes. homones et duelli] *Za:* homines bellique.

12. Nonius 335. 1 "Liquerit significat et 'reliquerit'. Accius Stasiastis: tum †subidae loide lore hoc anima corpus liquerit. N(a)euius belli Poenici lib. II (Punici lib. *Bern. prior:* lib. I *Merula):* blande et d. p. Aeneas *(Bern.,* Aenas H_1 *G. Gen.* enas H_2 *L)* quo pacto Tr. urb. liquerit" (reliquerit H_2*:* liquerit] *cett. libri).* Nonius 474. 5. N(a)euius belli punici lib. II blande et d. p. Aen. (aeñ *L* aeneidos H_1 aennius H_2 ennius *G* en *Bamb.)* quo pacto Tr. urb. reliquisset "*(plerique:* relinquisset L_1, liquisset *Merula).* — Nimirum priori loco Nonii maior fides habenda, cuius loci liquerit ipso lemmate comprobatur; altero loco Nonii auctor 'percontat' illud maxime ostendit; cetera transegit neglegentius. — Aeneā] *Fleckeisen,* cf. Georges *lex. d. lat. Wortf.* s. u.; quod fortasse pronuntiandum Aenĕa, ut chorĕa platĕa balinĕum. (Aenes *Buechelerus).*

13. Nonius 116. 31 "Gratulari, gratias agere. — N(a)euius belli Punici lib. II *(Baehrens:* III *codd.;* I *Luc. Mueller)* isque susum ad caelum sustulit suas res Amullus gratulabatur diuis. — *m*anusque] *Merula:* isque. sed fortasse fuit: *'manus* súsque uórsum ad cáel.'

14. res díuas édícit práedicít cástus
15. . . . . príma incédit
Cererís puér Prosérpna . . . . . .
16. déin polléns sagíttis ínclutúsque arquítenens
sanctús Ioué Déli Pútiús prognátus *
Apóllo . . . , ...

---

nam cum dicerent prisci illi sus et praepositum uerbis, ut sus-cipio sus-tineo, et per se cum addita -que particula, cuius rei exemplum traditum est a Gellio susque deque, tam licuit profecto per tmesin dicere susque uorsum quam et *sus-uorsum, unde sursum susum. at sursuorsum CIL I 199. 14 non tam uoce uidetur quam scriptione differre ab his eiusdem tituli: sursumuorsum 199. 15 et suso uorsum 199. 7. — corruptela huius loci Naeuiani ita, credo, nata est: [1]) II fuſum
fuſque uorſum' [2]) II fuſque fuſum, [3]) III ıſque fuſum. — rex] *Stephanus:* res. — *u. 2.* diuisque gr.] *Lucianus Muellerus de sat.* p. 137: gr. diuis *libri; conieceram olim* gratulabat diuis, *inuenit hoc idem Luc. Mueller adn. ad Non. 116. 35.*

14. Nonius 197. 14 "Castitas et castimonia generis feminini, ⌊*castus*⌋ *(hoc addidi, omis. codd.)* masculini. — — N(a)euius carmine Punici belli: res — castus".

15. Priscianus I 231. 13 *H* "hic et haec puer uetustissimi — — — — p. 232. 4 N(a)euius in II belli Punici: prima incedit (incedet *GL)* Cereris (ceteris *R,* caeteris *r)* puer Proserpina *(L:* Pros. puer *cett.).* Proserpina trisyllabum, u. adn. ad elog. 6. 5. pp. 64, 65.

16. Macrobius Sat. VI 5. 8. "'Quam pius arquitenens' *(Verg. Aen. III 75)* hoc epitheto usus est Naeuius belli Punici libro secundo: d. p. s. i. a. sanctusque Delphis prognatus Pythius Apollo". — *u. 1* dein] *Merula:* deinde *libri i. e.* deiñ. *-que* addidi. *u. 2.* Put. progn. *scripsi:* progn. Put. *libri.*— Ioue] *inuenerat Buecheler;* Deli] *scripsi:* Delphis *libri,* Delo *Luc. Mueller.* — Putius]; cf. Luctatius Plac. 74. 14 *D.* — prognatus Deli i. e. natus Deli, cf. uerba Catulli 'Peliaco quondam prognatae uertice pinus' i. e. 'in Peliaco uertice' et Plinii: 'harundines in palude prognati'. — fr. 15 et 16 artissime coniuncta esse iure negat Buecheler n. ann. 1863. 340: miram enim esse pompam, qua Proserpina ante Apollinem ueheretur.

Ex libro III.

17. scopás ac uérbénas ságminá sumpsérunt

18. (⏑) ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ cónsul Mániús Valérius *
exércití pártem in éxpedítiónem *
ducit . . . . . .

19. simítu atróciá *ea* próicerént éxta *
ministrátorés . . . . . .

---

17. Paulus ex Festo p. 469 *Th.* 320 *M.* "Sagmina — — — Naeuius: scopas atque u. s. s." — scapos, scapas. scabos *alii libri.* Festus 468 *Th.* 321 *M.* "Sagmina — — Naeuius ⏑ iús sacratum Ióuis iurandum ságmine; *⌊et: scopas — sumpserunt⌋*". adieci uersum de loco Pauli, quem uersum ex loco Festi excidisse uere C O Muellerus monet, illud tamen sine idonea ratione fecit Muellerus quod, spreto Farnesiano, uerba illa ius — sagmine Naeuii esse negauit. — scopas uidetur h. l. Naeuius nominasse teneros ramos frondium sacrarum, oliuae myrti lauri; cf. Seruius ad Verg. Aen. XII 120; Plautus Merc. 675; Terentius Andr. 726 et Donatus ad eum l.

18. Charisius 128. 16 *K* "exerciti Cn. (. gñ. *N)* Naeuius belli Punici libro †I *(uerius Vahlenus* III) Marcus *(N.* cf. Eutrop. 2. 19) Val. cons. part. exerc. in exp. ducit". — ex senario saturnium numerum restitui. — Manius] *Merula* coll. Polyb. I 16. 1.

19. Nonius 76. 3 "Atrox, crudum. N(a)euius belli Poenici (Phoenicis *Bamb.)* lib. III *(GHL:* IIII *Bamb. Montep.)* simul atrocia proicerent exta *(II₁ Bamb.,* extra *H²G* exstra *L)* min." — simitu] *Za., Luc. M:* simul. — *ea]* add. Za. — porricerent *Iunius,* quod uerbum huic sententiae, qua mentio fiat extispicii — nam nugatur Nonius — non magis est aptum quam Verg. Aen. V 238, de quo Macr. Sa. III 2. 2. proicerent h. l. significare potest rei diuinae contemptum. constat autem Ap. Claudium Ap. f. Pulchrum bello Punico primo eius generis sacrorum contemptorem fuisse; sed eius, qui consul fuit DV, nec III nec IIII libro a Naeuio talem mentionem factam esse ueri simile est. et, quoniam proicere etiam est ponere uel effundere ante aliquem aliquid ut detur in conspectum, fortasse h.

Ex libro IV.

20. . . . . tránsit
Melitam ínsulam íntegrám exércitús
Románus; *
urít populátur uástat, rem hóstiúm concínnat

21. . . . . ⏑ uicíssátim
uoluí ùictóriám . . . . . .

22. sin déseránt uirós fortíssimós íllos *
magnúm stuprúm pópulo fíerí per géntis

23. seséque uél períre máuolúnt ibídem * *
quam cúm stupró redire ád suós populáris

---

l. res narrata est similis ei, quam memoriae prodidit Liuius XLI 15. 1, 2. sed rem incertam et uerbum obscurum integra relinquo. — proicerent per synizesin uulgarem trisyllabum.

20. Nonius 90. 23 "Concinnare conficere uel colligere. N(a)euius belli Poenici lib. IIII: transit Melitam Romanus exercitus insulam integram *(transposui)* urit p. u. r. h. concinnat". — integram, i. e. quae ad id tempus belli clade intacta fuerat.

12. Nonius 183. 16 "Vicissatim, per uices (per uicit L_1 peruicices L_2). N(a)euius belli Punici lib. IIII u. u. u."

22 et 23. Festus p. 460 *Th. de Pon.*, 317 *M* "Stuprum pro turpitudine — — Naeuius: seseque i perire mauolunt ibidem quam cum †strupro *(correxit Ursinus)* redire ad suos popularis. item sin illos deserant fortissimos uiros *(transposui)* m. st. p. f. pergentis".

22. popŭlo per syncopam instar uocis spondaicae habetur, neque enim delitescens media uocalis tota tollitur.

23. seseque uel = seseq; uel] *Za:* seseque 1 *cod. F.*

24. . . . . eam cárnem
uictóribús danúnt . . . . . .

25. uirúm praetór aduéneit áuspicát auspícium
prósperúm ∪ ⊥ — . . . . . .

Ex libro VI.

26. . . . . séptimúm decimum ánnum
illi ílicó sedént . . . . . .

27. censét eó uentúrum óbuiám Póenum

28. supérbitér contémptim cónterít legiónes

---

24. Nonius p. 97. 13 "Danunt, dant. — — — — Naeuius belli Poenici lib. IIII: eam — danunt".

25. Nonius p. 468. 20 "Auspicaui, pro auspicatus sum. — — N(a)euius belli Poenici lib. IIII: uirum — prosperum". — aduеneit] *Baehrens* (aduenit *Merula):* aduеniet *codd.* — uerum *cj. Iunius pro* uirum. — suo iure Buecheler n. ann. 1863. 335 sq. auspicāt perfectum esse putat coll. Lachm. p. 290.

26. Nonius p. 325. 6 "Ilico, in eo loco Naeuius belli Poenici lib. VI *(LGH in ras.:* III *B Gen.):* septimum — sedent". — *illi] addidi,* i. e. 'illic', aduerbium loci. sedent*es Luc. Mueller.*

27. Nonius 267. 17 "Censere significat existimare arbitrari. — — Naeuius Poenici (phoenici *B)* belli lib. VI censet eo *(L B Gpr.* censete o H_1 censet o Gen_1.*:* censent eo H_2 *G ex corr.*) uent. obuiam Poenum (poenam L_1*).*

28. Nonius 516. 1 "Contemtim, contemnenter. N(a)euius belli Poenici lib. VI: sup. contemptim *(L,* contentim *HG p. 515. 11)* c. l.". Idem p. 515. 8 sq. s. u. 'superbiter'.

Ex libro VII.

29. conférre quéant ratém aerátam *et* quí perite *
*li*quidúm mare súdántes *uérr*ant ác sedéntes *

30. simul cónuenít ut régnum ác locós habérent *

---

29. Varro de l. l. VII *ex cod. F* § 23 "'ferme aderant aequore in alto ratibus repentibus'. ratis nauis †longa (longas *C O Muellerus*) dixit *(Pacuius? cf. § 22),* ut N(a)euius cum ait: conferreque aut ratem aeratam qui perit • quidum mare sudantes eunt atque sedantes". — *u. 1.* conferre queant] *cod. Turnebi (de quo u. praef. ed. A Speng. p. XII).* — perite *per li*quidum *Scaliger. uerr*ant] *Za* dubitanter, coll. uerb. Enni 377 *V* "Verrunt extemplo placidum mare marmore flauo, caeruleum spumat sale conferta rate pulsum". sed licet sic quoque legere: liquidúm secént *(uel* ruánt) maré sedéntes ác sudántes. anapaestos ponit A. Spengel hos: . . . . "conferti *equitant* / rate in aerata qui per liquidum / mare sudantes eunt atque. sedent". — queant per synizesin monosyllabum; sic iam Vahlenus h. l.

Initio libri VII, quo extremam illius belli dimicationem eiusque apparatus narrata esse uerisimile est, hoc fragmentum attribui; neque enim dubito quin uere C O Muellerus id ad bellum Poenicum retulerit. etenim suspicor hos uersus pertinere ad id quod memoriae prodidit Polybius I 59. 7 "ἦν δὲ τῆς ἐπιβολῆς τὸ πλεῖον ψυχομαχία. χορηγία μὲν γὰρ οὐχ ὑπῆρχε πρὸς τὴν πρόθεσιν ἐν τοῖς κοινοῖς. οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν προεστώτων ἀνδρῶν εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίαν καὶ γεναιότητα προσευρέθη [ἡ] πρὸς τὴν συντέλειαν. κατὰ γὰρ τὰς τῶν βίων εὐκαιρίας καθ' ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς ὑφίσταντο παρέξειν πεντήρη κατηρτισμένην". quod si ita est, hunc locum a Naeuio scriptum esse conicio ad hoc fere exemplum:

ut quísque ré póllet strénué nitúntur
ut síngulí iunctáue bíni opé terníue
conférre queánt ratém aerátam *et* quí perite
*li*quidúm mare súdántes *uérr*ant ác sedéntes.

30. Nonius p. 211. 1 "Loca generis sunt neutri — — — masculini. — — N(a)euius belli Punici Iib. †VI (*codd.* :: VII] *Merula* :: III *Luc. Mueller):* conuenit regnum simul atque locos ut haberent". — saturnium restitui. — non uideo

31. id quoque paciscunt[ur] . . . moenia sint quae . . .
Lutatium . . . . . .
recónciliánt captíuos plúrimós éidem
Sicíliensés pacíscunt óbsidés ut réddant

Incertae sedis fragmenta.

32. (⏑) ⏓ *toppér* capésset flámmam Vólcání *

33. . . . . mágnam
domúm decorémque dítem uéxeránt ⏑ ⏓ —

---

quid sit causae quominus hic uersus in extremo opere Naeuii locum habere potuerit; nam pacis condicionibus confirmata sunt quae Romani cum rege Syracusarum pepigerant. ergo Merulae leuiorem probabilioremque emendationem secutus sum. Hiero domusque eius uidentur dici, quibus cautum esse ut regnum obtinerent.

31. Nonius 474. 16 "Paciscunt. Naeuius belli Poenici lib. VII: id -- reddant" *(nullis nacuis lacunarum spatiis interiectis).* paciscunt *ed. a. 1471, de qua Luc. Mueller Aduers. Nonian. p. 277;* paciscuntur *codd.* --- quodque *L pr. pro* quoque. sin *Bamb. pro* sint.

32. Festus p. 532 *Th. de Pon.*, 352 *M* "topper . . . 'citius', sic †C. †Naeuicapesset fl. V. — *topper saeui* capesset *Hauetus; topper nauis* c. *Buechelerus.*

33. Priscianus I 235. 20 "inuenitur --- decor decŏris paenultima correpta apud uetustissimos, quando pro 'decorus decora decorum' accipitur. N(a)euius in carmine belli Punici: magnam *(BGK₁L₁* :: magna quae *R*, magnamque *cett.)* d. d. que ditem (diem *U*) uexerant". *(sic libri Prisciani, etiam H₁*, duxerant *U*, duxerat *lexicogr. Vat. cl. auct. VIII p. 165 ed. Maius:* • uexarant *h, 'plures libr. Krehl.', Hertzius, qui tamen concedit Priscianum ipsum scripsisse* uexerant.) de (in)decŏr(is) = (in)decorus prisco more usurpato Schoellius app. cr. ad Plauti Rud. u. 193 et Captiu. 321. Sententia, ut mutila, incerta; sed magis fortasse perspicietur tali fere supplemento: . , . . *in* magnam || domúm decorémque dítem uéxeránt *rem mágnam.* similiter Sallustius Iug. 76. 6 "aurum atque argentum domum regiam comportant". *rem magnam* addidi incerta coniectura, collatis his locis Horati S, II. 5.

34. onerárias *iam* onústae stábant éndo flústris *
35. pleríque omnés subigúntur súb suúm iudícium
36. . . . . quod brúti néc satís sardáre queúnt . . . . . .
37. eí uenít in méntem hóminum fórtúnas

---

12 "illuc (i. e. in eam domum) res ubi magna nitet domino sene" et Epl. I. 1. 51 "iuuat illum sic domus et res, ut lippum pictae tabulae". nam de domo quo essent magnae diuitiae congestae atque accumulatae ab regibus aut aliqua gente opulenta, ut "magnis opibus domus alta niteret", uidetur h. l. ab Naeuio mentio facta esse. -- 'magnam decoremque ditem', ut Catoniana aliquot, de quibus Elmer *'amer. journ.'* 1887. 328.

34. Isidorus de natura rerum (44 *Beck.*) ex Suetonii Prato *Reiffersch.* p. 243. "Flustrum (flustra sunt *CLO*, frustra sunt *D)* motus maris sine tempestate fluctuantis, uel *(AM, om. CDLO*, uelut *Beckerus)* N(a)euius in bello *Poenico *(Iac. Gronouius:* poni *AM*, pontifico *L*, pontico in inscriptione *O*, punico *CD)* sic (sic — salo *om. AM)* ait: onerariae onustae (honer. honus. *CDOL)* stabant in flustris, ut si diceret in salo. — *iam]* add. *Za.* — endo] *Za*, ne uox proclitica monosyllabaque et ictu et syncopa nimis distenderetur neue praegrauaretur: in *libri.*

35. Aelii Donati q. f. comment. in Terent. Andr. I 1. 28 *ex collatione Hauetí de Sat. p. 395.* "'plerique omnes' ἀρχαϊσμός est. — — N(a)euius *(ed. pr.:* nec unus *Par. 7920)* in bello Punico (punito *Par. 7920):* plerique *(ed. pr.* :: plerumque *Par. 7920)* omnes subiguntur *(Par. 7920:* subigunt *ed. pr.)* sub suum *(ed. pr.* :: sub unum *Par. 7920)* iudicium". — sub uanum *Luc. Mueller de Sat. p. 58.*

36. Paulus ex Festo p. 473 *Th. de Pon.*, 323 *M* — "Sardare intelligere. N(a)euius: Quod — — — queunt" — — Festus 322 *M'*. . . . intelligere . . . . uius bell Pu... d bruti nec satis . . . ". — Varro de l. l. VII 108 in bello Punico: nec satis sarrare ab serare dictum.

37. Priscianus I 198. 15 *H (de genit. in -as)* N(a)euius *(B,* Nouius *R,* Neuius *cett.)* in carmine belli Punici I inerant signa expressa — — *(fr. 10)* — *p. 199. 2* in eodem *(incertum utrum carmine an libro)* ei uenit in mentem

38. iamque ēius mentém fortúna fécerát quiétem
39. magní metús tumúltus péctorá possídit *
40. acér famés augéscit hóstibús ⏑ ⏓ — *
41. simítur ális aliúnde rúmitánt intér se *

(HrU: mente *cett.)* hominum fortunas pro fortunae". (furtunas *GL;* pro furtunae *GLK).*

38. Priscianus I 242. 20 *H* "inquies — — cuius etiam simplex in usu inuenitur trium generum. Naeuius in carmine belli Punici I (I *R (teste Haueto p. 379, aliter Hertzius) Uh,* I *BDHK:* II *GL):* iamque (Iam iamque *U)* eius (eis B_1) mentem fortuna (fortunam R_1 furtuna *GK)* fecerat quietem". — uix dubium est quin per Priscianum quidem sit traditum hunc uersum fuisse libri primi.

39. Nonius 214. 7 "Metus masculino N(a)euius: magni †intus (uitus L_1) t. p. possidit *(L_1:* possidet *cett.)* metus] *Aldus:* intus.

40. Priscianus I 152. 17 "acer et alacer — quamuis acris et alacris plerumque faciant, — — in utraque tamen terminatione communis etiam generis inueniuntur prolata. — *p. 153. 6* N(a)euius in carmine belli Punici: f. a. aug. (augesc** B_1) h." — fortasse hic uersus sic supplendus:

acér famés augéscit hóstibús *nostrísque;*

si modo pertinet ad eam carminis partem qua narrauit poeta quae mala et Romani arcem Erycis tenentes et Hamilcar cum suis eos obsidentes alteri alteris fecissent quaeque passi essent. Polybius I 38. 4 ἐνταῦθα πάσαις μὲν ἀμφότεροι ταῖς πολιορκητικαῖς ἐπινοίαις καὶ βίαις χρησάμενοι κατ' ἀλλήλων, πᾶν δὲ γένος ἐνδείας ἀναςχόμενοι κ. τ. ἑ. — quod si uere conicio huc pertinere, hoc fragmentum 41 fuit in libro belli Punici VI. — augescit intransitiuum, cf. Gell. XVIII 12. 7. — fames acer *codd., transposui.*

41. Paulus ex Festo p. 369 *Th. de Pon.* 271 *M* "Rumitant, rumigerantur. Naeuius: Simul alius al. r. i. s." Festus p. 368 *Th. de Pon.,* 270 *M* "...ntur ut Nae- . . . itant inter . . . ". simitur alis] *Za:* simul alius. — se] *ug:* sese. ut h. l. alis aliunde, sic idem Naeuius in Lycurgo 29 *R* "alis — in alios saltus". simitur, ut CIL VI 9290 "Hilara minor Midaes ministra simitur cum Mida sita est in eadem olla" et Plauti Amp. 631 *Ritschelius. simiter* CIL VIII 682.

42. quam liquidum . . . . . amnem

---

42. Festus p. 414 *Th. de Pon.*, 293 *M sub lemmate* Sublicii pontis: ". . . qui ait in belli . . . . quam — —".

Si ueros saturnios agnouerunt L. Spengel et L. Mueller in Varron. l. l. VII § 45, sic eos scandendos censeo:

Voltúrnalém Palátuálem Fúrinálem
Flóralém Falácrem et Pómonálem fécit
hic ídem . . . . . .

nec tamen carent aliqua dubitatione. quod si uere bello Punico attribuit Luc. Mueller Phil. XLIII p. 88 sqq., non primo, quod uult Mueller, sed secundo libro attribuendi sunt.

Testimonia de argumento carminis belli Punici.

Gellius XVII 21. 45 (Cn. Naeuium) M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo, idque ipsum Naeuium dicere in carmine quod de eodem bello scripsit.

Seruius ad Aen. I 170 Nouam tamen rem Naeuius bello Punico dicit, unam nauem habuisse Aeneam quam Mercurius fecerit.

Macrobius VI 2. 31 In principio Aeneidos tempestas describitur et Venus apud Iouem queritur — hic locus totus sumptus a Naeuio est ex primo libro belli Punici. illic enim aeque Venus Troianis tempestate laborantibus cum Ioue queritur et secuntur uerba Iouis filiam consolantis spe futurorum.

Seruius Danielis ad Aen. I 198—207. Et totus hic locus de Naeui I⁰ *(Baehrens ∴* Naeuio) belli Punici libro translatus est.

Paulus p. 20 M Aenariam appellauere locum, ubi Aeneas classem a Troia ueniens appulit.

Seruius Danielis ad Aen. IX 712 Prochyta — hanc Naeuius in primo belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit.

Lactantius inst. diu. I 6 quartam (Sibyllam) Cimmeriam in Italia, quam Naeuius in libris belli Punici nominat.

Seruius ad Aen. IV 9. Cuius filiae fuerint Anna et Dido Naeuius dixit.

Ex Saturis Naeuii.

43. fató fiúnt Metélli cónsulés Rómae *

44. quianám Satúrniúm poplúm pepulísti ⏑ ⏓ —

Testimonia de argumento carminis belli Punici.

Gellius V 12. 7 Lucetium autem Iouem Cn. Naeuius in libris belli Poenici appellat.

Seruius ad Aen. I 273 Naeuius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt.

Varro de l. l. V 43 Auentinum aliquot de causis dicunt; Naeuius ab auibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aues.

Varro de l. l. V 53 Quartae regionis Palatium — a pecore dictum putant quidam; itaque Naeuius Balatium appellat.

Ex Saturis.

43. Ps.-Asconius in Cic. Verr. act. I § 29 "'te (Metellum dicit) non fato, ut ceteros ex uestra familia — — — consulem factum' — dictum facete et contumeliose in Metellos antiquum Naeuii est: fato Metelli Romae fiunt consules". Saturnium metrum iure restituitur, non quin Naeuius ipse in saturis senariis uti potuerit, sed quod ex responso Metelli, quod iam intellexerunt alii, quo metro ea altercatio Naeuii et Metellorum fuerit satis elucet. nam Ps.-Asconius l. c. "Cui tunc". inquit, "Metellus consul iratus uersu responderat senario hypercatalecto, qui et saturnius dicitur: dabunt malum Metelli Naeuio poetae".

44. Festus p. 340 *Th. de Pon.*, 257 *M* "Quianam pro quare et cur positum est (et *F)* "apud antiquos ut Naeuium — in satyra: quianam S. populum pep."

Ex incertis carminibus Naeuii.

45. cum tú polléns sagíttis árquitenéns Deá*na* *
46. atqueí priús páriet lúcam bóuem lucústa *

---

45. Macrobius Sat. VI 5. 8 "Arquitenens'. hoc epitheto usus est Naeuius belli Punici libro secundo: — arquitenens — Apollo. Idem alibi: cum tu arquitenens sagittis pollens dea. — Metrum restituit Baehrens. — Dea*na*] *Fleickeisenus:* dea.

46. Varro de l. l. VII 39 "Apud N(a)euium: At quae prius pariet lucustam lucam bouem luca bos elephans (elefans *F*)". — Saturnium metrum restitui. — atquei] *Baehrens:* at quae. — lucusta] *Groth de cod. Flor. coll. L. Schwabe in n. ann. phil. 1872 p. 415:* lucustam *F*.

3. INCERTI SCRIPTORIS CARMEN PRIAMI.

Veterés Casménas cáscam rém uoló profári
et prímum . . . . . .

---

8. Carmen Priami. Varro de l. l. VII 28 "In carmine Priami quod est: Veteres — primum, cascum significat uetus. [secundo] eius origo sabina" (sauina *F*). *"secundo"* additum errore eius qui primum a carmine seiunxit Varronique tribuit.

Hoc carminis exordium sic fere supplendum esse censeo:

Veterés Casménas cáscam rém uoló profári,
et prímum *téd adóro: ré fauéque adésque*
Casména . . . . . .

re = rei. — ueteres Casmenas] est genetiuo casu et singulari numero *("fornsagans sångmö");* neque enim iam audeo assentiri Ritschelio et Buechelero Casmenas h. l. uocatiuo casu pluraliter dici, quamquam inueni ALVMNAS dici pro alumnae in nominatiuo casu pluraliter in titulo non uetustissimo CIL IX 3105 "Annia Trofime Annia Generosa ALVMNAS patri". Quod ea terminatio est osca eiusque propria regionis, ubi olim omnes fabulae erant fabulati. Priamum *Scaliger:* primum.

Versus ille ap. Mar. Victorinum *p. 139. 15 K:*

cum uíctor Lémno clássem dóricam áppulísset

non est de carmine Priami, quod Hauetus p. 318 coniecit, sed a grammatico fictus, utrumque enim hemistichium caret caesura Bentleyana.

Ap. Priscian. II 316. 21 *H* (quo loco de supplicandi uerbo genitiuum et accus. adsciscente mentio fit) in mg. cod *R* per m. 2 (= r) adscripta sunt — reliqui autem omiserunt — haec uerba Accius: elatis manibus Priamus supplicat Achillem". Ea carmini Priami adscr. Hauetus *p. 255.* ea dubito utrum recte transponendo redigi oporteat in saturnium sic,

Priamús manibűs elátis súpplicát Achíllem;

sed uerius Fleckeisenus transponendo truncatum refinxerit octonarium. Certe propter adscriptum nomen Accii non audeo hunc uersum carmini Priami attribuere.

4. METELLVS CONSVL IN NAEVIVM POETAM.

Dabúnt malúm Metélli Náeuió poétae.

4, Metellus in Naeuium. Caesius Bassus *rec. Kel Hal. 1885 p. 10. 23 = G. L. VI 266. 5* "(saturnius) optimus est quem Metelli proposuerunt de Naeuio aliquotiens ab eo uersibus lacessiti: malum dabunt M. N. p." — Terentianus Maurus uu. 2517 — 19 *K* "d. m. M. N. p." Atil. Fortun. 294. 4 *K.* M. Victorinus 139. 19 *K.* Mar. Plotius Sac. 531. 17 *K.* Ps.-Asconius in Verr. act. I § 29; cf. Naeu. fr. 43 cum adnot. — dabunt malum Metelli] *Terentianus, Plotius, Ps.-Asconius, Atilius Fortunatianus:* malum dabunt Met. *Caesius Bassus et Mar. Victorinus descriptum de Caesii l.*

5. EPIGRAMMA NAEVII.

Immórtalés mortáles sí forét fas flére
flerént diuáe Caménae Náeuiúm poétam.
ítaque póstquamst Órci tráditús thesáuro
oblítae súnt Romáe loquiér linguá latína. *

---

5. Epigramma Naeuii. Gellius I 24. 2 "Epigramma Naeui plenum superbiae Campanae, quod testimonium iustum esse potuisset, nisi ab ipso dictum esset: Immortales — — latina". — *u. 3.* Orci] *Caecilius Minutianus,* Orchi *excerpta ex cod. Buslidiano, Hertz* [2]: Orcho *(et* horcho) *codd. cett. meliores* ∴ Orchio ς, unde Orchino *Carrio,* Orcino *Ribbeckius.* — *n. 4.* oblitae] *Gronouius, Leo Herm. XXIV 80* [1]): obliti *codd.* — *u. 3.* ităque, non "itāque", quod tolerari nequit in hoc titulo uerae antiquitatis. falso libri Plautini interdum "itā", cuius rei exempla in Muelleri pros. p. 14 sunt, et Men. 101, cuius uersus ueriorem prosodiam seruauit Festus p. 450 *Thewr.* Cistellar. prol. 149, si sanus est, sic scandere malim 'itá properauit de puellae proloqui' quam 'itā —'. Cist. arg. 10 "Itāque lege et rite ciuem cognitam" metricae necessitati imputandum obscuramque redolet diligentiam grammatici in acrosticho multum laborantis. — praeterea de mensura u. 3 uide excurs. I § 6. — *u. 4* o. R. loq. s. lat. lingua *Christius. u. 3* Orcho traditus thesaurus *Baehrens.*

Praeter haec nihil habeo quod inter reliquias certas saturniae poesis referam. tamen restat fortasse unum alterumue dubium.

Cicero ep. ad Atticum IV 3. 5 "Ante diem VIII Kal. haec ego scribebam hora noctis nona. Milo campum iam tenebat; Marcellus candidatus ita stertebat ut ego uicinus audirem; Clodii uestibulum uacuum sane mihi nuntiabatur: 'paucis pannosis linea lanterna'". — quod uix dubium quin sit fragmentum ueteris aut sotadei aut saturnii qui per populi ora ferebatur pro-

uerbii modo tritus. et quidem uidetur esse de aliqua satura. sic fere potest suppleri:

lucét paucís pannósis líneâ lantérna;

Itemque uersus ille ap. Festum p. 490 et 492 *Th. de Pon.*, 330 et 333 *M.*, quem pro saturnio edidit Baehrens, dubito utrum sit sotadeus: óccúrsatrix artíficum pérditá spintúrnix, an saturnius: occúrsatrix —. *forsitan fuerit:* perbitas, spinturnix: perditas pinturnix *cod. Fa.*

Nec uero ille uersus apud Festum p. 492 *Th. de Pon.*, 333 *M.*, quem inter saturnios dubitanter recepit Hauetus de S. p. 305, uidetur esse saturnius, sed septenarius iniuria uetustatis ἀκέφαλος; facillimoque remedio restitutus a Ribbeckio com.[2] p. 123 "quasi *si* messor per messim unum quemque spicum collĕgit"; quem licet sic quoque: quamsi — —; cf. Plaut. Men. 951 *Vahl.*, Poen. 240 *BCD Goetz Loewe.* collĕgit autem, ut adĕgit Plaut. 815 *Prisc.* abĕgit *B*, attĕnet Plaut. Pers. 234 *B Ritschel.* Capt. eiĕcit, abiĕcit et q. s. eius gen. ap. Liuium et Lucretium et Vergilium commemorant Madvicus emend. Liu. p. 190, Munro ad Lucret. II 951, Ribbeckius proleg. Verg. 416. ut collĕgat *c* Verg. Ecl. IX 63; delĕge γ Verg. Georg. IV 540; elĕgitur in libris Vergilianis Ribbeckius l. q. d.

Ad extremum declaro breuiter me, diligenter re quaesita. postquam reliquias non semel sum perscrutatus, adduci ut existimem ualde dubios, ne dicam imaginarios, esse eos saturnios quos grammatici quidam magnae auctoritatis uidere uisi sunt in saturis Ennii et Varronis.

Index I.

Ii uersus quos edidi litteris cursiuis signantur, ceteri loci non tractati sunt nisi in adnotatione critica aut in prolegomenis.

Accius

fr. 56 *Ribb.*: p. CXXXIX
60: p. „
62 (Non 487): p. 91 ad. Liu. 27.
156: p. CXX.
112, 142, 663: p. XLV.
234 b: p. „
279: p. CIV.
461: p. CXL.

Aelii Donati *q. f. comment. in Terentium* ad Andr. I 1. 28 : *Naeu. 35.*

Augustinus

de disc. Christi 11. 12: *Sent. 37.*

Ausonius p. 158 *P: Sent. 23.*
115. 6. 11: p. 12.

Caesius Bassus

p. 10. 18 *ed. Keil.: Naeu. 5.*
10. 21: *Naeu. 1.*
10, 23: *Metelli uersus p. 114.*

Cato *de agri cultura.*

cap. 4: *Sent. 26.*
132; 134; 139: p. 48.
141: *Comprec. 9.*
160: „ *12.*

Charisius

p. 128. 16 *ed. Keil: Naeu. 18.*
197. 15 *K: Liu. Andron. 21.*
276. 22 *K: Sent. 40.*

Cicero

in Verr. act. II. IV § 12: *Sent. 45.*
ep. fam. VII 3. 4: *Sent. 55.*
ep. ad Att. IV 3. 5: p. 115.
de fin. I § 15: *Sent. 1.*
II § 105: „ *48.*
nat. deor. III § 88: p. CLXXIII.
Tusc. II 11: *Sent. 24.*
de off. I § 33: *Sent. 13.*
I § 110: *Sent. 44.*
II § 55: *Sent. 8.*
Cat. Mai. 10. 32: *Sent. 65.*

Columella XI 2. 80: *Sent. 58.*

Diomedes

p. 369. 19 *ed. Keil.: Liu. Andr. 25.*
384. 7 *K.: Liu. Andron. 20.*

Ennius u. s. Gell. et Non.

Festus

p. 124 *Th*, 145 *M: Sent. 31.*
162 *Th*, 162 *M: Liu. And. 14.*
164 *Th*, 165 *M: Sent. 69. 3.*
186 *Th*, 174 *M: Liu. Andr. 22.*
196 *Th*, 181 *M:* „ „ *19.*
218 *Th*, 190 *M:* „ „ *9.*
244 *Th*, 205 *M:* p. 29.
258 *Th*, 210 *M: Comprec. 3* et p. 44.
324 *Th*, 249 *M.* p. 85.
340 *Th*, 257 *M: Naeu. 9; 44.*
414 *Th*, 293 *M: Naeu. 42.*
424 *Th*, 298 *M: Liu. And. 39.*
460 *Th*, 317 *M: Sent. 70. 2; Naeu. 22; 23.*
468 *Th*, 321 *M: Naeu. 17.*
472 *Th*, 322 *M:* p. CLXX.
478 *Th*, 325 *M: Sent. 5.*
480 *Th*, 326 *M: Sent. 35.*
490 et 492 *Th*, 333 *M:* p. 116.
532 *Th*, 352 *M. Liu. Andr. 23; 28—30; Naeu. 32.*

p. 568 *Th*, 372 *M:* *Sent. 30.*
570 *Th*, 375 *M:* *Liu. Andr. 35.*

A. Gellius
Praefat. 19: *Sent. 54.*
I 24. 2: *Epigramma Naeui.*
III 3. 7: *Sors 2.*
III 6. 11: *Liu. Andr. 12.*
IV 9. 1: *Sent. 63.*
VI 7. 11: *Liu. Andr. 11.*
VI 7. 12: *Liu. Andr. 31.*
IX 8. 1: *Sent. 15.*
XI 2. 1—3: p. 18 sq.
XI 2. 6: p. 19.
XIII 23. 1: *Compr. 10.*
XIII 23. 18 (Ennii): p 53.
XVI 7. 14 (Laberii): p. CXLII [1]).

Hieronymus
ep. 66. 9: *Sent. 28.*
69. 5: *Sent. 42.*
101. 2: p. CLXXII.
120. 1: *Sent 68.*
comm. in Gal. III 489: *Sent. 59.*

Incerti Sallustius ad Caesarem
I 2: *Sent. 70. 1.*

Isidorus
orig. VI 7. 12: *Sent. 69. 1.*
XIX 4. 9. *Liu. Andr. 10.*
XIX 22. 20: *Naeu. 6.*
de nat rer. 44 *B:* *Naeu. 34.*

Laberius u. Gell.

Liuius Andronicus trag.
ap. Non. 207. 33, trag. 16 *R:* p. CXXXVII.

T. Liuius.
I 24. 7 sqq.: *Comprec. 7.*
I 32. 5 sqq.: *Comprec. 6 I et 6 II.*
VIII 9. 4: *Comprec. 8.*
XXII 1. 8: *Sors 1.*
XXII 39. 22: p. CLXXIII.
XL 46. 12: *Sent. 60*
XLV 35. 5: p. CLXXIII.

Lucretius
II 536 et III 816: p. CIX.

Lucilius
ap. Non. 292. 28: p. 51 ad Ded. 3. 2.

Macrobius
Sat. I 7. 12: *Sent. 19.*
I 8. 5: *Sent. 16.*
V 20. 18: *Sent. 62.*
VI 5. 8: *Naen. 16; 45.*
VI 5. 9: *Naeu. 11.*

Marcellus Empiricus.
p. 80. 12 *Helmr.: Compr. 16.*
142. 21 *H: Comprec. 14.*
220. 15 *H: Comprec. 17.*
220. 17 *H:* p. CCXIII.
248. 18 *H: Comprec. 15.*

Marius Victorinus
p. 139. 9 *ed. Keil.: Naeu. 1.*
139. 15 *K:* p. 113.

Martialis II 29. 5: p. CXXXII.

Naeuii fragm. scaen.
praet. 8 *Rtbb.* [2]: p. CXIII.
com. 57 *Ribb.* [2]: p. CXXXIV (ac: atque *libri).*

Nonius
p. 40. 12: *Comprec.* 5. 15.
76. 3: *Naeu. 19.*
90. 3: *Naeu. 20.*
95. 30 (Ennii): p. 15.
97. 13: *Naeu. 24.*
116. 31: *Naeu. 13.*
188. 16: *Naeu. 21.*
197. 14: *Naeu. 14.*
211. 1: *Naeu. 30.*
214. 7: *Naeu. 39.*
267. 17: *Naeu. 27.*
325. 6: *Naeu. 26.*
335. 1: *Naeu. 12.*
368. 26: *Liu. Andr. 36.*
468. 20: *Naeu. 25.*
474. 16: *Naeu. 31.*
493. 16: *Liu. Andr. 42.*
509. 28: *Liu. Andr. 6.*
516. 1: *Naeu. 28.*
544. 19: *Liu. Andr. 5.*

Pacuuius
fragm. 183 *Ribb.* [2]: p. CIII.

fragm. 202 *R*²: p. CXXXIX.
237 *R*²: p. CIV.

Palladius I 6. 7: *Sent. 10.*
I cap. 2: *Sent. 14.*

Paroemiographorum *loci:* pp. CLXXXIV—CXCVI.

Paulus ex Festo

p. 47 *Th*, 67 *M: Liu. Andr. 37.*
66 *Th*, 93 *M: Sent.* 62.
189 *Th*, 176 *M: Sent. 69. 2.*
257 *Th*, 211 *M: Comprec. 5. 14.*
282 *Th*, 225 *M: Liu. Andr. 8.*
369 *Th*, 271 *M: Naeu. 41.*
424 *Th*, 298 *M: Liu. Andr. 39.*
469 *Th*, 320 *M: Naeu. 17.*
473 *Th*, 323 *M: Naeu. 36.*
571 *Th*, 374 *M: Liu. Andr. 35.*

Petronius

cap. 10: *Sent. 11.*
31: p. CLXXIII.
38: *Sent.* 41.
39: *Sent. 64.*
42: p. CLXXII; *Sent. 2; 49; 33.*
45: *Sent. 3; 6; 22; 36.*
57: *Sent. 56.*
75: *Sent. 12; 57.*
76: *Sent. 34.*
77: *Sent. 43.*
84: *Sent. 39.*

Plautus

Amph, 157: p. CXXI.
177: p. XXVII.
1140: p. CXVIII.
Asin. 199: p. LXXX.
203: p. 17. 11.
443: p. CX.
762: p. LXXX.
Aul. 707: p. CIII.
824—826: p. XXVII.
Capt. 506 sq.: p. XCV.
755: p. CXVIII.
Cas. 1. 60: p. XLIII.
II. 1. 6: p. XXXII.
II. 1. 7b: p. XLIII.
II. 1. 8: p. XXIX; XLI.
II. 1. 11—13: p. XLI.
II. 1. 27: p. XXVII.
II. 3. 21: „
Cas. II. 3. 40: p. 63 ad El. 5. 3.
III. 5. 13: p. XXVII.
III. 5. 15: p. XLIII.
III. 5. 32: p. XXVII.
III. 5. 41: p. XLIII.
III. 6. 20: p. XXX.
III. 6. 22: sqq.: p. XCV.
IV. 4. 18 a: p. XXVIII.
V. 2. 17: p. XXVII; XXXIII; LVII.
V. 2. 18 sq: p. XLI.
V. 2. 53: p. XXXVIII; LVII.
Cist. I. 1. 112: p. 61 ad El. 4. 3.
IV. 2. 6: p. LXXXIII.
IV. 2. 18: p. XLI.
IV. 2. 29: p. XLI.
Epid. 97: p. XXVII.
167 b: p. XXIX.
170: p. XLI.
328: p. CV.
498: p. LXXX.
550: p. CX.
Men. 755 *S*, 746 *V:* p. 62 ad El. 4. 6.
976 b *S*, 958 *V:* p. XXVI.
Merc. 176: p. CXXVI.
179: p. CX.
Most. 228: p. XV.
892: p. XCV; CXXIII.
Pers. 259: p. CX.
854: p. VIII [1]).
Poen. 510 (509 *V*): p. 85 ad Liu. 8.
1134: p. CX.
Pseud. 574: p. 35 ad comprec. 8. 7.
164: p. CX.
Rud. 198 sq.: p. XCV.
668: p. CXIII; CXXIV.
Stich. 1 sqq.: p. XCV.
15 sqp.: „
71: p. LXXXVIII.
518: p. CX.
696. p. CXXV.
Trin. 239 sq.: p. CXXXV.
268 sq.: p. „
271: p. CXV.
276 sqq.: p. CXXXV.
291: p. „
684: p. CXVIII.
1064: p. CX.

Plinius

h. n. VII. 32 *Detl.:* p. CLXXIII.
XVIII. 79 *D: Sent. 32.*
XVIII. 200 *D: Sent. 52.*
XXVII. 9 *D: Sent. 17.*

h. n. XXVII. 131 *D: Comprec. 11.* [praef. 7 (Lucilii) p. XVIII [2]); nunc uideo id quod coniecera-ram esse inuentum ab Luciano Muc. to].

Porphyrio

ad. Hor. ep. I. 17. 58: *Sent. 67.*
II. 3. 417: *Sent. 61.*

Priscianus

I. 96. 5 *ed. Hertz.: Liu. Andr. 27.*
151. 18 *H: Liu. Andr. 17.*
152. 17 *H: Naeu. 40.*
198. 8 *H: Liu. Andr. 13.*
198. 9 *H:* „ „ *24.*
198. 11 *H:* „ „ *26.*
198. 15 *H: Naeu. 10;* 37.
208. 18 *H: Liu. Andr. 41.*
210. 6 *H:* „ „ *16.*
230. 27 *H:* „ „ *3.*
231. 13 *H: Naeu. 15.*
232. 5 *H: Liu. Andr. 15.*
235. 20 *H: Naeu. 33.*
242. 20 *H:* „ *38.*
301. 22 *H: Liu. Andr. 4.*
305. 7 *H:* „ „ *2.*
321. 6 *H:* „ „ *7.*
334. 12 *H:* „ „ *40.*
351. 25 *H: Naeu. 7.*
384. 3 *H: Sent. 70. 3.*
419. 12 *H: Liu. Andr. 38.*
482. 10 *H:* „ „ *34.*
II. 316. 21 *H:* p. 113.

"Probi" *qui dicitur in Verg. buc. comm.*
ad ecl. VI. 31; *Naeu. 2.*

Pseud-Asconius *in Cic. Verrin.*
ad act. I. § 29: *Naeu. 43.*

Quintilianus

inst. V. 11. 21: p. 12 sq.
VI. 3. 98: *Sent. 47.*
VIII. 3. 42: *Sent. 50.*
IX. 3. 57: p. CIII.
declam. XII. 16: *Sent. 27.*

Schol. ad Iuu. II. 81: *Sent. 18.*

Seneca

Apoc. 12: *Sent. 20.*
benef. I. 12. 2: p. CLXXIV.
de ira I. 5. 3: p. „
III. 9. 5: *Sent. 7.*
dial. X. 17. 4: p. CLI [1]).
epist. 8. 9: p. CLXXIV.
22. 1: p. CLXXIII.
40. 2: p. CLXXIV.
72. 7: p. „
76. 3: *Sent. 66.*
99. 8: p. CLXXIV.

Seruianus commentarius plenior

ad Verg. Georg. I. 101: *Sent. 62.*
ad Verg. Aen. I. 92: *Liu. Andron. 18.*
II. 797: *Naeu. 4.*
III. 10: „ *3.*

Seruius ad Aen. VIII 72: *Comprec. 18.*
VIII 110: *Sent. 35.*

Suetonius Tib. 32: p. CLXXII.

Terentius Scaurus p. 28 *K.: Comprec. 5. 7—19.*

Tertullianus apol. p. 310 *M. Sent. 51.*

Valerius Maximus IV. 4 prooem.: p. CLXXIII.

Varro

sat. Men. ap. Gell. XIII. 1. *Sent. 19.*
ap. Non. 115. 19: *Sent. 29.*
„ „ 204. 22: *Sent. 4.*
„ „ 206. 25: *Sent. 46.*
r. r. I. 1. 4: *Sent. 25.*
I. 2. 2: *Sent. 9; 38.*
I. 2. 27: *Comprec. 2.*
l. l. VI. § 21: *Comprec. 13.*
VI. § 27: *Comprec. 1.*
VI. § 49: *Comprec. 5. 12.*
VII. § 23: *Naeu. 29.*
VII. § 26: *Comprec.* 5. 1—4.
VII. § 27: „ 5. 5, 6.
VII. § 28 p. 5 ad Sent. 29; *Carm. Priami* p. 113.
VII. § 39: *Naeu. 46.*
VII. § 45: p. 110.
VII. § 51: *Naeu. 8.*
IX. § 61: *Comprec.* 5. 13.

TITVLI.

Anthol. epigr. Buecheleri I. 44. 2: p. CXLII.

Bullettino dell' inst. a. 1883 p. 100—102: *Sortes 7 a—d et 8 a—d.*

Garruccii Syll. 1152: p. CCXIII.
1331: *Elog. 29.*
1402: p. CC.
1432: p. CC.
1449: p. „
2259: p. CCI.
4449: p. CCI.

Umbrica precatio VI b 57 sqq. *Buech.:* p. CCXII sqq.

Wilmannsii exempl. 2704: p. CXXIX.

CIL I. 582: *Elog. 9.*
1027. 1:p. CXLII.
1038: p. CC.
1051: p. CCI.
1080: p. CCI.
1098: *Elog. 30.*
1438: *Sors 5.*
1447: *Sors 4.*
1448: *Sors 6.*
1451: *Sors 3.*
1480: p. CCI.
II. 1821: p. 71 ad Elog. 15.
3493: *Elog. 28.*
3497: *Elog. 27.*
III. 582: p. 81 ad Elog. 32. II.
V. 1191: *Elog. 24.*
3496: p. 81 ad Elog. 32. II.
7581: p. 82.
VI. 136: *Ded. 2.*
1285: *Elog. 2.*
1287: „ *3.*
CIL VI. 1288: *Elog. 4.*
1289: „ *5.*
1958: *Elog. 32*
6821: p. XC.
9583: *Elog. 13.*
13696: *Elog. 7.*
15735: *Elog. 22.*
16606: *Elog. 15.*
16608: *Elog. 10.*
21696: p. 82.
23137: *Elog. 14.*
23297: *Elog. 23.*
VIII. 868: p. XCI.

CIL IX. 44: p. CIII.
384: p. 73 ad *Elog. 20.*
1722: p. CC.
1733: *Elog. 16.*
2114: *Elog. 31.*
2128: p. CXXIX.
2045: *Elog. 25.*
2975: p. CXXX sq.
3125: *Elog. 17.*
3193: *Elog. 11.*
3569: *Ded. 6.*
3821: *Elog. 21.*
X. 2723: *Elog. 34.*
4255: *Elog. 8.*
4352: *Elog. 12.*
5708: *Ded. 5.*
6616: *Elog. 33.*
XI. 575: p. CXXXIII.
2451: p. CIII.
3078: *Ded. 4.*
XII. 4333: *Ded. 1.*
4938: *Elog. 19.*
XIV. 1883: p. CC.
2822: p. 86 ad Liu. Andr. 10.
2841: *Elog. 20.*
Zvetaievii Inscr. It. Inf. 13: *Elog. 6.*
14: *Elog. 26.*

Index II.

Adoriese = adorire Comprec. 5. 1.
aetatu pael. Elog. 6. 5. p. 66.
agnas a. e. aristas Compr. 5. 14.
**alis* i. e. alius Naeu. 41; p. LXX.
anclabatur Liu. 41 = exanclabatur i. e. exhauriebatur; u. adn. crit. p. 95.
atque, ac ap. priscos p. 100.
auaritie Elog. 24; **auaritiem* p. 18.

Bruti i. e. rudes, simplices Naeu. 36.

Caliculis = calliculis, i. e. corticibus iuglandium uiridium Elog. 11. 2.
calo i. e. uoco Compr. 1.
Calupsonem Liu. 15.
**⟨ca⟩millae* i. e. ἀμφίπολοι Liu. 30. 2.
camille i. e. puer Sent. 62. 2.
capesset i. e. concipiet Naen. 32. 1.
castus acc. pl. i. e. caerimonias Naeu. 14.
cērus = *cerrus i. e. genius Compr. 5. 3.
(*coguemeis, *couemeis) *cŏĕmīs* Compr. 5. 2.
compote nom. sg. i. e. compos Sent. 70. 2.
con i. e. cum, extra compositionem. Sort. 8 b 1; cf. *quom* praepositio Elog. 9.
comploirumae Elog. 1. 1.
Couella Compr. 1.
**creteras* Naen. 5. (*creterras* libri).
**culia* = cullia Liu. 30. 2.

Dannabo danna Compr. 12. 3.
daps Liu. 7.; locatiuo casu *dapi*; abl. **dapid* p, 48.
(decor adiectiuum) acc. *decŏrem* Naeu. 33. 2.

Declinatio. nom. in *-ā* p. LXXVI sqq. — vocat. in *-ie* Comprec. 5. 7, 12; Liu. 2, 4. — genit. sg. in *-e* Naeu. 1; Carm. Priami; in *-i* Compr. 4. 5. — dat. in *-ai̯* monosyllabum Ded. 4. 1. — abl. in *-ē* Compr. 8. 11; Naeu. 2. 2. *16. 2; p. LXXXVIII et CVII adn. 2. — nom. plur. in *-as* p. 113.
(deiuos) **deiuom* acc. sg. Compr. 5. 6; **deiuei* nom. pl. Compr. 6 II. 2. **deiueis* nom. pl. Compr. 5. 9.
**Diespiter* Compr. 6 II 1; 7. 3; dat. *Dioue* Ded. 2; acc. **⟨Diou⟩em* Compr. 5. 5.
Diuom acc. sing., i. e. Caelum Compr. 5. 5.
(dius i. e. dies) gen. sg. *deo͡us* Compr. 5. 6; acc. pl. *di͡ūs* Compr. 5. 6.
duenos Ded. 3. 1. acc. *dueno(m)* ibid. 2. **duenē* Compr. 9. 19. *duonus* Compr. 5. 3; *duonum* n. sg. Sent. 69. 3; **duonam* Compr. *9. 23; *duona* acc. pl. Liu. 30. 1.
Ecum (eccum) et *ĕcum*, **ĕquis (ecquis)* et *ĕquis* p. 64.
egō Compr. 6 II 4.
einom i. e. 'et' Ded. 3. 2; *e⟨n⟩um* Compr. 5. 4.
enos Compr. 4. 1. i. e. nos, nisi est *e nos*.
ensali(s) gen. sg. i. e. insilientis Compr. 4. 5.

Fekĕd Ded. 5. 1.
fertlid pael. Elog. 6. 5.
firăta „ „ „ „ p. 66.
fortē⟨s⟩ pael. p. 77.
fraudis i. e. incommodi Sent. 70. 2. 2
frugē abl. Elog. 23.
fu Compr. 4. 7.

fūisē Elog. 1. 2; 3. 2.
fulmenta p. 7.

Gau<i>debit Sort. 4. 2. *gauisi* Liu. 34.
grandirei uel *grandirē* Compr. 9. 18.

Hanustu pael. Elog. 6. 7; p. 66.
hau<e>at Compr. 12. 1; *haue* Elog. 34.
**heice* Compr. 7. 4.
he<m>unei<s> Compr. 5. 9; **humonem* Liu. 23. 1. *homones* Naeu. 11; de illis *homines* et *homones* p. 32 ad Compr. 6 I 2.
**hoiusque* Compr. 9. 34.

Ianes Compr. 5. 2; *6 II. 1.
ianeus „ „ „
(idem) dat. pl. *<i>isdem* Liu. 30. 2.
igitur demum i. e. tum demum Liu. 18.
-ij- pro *-i-* p. LXIX sq.
imperatoribus i. e. dis terrarum dominis Ded. 4. 7.
ine(m) = enim Ded. 3. 2.
**infrus* Liu. 27 an **infer*.
inritus i. e. leuis p. 18.
ip pael. El. 6. 2. fortasse ἐπί.

Leucesie Compr. 5. 7.
limos = λιμός) gen. sg. *lime* Compr. 4. 5.
Lucius, non *"Lucius"* p. LXIX sqq.
Lucia i. e. Lucina Compr. 5. 13.
lūe(m) Compr. 3. 1.

Mānom i. e. bonum Ded. 3. 1; dat. *mano* ibid. 2.
Mamor Compr. 4. 8.
Mamurie „ 5. 12.
Marmar „ 4. 2.
Mauors Sors. 1; Compr. 4 *4; 8. *1.
Moles deae Compr. 10. 3,
morbis i. e. morbus Compr. 11. 1.

Nebula i. e. aer pestilens Compr. 3.
nec i. e. non Naeu. 36.
**necumquam* (nequomquam) Compr. 6 I 5 pp. 32 et CCXXV.
negēnunt Liu. 14.
nexebant Liu. 25.
noegeo Liu. 2. 2., u. adn. crit. p. 89.
nullum i. e. nihil Liu. 23. 1.

Oisa pael. Elog. 26. 2.
omnitu „ „ 6. 3.
opiparum de hominibus dictum Ded. 4. 4.

paucum i. e. non multum Liu. 34.
peduclum Sent. 56. 1 adn.
Petiedu pael. El. 6. 2.
**pite* p. 28.
pista(m) i. e. pestem Compr. 12. 2.
plēores Compr. 4. 3.
Perpureus Naeu. 10. 2. u. adn. crit. p. 100.
**praitremonte* Compr. 5. 8.
prīor p. LXVII.
Prismu pael. Elog. 6. 2.
**proci* i. e. proceres Liu. 8.
procītum i. e. petitum. Liu. S.
promerios compr. 5. 4.
pros pael. Elog. 26. 1.
**prospretis* Compr. 8. 7.
pūtria Liu. 19.

Quis relatiuum p. 19.
**quisque* relatiuum Sent. 61. 1.
quoniam i. e. postquam Liu. 34.
(*quosme) *quōme* i. e. quom Compr. 5. 7.

Ratem i. e. nauem longam Naeu. 29. 1.
recum<de> Compr. 5. 4.
redēt praes. ind. So. 5. 2.
rēī Compr. 9. 5; p. 48.
**relēgionem* id quod relegatur Compr. 14. 8 (religionem *libri*).
rēligare Liu. 10.
rūe(m) Compr. 4. 2.
resēda(t) Compr. 11. 1.

S omissa pp. 15, 16, 77, 52, CXXXV.
siēs p. CXX sqq.
Sālāciam Compr. 10. 1.
scopas Naeu. 17. i. e. ramos uel fasciculos ramorum sacrorum.
sectam i. e. comitatum Naeu. 4 a.
si i. e. sic. Sors. 4. 1.
semones (simunis) Compr. 4. 6 p. 26.
**simitu* Naeu. 19. 2; *simitur* Naeu. 41.
sta i. e. siste Comprec. 4. 5. *stātod* i. e. sistito Ded. 3. 2.
strūe<d> p. 48.
strumellam Comprec. 14. 7.

tŏvam Ded. 6. 2. = tuam.

**ubei⌊que⌋* Compr. 5. 9.
uehementem i. e. celeriter uehentem Liu. 21. 2.
**uerber* accus. sing. Comprec. 4. 5.
uero(m) gen. plur. i. e. portarum, Compr. 5. 2.
Verres p. LXX.
uersutum i. e. πολύτροπον Liu. 1.
**Veturie* Compr. 5. 12.
uidad pael. Elog. 6. 2.
Virites Compr. 10. 2.
Volumina Compr. 5. 13.
ustra = uostra Compr. 12. 3.
utĭ p. CVIII sqq.

Zaul = Sol Compr. 5. 1.


3 2044 019 773 472

THE BORROWER WILL BE CHARGED AN OVERDUE FEE IF THIS BOOK IS NOT RETURNED TO THE LIBRARY ON OR BEFORE THE LAST DATE STAMPED BELOW. NON-RECEIPT OF OVERDUE NOTICES DOES NOT EXEMPT THE BORROWER FROM OVERDUE FEES.

Harvard College Widener Library
Cambridge, MA 02138 (617) 495-2413

WIDENER
MAY SEB 10 1994
BOOK DUE
CANCELED
STALL STUDY
CHARGE
WIDENER
FEB 7 2000
BOOK DUE
WIDENER
MAY 1 3 2000
BOOK DUE